**[To peri diaites oxeon nosematon etc.] De victus ratione in morbis acutis, sive de ptisana ... liber / una cum Galeni quatuor in eiusdem commentariis. Joanne Vassaeo ... interprete, a quo denuo omnia sunt recognita et regustata.**

**Contributors**

Hippocrates.
Vassès, Jean, 1486-1550.
Galen.

**Publication/Creation**

Paris : J. de Roigny, 1543.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/kj5dbqka

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

ἹΠΠΟΚΡΆΤΟΥΣ ΚΏΟΥ, ΤῸ ΠΕΡῚ ΔΙΑΊΤΗΣ ὈΞΈΩΝ ΝΟΣΗΜΆΤΩΝ, ἬΤΟΙ ΠΕΡῚ ΠΤΙΣΣΆΝΗΣ·

# De victus ratione in morbis acutis, ſiue de ptiſana, Hippocratis coi liber, vnà cũ Galeni quatuor in eũdem commentariis.

*Ioanne Vaſſæo meldenſi interprete, à quo denuo omnia ſunt recognita & reguſtata.*

PARISIIS.
*Apud Ioannem Roigny, ſub Baſiliſco & quatuor elementis, uia ad diuum Iacobum.*

1543.

# Ioanni Mo-
# RELLO MEDICO RE-
## GIO, MICHAELI DVMON-
## *tio, Ioanni Hortẽſio, & Martino Aca-*
## *cio, uiris ut doctis ita peritis Medi-*
## *cis Ioannes Vaſſæus.*

*CVm multa domi meme ſolicitarẽt, & ex impẽdẽtibus negotiis, et ex his quæ ſtatui noſtro medico quotidie intendi uidẽtur periculis, & forſan nouus & ſolito uehementior ad arthritidẽ adparatus, nihil moleſtius contingere mihi potuit, uiri ampliſsimi & mihi coniunctiſsimi, ꝗ quod paucis ſum uobis narraturus. Nõ uos latuit Brallium ueſtrũ & meũ, diuinũ uirũ et medicũ ſummũ, tãto & improuiſo quẽ ſcitis morbo oppreſsũ, ut ex multa ſanguinis à pulmonibus reiectatione in magnã reipublicæ noſtræ medicæ iacturã maturius ſanè quã oportuit interierit. Nõ potui ſanè ut uidi mortem eius nõ dolere, cũ iteger aĩo, ſincerus & grauis eſſet, ſplẽdorẽ qualis medicorũ eſſe debet, & in toto cœtu noſtro authoritatẽ haberet, & apud uiros bonos indicibilẽ gratiã, ille nũquã apud bonos inuidioſus fuit, cũ uiueret, nulla bonis cũ illo cõtentio manſit, diſcordes in rebus medicis perquirẽdis placabat, nunquã in conſiliis medicis hæ-*

rebat, tāta erat hominis doctrina. quo ſit ut propemodum clamem omnia periiſſe, & totā rempub. medicā noſtram illius interitu perturbatam eſſe. Silentio prætereo tragœdos illos qui in mortuos non dicam ſæuire, ſed petulanter inuehi ſolent. Ad hoc autē tam graue malum conſolatio eſt hominis quidem quòd ea cōditione nati ſumus, ut nihil quod homini accidere poſſit recuſare debeamus, & ob id lætandum magis quàm deflendum, quòd amicus noſter hominum admiratione in cælum euectus ſit: turbatæ uerò reipublicæ noſtræ, quòd uiuitis qui in locum amici noſtri mortui ſuffecti eſtis, & iam apud bonos uiros gratiam cōquiſiuiſtis. Scio ego & uos obitū hominis grauiter & moleſtè tuliſſe, non minus quàm & Guillelmi Budæi, uiri apud Gallos nominatiſſimi, in quorum interitum hexaſtichon ſequēs cū ab urbe Meldenſi redirē cōfeci:

Gallia iam toto Budæum fleuerat anno,
  Texerat & uariis mœſta ſepulchra roſis:
Prò dolor ecce alter populo qui fletur ab omni,
  Brallius alticolæ reddidit arma deo.
Franciſco & natis uiuens ſeruiuit uterque:
  Legibus hic, medica Brallius alter ope.

Sed rogabit quiſpiam quidnam cauſæ fuerit, cur epiſtola in hac nuncupatoria, de Ludouico Brallio mentionem fecerim. rogatus autem reſpondebo meme uerſionem horum commentariorum alias homini dedicaſſe, & aduerſus ptiſanæ hoſtes adiutorem & cenſorem appellaſſe. At cùm nouis morbis noua excogitanda remedia ueniant, & ne medicina imbe=

imbecillior quàm morbus ſit, ſintq́; noui adhuc ptiſanæ hoſtes, & fuerint nonnulli qui in his commentariis non multa quidem mutauerint, ſed tamen quædam aliis detractis ſuppoſuerint: ob id librũ reguſtaui, & quæ ſuſpicionem afferre uiderentur adnotaui, ſuper quibus omnibus expecto iudicia ueſtra, adiutoréſque uos & cenſores adpello, quibus ſcilicet non deſit dignitas, nec gratia, nec in rebus medicis exactè diiudicandis confirmatiſsima promptitudo. Habete igitur in manibus Galeni commentarios quos in librum Hippocratis de uictus ratione in acutis morbis parauit, & latinos aliquando fecimus, nunc uerò reguſtatos & ueluti ut amici cuiuſdam noſtri uerbo utar, remanſos, & maximè cùm uacui temporis aliquid habueritis, legite & ad amuſsim diſcutite, & præcipuè aduerſus ptiſanæ hoſtes ueſtram ferte ſententiam.

## ANNOTATIO IN EOS QVI ſorbitionem ex hordeo damnant, quòd hordei uſus cum ualemus non aſſuetus ſit: conſuetudinis indicationem perperam intelligentes.

Qvidam montis Peſſulani medicus cùm ad regem Franciſcum ueniſſet, apud multos quos nomine medici inuiſebat ſorbitionem ex hordeo noſtram damnabat, ea uſus ratione quam in huius annotationis promiſſione memorauimus. Habuit ſanè is adiutores, inter quos

*fuit & Manardus, uir apud Italos in re medica ſum-
mus, qui ab ægrotantium conclaui prædictam ſorbi-
tionem abigendam cenſet, deſumitque à conſuetudi-
ne argumentum, quòd ſcilicet hordeum ipſum in uſu
nobis non ſit cum ualemus: ad lucem cuius multa cùm
ex Hippocrate tum ex Galeno expromit, quæ ſi debi-
to conſiderentur modo examinentúrque, parum ua-
lere aduerſus ptiſanam uidebuntur, etiam ſi ſanitatis
tempore inſueta ſit. Neque enim ea tum Hippocrati
tum Galeno mens eſt, ut ſanorum uictus in morbo non
permutetur. neque enim qui meracius bibunt cum ua-
lent, his cùm morbo infeſtantur uinum dandum eſt: ne-
que carnibus cibandi in morbo, qui cum rectè ualerēt
carnibus cibabantur. Rei autem huic fidem facit Ga-
lenus ipſe in his commentariis, ubi recenſet uniuerſa
ea quæ perperam cibatis contingunt, ad hunc in-
quiens modum: Permutare quidem oportet ſanorum
uictum in morbis, neque tamen id temere agendum:
dictique rationem reddens, ait: Nempe cùm una qui-
dem corporis conditio ſana ſit, altera quæ à
morbi initio ad ſtatum uſque extenditur, mox & ter-
tia quæ ad perfectam uſque morbi ſolutionem ſeſe pro
rogat, deinde & quarta quæ totius conualeſcentiæ
tempus aduſque ſanitatis habitum occupat, in nulla
harum quatuor conditionum permutationes uictus
inſignes facere oportet niſi prius in alterius condi-
tionis ſpeciem peruētum ſit. Deinceps libro eodem in-
quit: In habentibus quidem ſimiliter, uictum haud-
quaquam permutare oportet, uerùm in his qui ex ſa-*

*nitate*

nitate ad morbum tranſeunt, permutare quidem, non tamen ut cæteri permutant. Alia eſt Galeni authoritas in librum eundem, quam uir prædictus nullo pacto ad ſua cōtorquere poteſt uota, quæ ita habet: Præterea cùm febres ex humorū putredine oriantur, non paruam diligentiam adhibere oportet, ut quicquid concoqui poßit concoquatur: & quod iam exuſtum ſit, neque amplius, concoqui poßit, uacuetur. quòd ſi febrientibus ipſis cibi uſus ſit qui hæc efficere poßit, ſi etiam facilè tum coquatur, tum diſtribuatur, iam omnia hæc quibus eſt opus, habuerit: quod ſi ita eſt, & ſorbitio ex hordeo de qua agimus uirtute tum cibi tum medicamenti cōuenientis polleat, quid cibi loco panis Italo more ægrotanti exhibebitur, & aliud quippiam quod medicamentoſa tantum polleat facultate excogitabitur? Intellectis his Galeni ſententiis, quis ptiſanam è conclaui ægrorum abigere audebit? ſi tot bona quæ in ea ſunt conſiderauerit. Quo igitur modo conſuetudinem ſeruandam, ubi conſuetudo rationem naturæ habuerit, quis exiſtimabit? Nempe ut magis nutrias, minúſue quàm ſibi aliàs aliud expoſtularet corpus. Hæc enim eſt ſua uis indicationi huic quæ à conſuetudine eſt.

Commentario quarto.

Conſueuerunt febres hæ protrahi & abſceſſus habere, ſi quidem partes infernæ frigidæ fuerint, circum aures & collum: ſi uerò non frigidæ, alias habebunt mutationes.

Germanus quidam uir ſanè doctus ut ex ſuis uer=
ſionibus & commentariis patere poteſt, credidit uo=
cem Hippocratis ἀποστήματα ſuppoſititiam eſſe,
& genuinam uocem eſſe ἀποσκήμματα, id eſt im=
petuoſum humorũ illapſum ex loco in locũ: ſed quã=
tum feliciter, eſt animaduertendum. Nempe ſi impri=
mis confeſſus fuerit tum ἀπόστημα tum ἀπόστασιν
pro eodẽ ſumi, & à uerbo eodem manare, & quæ ſe=
quũtur diligenter examinauerit, forſan uocẽ ἀποστή-
ματα ſuppoſititiam non eſſe fatebitur. Cũ enim Ga=
lenus locum hunc exponit, ait: quòd autem tales ἀπο- ſ.110.
στήμασιν κρίνονται, id eſt, per apoſtema iudicetur, ſæ
pius eſt dictũ, & nõ ἀποσκήμμασιν, ut uir idem exi=
ſtimauit: nã uerbũ κρίνονται ſatis manifeſtè oſtẽdit:
non ſunt enim ἀποσκήμματα quæ inferant iudica=
tiones, at potius ἀποστήματα & ἀποστάσεις. Nem=
pe Galenus infrà cùm differentiam perſequitur inter ſ.120
ἀπόστασιν & μετάστασιν, ait: ἀπόστασις iudica=
tionem infert, ægrúmque à moleſtiis omnibus liberat,
μετάστασις uerò aliarum acceſsionum principium
habet dolorúmque, ut & aliud exigat tempus ad ma=
li concoctionem locus corporis ad quem infeſtantium
humorum facta ſit commutatio. quid autem in loco
citato aliud eſt apoſtaſis quàm apoſtema, & metaſta=
ſis quàm ἀπόσκημμα? id quod liquet ſatis & ex
ſententiis Galeni ſecundo artis curatoriæ ad Glauco=
nem ab eodem uiro citatis, quas ego de induſtria præ=
termitto. Verba item eiuſdem Galeni in interpreta=
tione primæ ſententiæ qua dictum eſt. Conſueuerunt

febres

febres hæ protrahi & abſceſſus habere, primum in-
ſtitutum ſatis indicat quòd ſcilicet ἀποςήματα le-
gendum ſit. ait enim: quæ hîc dicuntur his quæ in
prognoſtico dicta ſunt concordant. Dicitur autem
in ſecundo prognoſtici, ubi agitur de morbo peri-
pneumoniæ. Nempe acuti morbi per excretiones ma-
gis iudicari conſueuerunt, longi uerò διʼ ἀϖοςά-
σεως, id eſt, per abſceſſum. & ibidem: Nempe mor-
bi longi de neceſſitate ἀπόςασιν pariunt. niſi per
concoctionem ſolutio abſceſſus ipſos anticipauerit.
Inibi item: Morbos qui ad ἀϖόςασιν perueniunt,
ex crudis craßisque humoribus non tamen lethali-
bus fieri oportet. Præterea in commentario illius ſen-
tentiæ: in peripneumoniis ualentibus periculoſisque
abſceſſus ad crura, dicitur: Articulus autem ipſe in
quem decubuit, ſanatu difficile habebit ἀϖόσκημ-
μα: ubi puto legendum eſſe ἀϖόςημα: cùm prius
dictum ſit, ſi uerò non cocto morbo ἀϖόςασις in
cruribus fiat, liberabitur quidem æger à peripneu-
moniæ periculo, ſed &c. Frequens item eſt ſermo in
commentariis Gal. ſuper librum primum epidemio-
rum, & præcipuè ubi agit de apoſtaſi uel apoſtemate
κατʼ ἔκρουν & κατʼ ἀϖόθεσιν de re huiuſmodi.
Hæc adnotaui ut ſtudioſi intelligant cunctanter lo-
cos eſſe emendandos, & non prima appræhenſione.

Emendatio eiuſmodi uiro huic contigit & in ple-
riſque aliis locis, & præcipuè in primo libro de com-
poſitione pharmacorum ſecundum locos, ubi agit
de aphrolitro. Cuius uerba ſunt: Quod hoc loco
imprimis

imprimis adnotare neceſſarium duxi, hoc eſt: quòd qui apud Galenum & Græcos medicos aphrolitrum reperiunt, falſam ſcripturā exiſtimantes, aphronitrū ferè omnes ſubſtituūt, quod ipſum ex aphrolitri igno rantia contingit, &c. Aduerſus autem annotationem hanc quæ cenſeo, paucis oſtendam. Imprimis cum ho- mine non ago ſi apud ueteres & uaria exemplaria reperiatur aphrolitrum & aphronitrum. Nempe ſi uel aphrolitrum uel aphronitrum reperiatur, prorſus exiſtimo idem ab utroque ſignificari, neque erat o- pus homini litri ſpumam à nitri ſpuma diſtinguere ut diſtinguit, neque etiam aphronitrum ſpumam nitri uertere ut ipſe uertit, ut ab aphrolitro diſtingueret, quod etiam & ſpumam litri uertit. Nempe pugnant hæc omnia aduerſus ueritatem. Tria enim hæc tantū reperiuntur, νίτρον, ἀφρὸς νίτρου, & ἀφρόνι- τρον, id eſt, nitrum, ſpuma nitri, & aphronitrum. quòd res ita habeat, imprimis Galenum audite, qui li bro quarto de ſimplicium uiribus ita inquit ubi de ſa libus agit: Sic & nitrum ipſum, & ſpuma ipſius, & quod cōpoſita appellatione appellatur aphronitrū. Item tertio libro de compoſitione pharmacorum κα- τὰ γένη: Tenuium partium ſubſtantiam habent & inter terreſtria ſpuma nitri, & quod facilè aqua diſ- ſoluitur aphronitrum, tanquā in terreſtri ſcilicet cor pore intelligentibus nobis. poſteà eſt berenicium ap- pellatum nitrum, & paulò poſt: Hac itaque ratio- ne & ſpuma nitri & nitro berenicio & aphronitro non lapidoſo ſed uerè aphronitro quod ſpumoſam cō

ſiſtentiam

ſiſtentiam habet, mixtis ſum ſæpius uſus. Item quarto ſimplicium: ſunt itaque & inter aphronitra quædam duræ & craſſæ ſubſtantiæ & quæ non facilè ab aqua diſſoluuntur. ſed de prauis non eſt hoc in loco nobis ſermo: ſed de his quæ iuxta nominis rationem ſpumoſam nacta ſunt ſubſtantiam, qualis eſt & ipſa nitri ſpuma. Nam ſi quis intellexerit quod in prima authoritate dicitur, & quod compoſita appellatione appellatur aphronitrum, non arbitrabitur pro aphronitro feliciter redditum eſſe ſpumam nitri: quin potius reddendum eſſe ſpumoſum nitrum, de quo mentionem fecit in ſecunda authoritate cùm inquit: & quod facilè aqua diſſoluitur aphronitrum. neque negauero aphronitrum duplex eſſe: lapidoſum ſcilicet, & quod uerè aphronitrum eſt, quod ſcilicet ſpumoſam conſiſtentiam habet. id quod quarta ſententia facile oſtendit, cum aphronitra quædam dicat dura & craſſæ ſubſtantiæ, quæ lapidoſa anteà dixit, alia uerò quæ ſpumoſam habeant ſubſtantiam, prout nominis ratio expoſtulat. Concludendum itaque tria hæc eſſe: nitrum, ſpumam nitri & aphronitrũ, id eſt, ſpumoſum nitrũ, quod perperã redditur pro ſpuma nitri: ut uir ille doctus reddidit, neq; fugiendũ eſt ad anteà dictas uanas ſanè & inutiles aphronitri & aphrolitri differẽtias. libro octauo Galeni de ſimpliciũ uiribus, caput de aphronitro magna ſui parte corruptum eſt, aut ſi emẽdationes reſpexeris, deprauatũ potius, in exemplari quidem Germanico magis quàm in Aſulanio. quo fit ut à deo optimo

maximo

maximo id rogem ut qui prælo Germanico præſint, à tot emendationibus abſtineant, annotationibus ſolis contenti, ne locos emendantes prorſus deprauent, & candidatorum ingenia perturbent, primas perſecuti appræhenſiones. Eadem emendationis infelicitas hominem præhendit qui circa initium libri de compoſitione medicamentorum ſecundum locos, ita reddiderit: aliis uerò herbis quæ iuxta humidiores regiones proueniunt. ubi non ἀνωτερώτερα, id eſt, iuxta ſuperiores, ſed νοτερώτερα, id eſt, humidiores legit, & ob id ita reddidit: ſi uerò texturæ Galeni rationē habuiſſet, neq; ἀνωτερώτερα, neq; νοτερώτερα legiſſet, ſed ἀνηροτώτερα, id eſt, incultiora & inaratiora. Alia ſuis locis expromentur. Hæc ſanè annotaui non quòd uir ille apud me & noſtros male audiat. Maiorem ſiquidem ſpem ex eo habemus, quàm ex quocunque alio qui nunc uiuant.

# RERVM AC VOCVM TOTO HOC *opere memorabilium* Index. *Cuius prior numerus folium, alter uerò paginæ uerſum ſignificat.*

## A


ACceſſionis tempora 26,b.32
Acceſſiones tertianæ in morbis acutis conſiderandæ, 113.b.35
acetũ neruos offẽdit, 77,16
acetum vterũ dolore afficit, 77.25
acetum neruos vel mentem ferit 19,a.35
acetum in fotibus doloris lateris quale eſſe debet, 26.a.37
acetum quibus cõferat, quibus verò non 77.3
acetum atra educit 76.69
acida exaſperant 12.21
ἀκράτως quid 68 13
acria omnia calfaciũt, 12.23
acria ſalſis magis calfaciũt, 91.28
ἀκριβῶς 49.56
ἄχροα 103.51
ἄχροοι 139.8
ἀκροχλίαρον quid 73 67
ἀδελφοί 43.61
Aegritudinis dies primus obſeruandus 113 23
æger ſubitam ad cõtrarium mutationẽ nõ fert, 82.a.36
ægri in morbis acutis, quomodo interrogandi, 113.27
ægri qui potu ſolo reguntur 86.12
ægrotantium facies multæ, 122.16
ægrum quare ad balneũ ducimus 82,47
æger nullus cũ lauat̃, detergi expoſtulat, niſi &c. 83.17
ægros cõtinere in lecto ſeſe nõ poſſe, qđ ſignũ 110.a,38
ægri non ſuſtinent tactũ frigidę poſt lauationẽ calidã citra læſionem 82.21
ægri in acut. morbis aliquãdo in principio declinationis alendi 123.53
ægrè valere periculo omni vacat, & maximè ægrè valere lethale 108.7
aër diſpoſitionem corporis ſecum mutat 88.17
Affectuũ dignotio ad curationẽ valde neceſſaria, 2.10
Alæ non humectant, neque ſecant 18.26
alimentũ datur propter effluuium 25.20
alimonia humidior corpore exiccatis conuenit 41.29
alliorũ voratio pręter ſolitũ quantũ laborẽ ventriculis quibuſdã afferat 44.b,31


allij natu

allij natura quæ 129.47
allium aduerſus crapulam, ibidem,53
alteratio corporũ ſubita dolorem parit 27.b,33
aluus cohibita quarũ partiũ ſiccitatem indicat, 16.2
aluo fluẽte ſanguis haudquaquam detrahendus 140,9
Amara quare vẽtrem offendant 66.53
ἀναβρογχισμὸς qd 144.26
analogiſticũ & epilogiſticũ q̃uo differant 109.a,33
anginæ generatio & curatio 96.14
anginæ in vniuerſum conſideratio 102.3
anginæ duæ ſpecies 103.14
anginæ ſecundæ accidentia ibidem.a,33
animal quare perit in priuatione reſpiratiõis 104.a,36
animam deficere ex repentinis deiectionibus periculoſum 115.a,36
animã deficere deiiciente aluo, ſignũ per ſe malũ 116.2
ἀνωτέρω 56.27
Ἀπάρτι quid 49.55
ἀπέῤῥωγε quid 103.68
ἀπέπτως 20.47
Aphoniæ in ægris vnde, 100.25
ἄφοδον 39.65
ἀπηρτισμένως 49.56
apnœa quid 125.37
ἀποσπάτημα 39.68
apoplexiæ vnde 98.a,37
ἀπειρία quid 51.56
ἅψις τῶν φρενῶν quid, 79.b,38
ἅπτοιτο uerbum, 79.b,37
ἀπόστασις 120,17
Aqua non nutrit 69.a,37
aqua quo pacto vires recreet 78.a,37
aqua nunquam quis vtatur, 78.b,35
aqua tardè penetrat 90 b 38
aqua ſtercoris exp̃s 78.68
aquæ vſus in morbis acutis, 79.27
Aqua quãdo bibi ſit idonea 78.52
aqua febris naturę aduerſiſſima 23.b 35
& quando danda, ibidẽ 40
aqua ſtomachum ſupinat, 12.57
Aqua in bilioſo ventriculo corrumpitur 78 29
aquæ frigidæ potio, quanta eſſe debet 23.41
aquę frigidę potio pręcipua cauſorũ ſanatio 92.a 39
aquæ potus cauſo laborantibus 90.33
aqua per ſe pota in pleuriticis, culpa nõ caret 23.26
aqua vino grauiter nocenti ſuperbibitur 79.12
aquæ in morbis acutis conſideratio 77.57

aqua in

Aqua in mor.acut.tardè penetrat,atq; ĩ hypochõdriis diutius moratur 67.58
Aqua frigida quando in febribus exhibenda 68.22
aqua cur inter mulſam & oxymeli datur 79.10
aqua optima quæ 78.26
aqua mulſa picrocholis minus propitia 65 a 32
Aqua mulſa quando ægro ſufficere poteſt 65 b 33
aqua mulſa ſubducit mediocriter 134.45
ἄρχδον κακόμ habere. 13.41
ἄρχδος quid 131.4
Arteria quibus vlceratur & quare 104 a 32
Arterias antiqui venas appellabant 59 b 34
Artis conſtitutio ex propriorum à communibus diſtinctione oritur 10.6
Ars medicinæ pulcherrima & germana 8.15
Artis medi.finis,curat. 2.21
Artis medicæ calũnia 7.41
Artem conſtituentes in quo peccent 10.10
Artifex optimus quis. 10.1
Artifici eſt ſcopus omnia quæ ad curationẽ idonea ſunt ſcribere 1.41
ἀσαπῶς quid 20.47
Aſelli piſces quibus dantur 18 a 36
Ἄσκ 129 59.
Ἄσlω & δυσφορίαν habere 68.47
Ἄσκ quibus fit 38.45
ἀσσόμενος 38.50
ἀσώδεις febres quæ 110 b 36
ἀσσώδεις 85.1
ἀσφυξία quid 99 b 34
Aſtringentia edulia vt os ventriculi roborant, ita exiccant 13.1
aſtringẽtia exaſperãt 12.22
Aſtringentibus quando vtimur 13.27
Aſperant quæ 12.21
Augurum Græci & Arabis quæ fuit diſcordia 8.44
aures cur ſonãt ęgris 51 a 36
autopyrus panis 45.13

B

Balneorum conſideratio 80.43
Balnei conſuetudo conſideranda 83.49
balneũ quib.nõ cõfert 84.8
Balneum quare laboranti exhibemus 82.17
Balneo qui tutius vti poſſunt 85 b 32
balneũ nõ vacuato corpore exhibitũ, mẽbris affectis fluxionem parit 86 a 33
Balneum, capitis caliditatẽ iuuat. 108.27
à Balneo non confeſtim ſorbẽdũ neq; bibẽdũ. 83.b.35
à Balneo calido mixturæ ſint paratæ: 81.67
an in Balneis abſtergẽdum 83.18

83.18.
balneũ peripneumoniæ magis quàm ardenti febri cõfert 84.9
ad Balneum via qualis eſſe debeat 81 b 37
βέλτιςα 132.66
Bilis ſimpliciter 89.69
bilis flaua vnde 42 b 35
bilẽ flauam quæ procreant 62.12
bilis ſimpliciter dicta, pallida intelligitur 108.57
bilis flaua amara 62.7
bilis meatus ad ἔκφυσιν inteſtinum 43.1
bilis tum per clyſterem, tum per vomitum expurgatur 90.68
bilis in inteſtinis quãdo furſum recurrit 75.125
bilis cruda flaua eſt, acris & male olens: cocta verò pallidior, & minimum male olens 51.5
bilioſa quomodo ſpumãtia reddantur. 67 a 31
bilioſa excrementa, ſcammonia purgantur. 118.10
bilioſarum deiectionum cõſideratio 68.30
bilioſa cruda 50.48
Bilis atra vnde 42 b 36
bilis nigra acida. 62.7
βλάβαι 68 a 37
Βλαβερά 68 b 31
Braſſica partibus conſtat facultate pugnãtib. 13.a.39
Βρώματα 129 b 32
Bubulæ carnes melancholica proritant pathemata 131.42

C

Καιρὸς quid indicat 72.55
Κακοχρόοι qui 139.15
Κακοήθεις morbi 48.49
Calfaciẽtia à vicinis trahũt partibus. 27.61
Calidum prouocat, frigidũ autem reprimit 133.63
Καλούμενον & καλεῖσθαι adiũcta vocabulis, quid oſtendant 72 a 35
Cantharides quomodo propinãdæ hydropi 141.24
Capitis fluxionibus an dandus helleborus 126.65
Capitis caliditatem balneũ iuuat 108.27
Capitis grauitates in ægris vnde 100.25
capite dolentes ex intempeſtiuis laboribus, purgandi non ſunt 138 b 38
Caprinarum carnium natura 132.12
Capris quomodo melior alimonia 132 b 35
& quæ alimoniam his præbent ibidem a 37
Capris quando deterior caro 132 b 34
Carbunculi morbi calidi 96.65
Carnis multa præter ſolitũ deuoratio quantum laborem ventriculis quibuſdã afferat 44 a 39

Carnes

Carnes calidæ an frigidis me- liores 132.24
Ad carnis bonitatem plurimũ poteſt alimonia 132 a 39
Κάρτα quid 73 17
Caſei natura, atque differen- tiæ 130.22
Caſeus deterrimus his, qui ſe potu repleuerunt ibidem.20
Κατ' ἀρχὰς quid 15.44
Καταγλισχραινόμενον ἀσπαρέως 20.46
Καταγλισχραίνειν, 66 a 34
Καταγλισχραίνεσθαι. 20.44
Κατακορέως 68.3
Καταλελυμένοι qui. 84 68.
Καθαίρεσθαι. 138 b 35
Καθελεῖν 74 a 39
Cauſus morbus acutus 4 20
Cauſorum duo genera 92.63
Cauſus propriè dictus 88.46
Cauſus quando fiat 88.11
Cauſi cauſæ quæ 89.24
Cauſum quãdo medici appel- lent 93.2
Cauſi nothi ſigna 92 50
Cauſus nothus 93.8
Cauſorum præcipua ſanatio, potio frigidę 92 a 39
Cauſo q potus dãdus. 90 a 34
Cauſus quando reuertitur 92.13
Cauſum ſubſequẽtia 89 b 38
Cauſus nothus, quo iudicatur modo 94.5
Cauſus quibus ſoluit 91 b 39
Cauſus ob liberalẽ vini, quod tethalaſſomenon vocant, po tationem genitus 89 a 31
In cauſo quæ fugienda 91.19
Cauſus rariſſimè per abſceſſũ iudicatur 92.3
In cauſo ſi os amarum fuerit, vomere confert 90.62
In cauſo cũ liquida aluus fue- rit, quid agendum 105.30
In cauſo quando ſorbendum 91 a 33
Cauſis quibus eruptio ſangui nis contingit 94.5
Cauſus in parte, & cauſus in toto corpore, quando ſitim omnino pariat 88.53
Cauſæ morborũ manifeſtæ a- nimaduertendæ 122 a 39
Κενεαγγία. 53 a 33
Cerealia ſemina quæ 11 b 37
Cerebri ægritudines ſiccæ quomodo dignoſcãtur. 16.12
Cerebrum cum oleo & garo condĩtum pugnantibus con ſtat partibus 13 b 32
Χαλαστικόν 95.21
Chirurgia 3.27
Χλωρὸν meiere quid 38.25
Χόριον quid appellabant ueteres 132.56
Χολῶ ſimpliciter quid me- dici appellent 62.4

χολὴν μέλαιναν quid appellent 62.5
Cholera arida 131.21
Cholera ſimpliciter quomodo ab arida diſtinguatur 133 b.39
Cholera vtraq; vnde 133 b 33
Cholera ſicca quibus fiat 131 25
Cholera quō curetur 133.64
Chondri ſorbitio ſupinat ſtomachum 12.55
Chondrus fuit tempore Hippocratis 11.50
Chōdrus pituita media in ſanguinem vertitur 42.41
Chondrus pleuritico cibus tātum eſt 25.16
Chōdrus affectis iocinore nocet 12.48
Chondrus viſcoſus, ſed nō lubricus 12 b 36
Chondrus in acutis morbis datur 11.43
Chondrus craſſi & boni ſucci 137.28
Cibus pro excremento 19.61
Cibi pituita media in ſanguinem tranſeunt 42 b 38
Cibi multiplices & præſertim facultate diſſimiles turbationem magnam in ventre progignunt 76.9
Cibi ſueti, facilè ferūtur. 43.53
Cibi abſtinentiam inſuetā qui facilius ferant 42.24
Cibi vel potus qui primò ingerendi 71.51
Cibi miniſtrandi tempus in febribus 134.23
In ciborum omni abſtinentia quando ægrum regere oporteat 47 a 39
Cibi confectio à calido, humido vaporoſoque 38.55
Ciborum vis experientia iudicatur 129 b 31
Cibi notas & indicia faciunt ibidem.a.39
Cibum ſemel adſumentes quę incurrant 129.16
Cibandus interdum quis per initia acceſſionum 26.27
Cibatis perperam quæ cōtingant 49 a 37
Cibari bis aſſuetis, ſi non prādent, quæ contingant 39.54
Ciborū varietas quando nocet 13.45
Ciborum exhibitio mutationis rationem habet 36.22
Cibi offerēdi tempus optimū in ægrotantium declinationibus 26.18
Cibi inſueti non facilè feruntur 43.55
Ciborum adiectioni intendēdum multò minus, ſubtrahere ſæpenumero expedit 47.8
Ad cibationem quæ ſtimulāt, et quæ non 46.47
Ciborum exhibitio rectè trāſferenda 36.21
Cibus vitioſus vel potus ſemper ſibi ſimilis ad ſanitatem tutior eſt 37 a 35

Cibo-

Ciborum inſignis virtutis mutatio quantum lædit corpora 44 a 39
Cibi porrigẽdi tẽpus particulare, artis ciborũ exhibẽdorum maximum 137.43
Cibi exhibendi particulare tẽpus ibidem. 45
Male cibantium medicorum ignorantia 49 a 35
Ciborũ mutatio in ægris quibus argumẽtis oſtenditur lædere 37.5
Cicer flatum parit 130.63
Cyathos cereos quos damnat Eraſiſtratus 79.57
Clyſter purgationis vice quibus competat 96.10
Clyſmatis indicatio vnde 25.48
Clyſteribus quare mulſa apponitur 68.1
Clyſma quando exhibendum pleuritico 25 b 38
Clyſma pingue aridam ſanat choleram 133.64
Κόκκαλος 120.61
Cocta medicari. 98.7. & 105 a.37. & 108.60
Coctio incraſſat oĩa 89.52
Coctioni calidũ opitulatur, & frigidum renititur 74.5
Coctionis ſigna in cẽſu quorũ ſymptomatum 52.48
Coctiõis nomẽ vniuerſale 51.1
Coctiõis notæ ĩ ſputis 16 a 31
Κολάσαι 74 a 39
Colliquatio in ventre quare 136.35
Cωlon aliquando ventrem inferiorem vocant 136.54
Color flauus 38 a 38
colũbæ iuuenes nõ ſecãt 18.26
Comparatio iuſta rerum quomodo facienda 70.65
Cõcordia quid indicet 17.46
Confectio ex iride & marrubio quibus & quando datur 18 a 34
Cõſtitutio artis in diſtinctione ſubſtantiam habet 10.9
Κῶνος 121.1
Contraria cõtrariorum remedia 12.8
Cõtrouerſia quid ĩdicet 7.45
Cõtrouerſia in arte vnde 10.15
Conuulſorum in anteri. partẽ curatio 99.62
Conuulſiones in ægris vnde 100.19
Conuulſio cui ſuperueniat 114.42
Κόπρον quid 19.63
Κόρος 113.53
Corporis cõditiones 50 a 37
Κρίσις 17.20
Κρισιμώτερα quid indicet 33 a 37
χρησμολόγοι 8 a 32
Cruditas purgationẽ impedit 108.46 & 109 a 32
Cruda quæ vocentur 50.52
Cruditatem morbi quæ ſequãtur 51.53
Curatio artis medicinæ finis 2.21
Curatio à medicis per ſe exercetur 2.20

Curatio quid, & quomodo ſumenda 1.69
Cutis aïalis quare ſimiliter carni cõcoqui nõ poſſit 133.20

D

DEiectio conſideranda 113 b 33
Deiectiones cauſo fiũt liquidę & pallidæ 89 40
Deiectiones aduſtę picrocholis 41.56
Deiectiones bilioſæ valde & ſyncerè, quas habeãt offenſas 68 30
Deiectiones liquidæ incoctæ cauſum ſubſequũtur 89 40
Deiectiones liquidæ quibus fiant differentiis 94.34
Deiectio nigra mortem indicat 113.41
Deiectiões acres & inæquales habentium curatio 136 a 31
Ex deiectióibus repẽtinis deficere animam eſt periculoſum 115.49
Delicta in principiis morborũ facillimè domari poſſunt 48 a 39
Delicta prope vigorem morbi grauiora quàm in principio 48.41
Deliria vnde 108.14
Delirium quando fore expectatur 114 21
Dentiũ fremitus vnde 99.20
Deſipientiæ vnde 89.57
Deſipientiæ quæ ſequi natæ ſunt 51.27
Deterſio quo modo fiat 81.21
Διὰ παντὸς τοῦ χρόνου 107.9
Διὰ τέλεος ibidem
Diariæ febres vnde 138.56
Diaſtole 11 a 38
Dies prima ægritudinis conſideranda 113 67
Dies duo ab iudicatione conſiderandi in cibis adminiſtrãdis 17.13
Dies quarta in morbis maximã habet facultatẽ 120.8
Dies quarta in acutis morbis ſi tertiæ ſimilis, quare pernitioſa 113 65
Diebus iudicatoriis mala ſymptomata maiorẽ habent facultatem 118 b 34
Die quarto ſi malum ſymptoma apparuerit, ſeptimus eſt periculoſior ibidem.62
Dierum paritas & imparitas in morbis acutis perpendẽda 17 16
Dies impares multa pollent virtute 112 45
Dies impares qui ibidem.49
Diæta quid 3.25
Δίημι 29.46
Δῖνος 107.63
Dioriſmus 11 a 38
Diſciplinis mathematicis quod bonum ineſt 17.47
Doctrina ab vniuerſalibus recipit cõmoditatem 119.20
Dolor fluxiones mouet 99.61.& 100 12
Dolor oĩs vires exoluit. 75.47
Dolor vbi gignatur, & quãdo 27 b 32

Ob dolores ſæpius ægri ſine pulſu reddũtur, & animi deliquia incurrunt 54.48
Dolor lateris ſi fomentis non placetur, quid agendum 30 b 34
Doloribus lateris quibus cõueniens eſt halitus 29 a 34
In dolore lateris quãdo ſecãda vena, & quæ 30 54
Dolorem lateris qui ſub ſepto tranſuerſo eſt, ſedãt veratrũ nigrum & peplium 33 6
Dolores lateris ad hypochondrium tẽdentes, non admodũ iuuat venę ſectio 32 a 38
Dolore ventrem inferiorem infeſtante, quid agendum 140 54
Dormiẽtibus plurimum præter conſuetudinẽ halituoſa redũdãt excrementa 59.12
Dulcia omnia bilem procreãt, 62.14
Δυσκοιλοῦσι 40.23
Δυσελκής 56.49
Dyſenteriæ medicamentum 143.44
Dyſenteria ceſſans quid pariat 124.64

E

Ἐδέσματα 129 b 32
Edulia partium facultate pugnantia perturbãt. 13 a 34
Ἔκφυσις 43 2
Εὐήθεις morbi 40.47
εὐήθης vlcus vnde fiat 56.56
εὐηθες ulcus ibidem. 53
εὐελκής ibidem. 48
εὐτρέπτοι morbi 48.49
ἐλινύειν 57.45
ἐμπιπλᾶν 23,68
Empiricorũ ſyndrome. 121. 4
Endemius morbus 4.56
Eneorema naturale 91.61
ἐπινέμομενον ulcus 56.51
Epidemius morbus 4.52
ἐπιγίνεσθαι 120.1
Epilepſię ĩ ęgris vnde 100.27
Epilepſiæ vnde 98 a 37
Epilogus triũ lib. Hip. 86.64
ἐπιφαινόμενα ſymptomata 52.55
ἐπισημαίνειν 129 b 34
ἐπίτασις 137.46
ἐπιτείνεσθαι 120 4
Epſema cuius naturæ 60.64
ἰφθότητος nomen 59.7
Eraſiſtratus hippocratẽ ęgros inedia cruciare ait 17 b 37
Eriſypelata morbi calidi 96.65
Eruum calfacit 12.23
Eruum in fotibus doloris lateris quæ poteſt 29 12
ἑτεροῤῥεπέας dies quos vocet 112.48
Etnos fabaceum ſemper flatuoſum 13.65
Eudemo philoſopho bilioſo temperamento bilis per ſedẽ demittebatur 41.49
Excretio ob calidã humĩditatẽ, nõ ob ſiccitatem 59.8

Excrementa in inteſtinis quo modo aliquando ſurſum recurrant 75.42
ἕξις 42.61
ἐξ ἀρχῆς 49.5
Expoſitiõis ſcopus quis 4 b 31
Expuitio nulla quid indicet 16.1
Expurgari 96 18
Extremitatum refrigeratio in ſecundo cauſo 93.53
Extrema corporis quãdo prõptè refrigerentur 51 a 38
Extremorum perfrictio vnde 99 b 31
Extremorum perfrictio picrocholis 41.67
Extremitatum frigus quid indicat 110.47

F

FAba ægyptia mediocriter refrigerat 137.27
Fabaceum etnos 13.65
Facies Hippoc. mortifera vnde 53.50
Facultates quatuor naturales 109 b 32
Febris 12.3
Febris natura 12 7
Febris remedium ibidem. 9
Febres inconſtantes donec cõſtent, ſinere oportet. 111.65 & quæ ſunt. ibidem. 69
Febris liquefaciens, quomodo deprænditur 68.17
Febris ex ardeſcẽte natiuo calore ſuſcitatur 23 b 32
Febres liquefacientes & tabefacientes quæ habeant excrementa 67 a 37
Febriẽtes cum liquida aluo & mentis turbatione, quomodo curandi 107 a 37
Febriẽtibus ſi quĩta dies terrifica fuerit, qd agendũ 115 a 34
Febrientes cum liquida aluo, quomodo curandi 107.1
Febres quæ per abſceſſus iudicantur 110.13
Febre hyemali ſi lingua aſpera redditur, quid agendum 114.61
Febriẽtis lingua ſi quarto die turbata loquitur, & venter liquida bilioſa deiicit, delirium ſequitur 118.57
Febrientis cum crurum tuberculis exemplum 116.65. & ſanatio. 118.7
Febrienti decimoquarto die vox intercepta malũ 118 a 3
Febrium quieti quando fidendum non eſt 114.67
ſi Febris præhenderit hominẽ vetere excremento deſcendẽte, vel nuper cibatum, vel cum dolore, vel ſine dolore, quid agendum 104.51
Febris ſingultuoſæ curatio 120 a 39
Febriẽtibus vinũ aquoſum maximè idoneum 64.62
Febrium putridarum ſanationis ſcopus 12.11
Febris hyemalis 115.1
Febriẽtium duorũ natura diſſidentium curatio per victus rationem 24.15
Febres vehementiſſimæ quæ

89.11
Febribus quibus confert balneum 86 a 36
Ficedula quãdo melior 152b32
Flatus ſurſum aliquando recurrit 75.16
Flauus color 38 a 34
Fœnum græcum calfacit 12.23
Fœnum græcum quare exhibetur 11.45
Fomentorum calidorum varietas 27.50
Fomenta calida 28.15
Fomenta calida lateris dolori adhibenda 27.49
Fomenta ſicca in doloribus lateris ex quibus 30.13
Fomẽtũ ex milio & ſale quos lateris dolores ſoluit. ibid. 24
Fomentis ſi dolor lateris non placetur, quid agẽdũ 30 b 33
Fotus ex hordeo & eruo dolori lateris 29 b 37
Fotus ſicci quibus conueniunt 28 b 35
Fotus ex aceto & erobo & ſale quibus pleuriticis, ibid. 59
Fotus humidi quibus conueniunt 28 b 34
Fotus mordẽtes aduerſus quæ ibidem b 39
Fotus per ſpongiam in lateris doloribus 29.22
Fotibus quare ſupponi quippiam debet molle 28.68
Frumenti nomine quæ intelliguntur 11 b 34
Furfur in fotu doloris lateris 29.47

G

GAllorum teſticuli non humectant neque ſecant 18.26
γεγυωμένοι 84.68
γενεθλιακοὶ 8 a 31
Guttur maximam ex deuoratis dulcibus habet voluptatem 66.60

H

HAbitus corporis quid 98.61
Habitus nomine quæ continẽtur 42.61
Habitus pro corporis compoſitione 54.19
Helleborus niger ventrẽ ſubducit 124. 42
Hæmorrhoïdarum ſanatio 143.27
Hepar à vinis craſſis læditur 61.24
Herpetes morbi calidi 96.65
Hiera ex colocynthide quib. datur morbis 34.15
Hipp. à ſubita & multa tum repletione, tum vacuatione abſtinet 15.47
Hippocratis tota intentio huius libri 86.64
Hippocrates duo 11:61
Homonyma duplicia 92.58
Hordeaceæ polentæ ſiccant & refrigerant 137 28
Hordeum temperamento frigidum 19.18
Hordeum quomodo probari debeat 18.44
Humiditas cibi vehiculum, nõ cibus eſt 69.41

Humores pulmonum quomodo expurgantur 61 a 33
Hydropum duæ naturæ, & curatio 135.7
Hydrops aſcites ibidem. 44
Hydrops tympanias 135 a 38
Hydropi quando præſentiſſimum remedium ſanguinis miſſio 135 4!
Hydropi poculum 141.24
Ex hyoſcyamo commoditatẽ percipimus 34 a 37
Hypochondria inflãmata nõ purgantur ante venę ſectionem 96.43
ὑποχόνδρια φλεγμαίνοντα 96 62
Hypochondria compreſſa in quibus, & vnde 58 b 35

I

Ἱκανῶς 68.3
Ἥκιστα 85.54
Ἰχῶρας *tenues humiditates uocat* Hippocr. 89.2
Ἰχῶρες 50.49
Ἠδελφισμένα 43.60
Idiotarum ignorantia in medicis cognoſcendis 5.8
Ieiuni inteſtini ſiccitas quomodo depræhenditur 16.3
Ieiunium aduerſus capitis dolorem, crapulamq́ue, malum 129.14
Ieiunum inteſtinum ſitim parit 88.47
Ἱεροσκόποι 8.25
Ἱερεῖα *ibidem.* 23
Ἱερεύς *ibidem. b.* 33
Ignis cuius naturæ 12.10
Impranſis præter ſolitum & cœnantibus quæ contingũt 40.44
Inedia ſumma quibus conſulenda 25 a 36
Inflammatiões qui ſtatim medicamento ſoluere conãtur, quo modo peccant 97.65
Inflatio ibidem. 9
Infrigidationes in ægris vnde fiunt 100.25
Interdum perpetuò opponitur 90.11
Inſuperabile 131.44
Inteſtinis virtus circunſtringens & exprimens 75.27
Inteſtinũ in morbis acutis abradi interdum bonum non eſt 75.20
Inteſtinorum abraſio vnde ibidem. 21
Inteſtinorum ſiccitas quomodo dignoſcitur 16.3
Inuſtio ventris vnde 136 b 36
Iocinoris ſiccitas quomodo dignoſcitur 16.3
Iocinore adfectis nocet chondrus 12.48
Iocinoris dolores non purgãtur ante ſectionem venæ 96.48
Ex iride & marrubio confectio quibus datur 18 a 34
Ἴσχαιμα 143.7
Ἰχνόν 103.7
Iudicatio morbi nunquam in prin-

principio 52.41
Iudicatiõis ſignificatus 35 b 39
iudicatio in diſtinctione ſubſtantiam habet 10.9
iudicãtur celeriter qui. 16 a 33
iudicatus ſimpliciter qui dicitur 108.54
iudicatio cũ prope fuerit, ſorbitionẽ ne dederis. 109 64
ab iudicatione duo dies adnotandi 17.13
iura oĩa cuius naturæ 13 b 37
ἕξις 18.63

L

Labores ĩtẽpeſtiui q 138.42
Labri inferioris cõcuſſio quid indicet 52.27
lacti quod bibitur, cur mel & ſalem miſcent 101.a 32
lacte aſinæ cocto quãdo purgãdus æger 91.4
lac aſinæ ad purgationẽ quare exhibeatur, & in tanta quãtitate 101.19
lac aſinæ inter purgantia omnia mitius, & lacte omni humidius 134 a 37
lac aſinæ purgat & contẽperat 137.23
læue cui opponatur 12.20
lana mollis fotibus dolorũ lateris ſupponitur 29.6
languẽtes ab inſigni victus mutatione iuuari 45.41
laſerpitij natura 131.19
Laſſitudo vlceroſa ꝓpter quid 89.14
Lateris dolori quod primum adhibetur auxiliũ 27.48
Lateris dolor à quibus paritur 9.56
lateris dolor vt calidis fomẽtis diſſoluatur tentare oportet, 27.21
lateris dolor ſi ſub ſepto tranſuerſo fuerit, purgatione ſoluendus 33.7
lateris dolore ſub thorace vexãte, purgandum 122.61
laterum doloribus quæ apponere licet 124.11
lauatio calida, corpus laxius & rarius facit 82.15
lauandi qui non ſint 84.51
lauantis compoſitio qualis eſſe debeat 81.58
lauatorum caput ſpongia reſiccandum 83.12
lauãdi cupidos ſi bis quotidie laueris, non peccabis 85.19
lauatorum caput linteo reſiccandum 83.17
laxari quibus partibus conueniat, & quibus non 77.a 34
Lectio obſcura nihil docet, 14.25
legumina oĩa flatuoſa 130 b 39
legumina viridia quæ, & quæ macerata ibidem, 52
λαφαίμοι qui 139.9
lemmata quæ vocat Ariſtoteles 37.17
lens quare exhibeatur 11.45
lentis natura 131.1
lẽticula ex aceto quare nõ detur pleuritico 18.27
lenticula partibus cõſtat facultate pugnantibus 13a,38

Lethargus

lethargus morbus acutus 4.20
Librũ ſecũdũ adornari quid 3.5
lien à vinis craſſis lęditur 61.25
lieni inflammato mulſa moleſta 66.44
Lienis grauitas non purgatur ante ſectionem venæ 96.49
λιμοκτονία 115.10
lingua quare amarulẽta 93.24
Cur ſalſa ibidem.19
Cur aſpera,& nigreſcat 93.19
Lingua cauſo quare areſcat.ib.
linguę ſiccitas qd indicet 16.7
lingua dulcedinis ſenſionẽ cui dentiſſimam habet 66.64
lini ſemen mollit 121.25
lini ſemen ſiccat & refrigerat, 137.24
linteum multiplex fotibus doloris lateris ſupponitur 29.7
Lumborum tetanus quo ſoluatur 125.27
luctatorum cibus 13.49
lupini natura 131.10
λύγγας λύγγους ſingultus appellant 129 b 39

M

Μᾶλλον τοῦ προσήκοντος, 68.11
μᾶλλον τοῦ καιροῦ ibidem.8
Ex mãdragora percipimus cõmoditatem 34 a 37
mangones puerorũ facies ptiſana illinunt 12.41
mantice 8.18
μάντεις ibidem.26
manuũ porrectióes vnde 99.30
manuum tremor quid indicet 114 a 34
marmariges 51.30
maturãtia cuiusnaturę 111 a 32
maxillarum contractio vnde, 99 a 37
maza inſueta quid ventriculo adferat 44 b 36
Meconium 144.9
Medicationi non idoneorum catalogus 138 b 34
medicandũ priuſquam in partem aliquam firmentur humores 123.13
medicamẽtis purgantibus cur ſemina boni odoris miſcemus 33 b 36
medicamẽti quantũ propinandum, ſi hominis naturam nõ noueris 34.1
medicamẽtis purgãtib.in acut. morbis raro vtendũ 33.58
medicamẽto operãte cur abſtinemus à ptiſana 34.51
medicamẽta craſſos humores à pulmonibus educẽtia cuius naturæ 61 a 34
medic.purgantiũ natura,naturis corporum quæ expurgantur contraria 34 a 36
medic. epoto ptiſanã protinus ſorbere oportet,& q̃tã,34 a 22
medic. purgantia quare timeantur 91.7
medi.purgãtia corpus vehemẽter mouẽtes frangunt 109.51
medic.ſputa educẽtia 124.54
medicũ ſymptomata morbi inter ſe cõpare oportet 115.64
medicorum ęgros inedia exiccantium ratio 34.62

medica.

medica.ex opio 20.57
medici à vehemẽtibus abhorrent 6.42
Medicina vaticinationi cur ſimilis videatur 8.8
medicinæ partes 3.25
μεγαλοσπλάγχνοι 67.41
megaloſplanchnis non idonea mulſa 65 a 32
melãcholicis acetum non confert 76.63
mel ĩ acu.morbis bileſcit 90.40
mel dulcium omnium maximè bileſcit ibidem
mel longa coctione amarum redditur 61.8
melle cur delectantur viſcera, 66.48
mellis ad vinũ cõparatio, 71.6
melliquid coctura addat 72.17
melicrati cõſideratio 65 a 32
melicrato quãdo vtendũ.ibid.
melicratum ad craſſorũ humorum expuitionẽ conuenientiſſimum ibidem.58
mentem tentari 79 a 33
meſaræi ſiccitas quomodo dignoſcatur 16.2
μετακέρασμα 82.1
μετάςασις 120.18
μετέωρος 140 a 33
Mictus calidus & viridis picrocholis 41.67
milium morſu caret 30.19
Cur exhibeatur 11.45
milium in fomentis doloris lateris 30.13
milium ſiccat & refrigerat, 137.30
Morbos committunt mutationes 42.54
morborum numerus methodo inuenitur 4 a 33
morborũ acutorũ natura.4.26
morbus ſua indicat auxilia, 24.vltimo.
morbi humidi notæ 16.30
morbus ſiccior variis dignoſcitur modis 16.1
morbi cruditas ſequitur vigilias 51.16
morborum numerus per Gnidios medicos 4.25
morbi acuti qui 4.20
morbus propter quæ crudus maneat 51.50
morborum qui ſanguinis egẽt miſſiõe, deinde ab ea purgari expoſtulãt catalogus 96.59
In morbis ciborũ mutatio declinanda 36.21
morbi omnis in vigore tenuiſſimo victu eſt vtẽdũ. 15 b 31
morborũ ſanatio vnde 6.24
morbi κακοήθεις 48.49
morbi epidemij qui 4.52
morbus endemius quid.ibi.56
morbi ſporadici plures interficiunt ibidem.68
morbi εὐτρέπτοι qui 48.49
morbi εὐήθεις 40.47
morborũ ſolutiões oẽs 126.53
morborum dignotio 1.63
morbus regius in biliosa febre cum rigore ante ſeptimum diem morbum ſoluit 125.11
morbi regij in morbis conſideratio ididem

Mulieribus

Mulieribus magis q uàm viris acetum aduerſatur 77 14
Mulſa exigue nutrit 69 a 31
Mulſa ſtomachũ ſupinat 12. 56
Mulſa & oxymeli quando dã tur 25 22
Mulſa quando noxam adferat 76.45
mulſa ante ſorbitionem 71.53
Mulſa quibus dãda, & quibus non 69.6
mulſa ſecat & humectat 18 16
Mulſa biliosa alui deiicit 67. 16.
Sitim aufert 76.44
Mulſæ potus quando noceat 71.43
Mulſa ciet abunde vrinas 66 b 38
mulſę dilutioris natura 67.66
Mulſa quare cauſo cocta exhibeatur 90.49
Mulſa vino albo, tenui & paucifero quodã modo fortior, & quodam modo imbecillior 70.6
Mulſæ mixtio qualis eſſe debeat 76.49
Mulſa quare clyſteribus adhibeatur 68.1
Mulſa minus ſiticuloſa quàm vinum dulce & alia eius natura 65.58
Mulſa quare à quibuſdam dãnatur 69.23
Mulſæ coctæ ad crudam comparatio 72.8
Mulſa cocta & aquoſa cur cauſo detur 90 a 33
Mulſæ meracioris natura 67 68.
De mundo controuerſia apud philoſophos 161 a 34
Muſti natura 61.4
Muſtũ ſupra modũ coctũ, amaritudinem contrahit. ibidẽ 6
Mutationes morbos committunt 42.54
Mutationes ad contraria ſubitæ declinandæ ibidẽ
Mutationes ſubitæ magnã ægris adferunt læſionẽ 55.40
Mutationes ſubitæ declinandæ 42 54
Mutatiões magnę & repẽtinæ prętter cõſuetudinẽ nõ paruã ſanis adferũt læſionẽ 56. 67
Mutationum in ventre quales offenſæ 57.23

N

NAtura pro temperatura 54.19
Nerui à quib. lædãtur 77.17
νεφελοειδέα 108 49
Numerũ parẽ & imparẽ ĩ morbis attẽdere oportet 112 b 31

O

OBmuteſcere repente vnde 98. 28
ὠχρόν 38.30
Oculorum cauatio picrocholis 41.63
Oculorũ cõſtãtia vnde 99.18
Oculorũ medicamẽta 143.47
Oedema 97.4
Offenſæ magnitudo vnde oriatur 36 37
ὀἰωνίσαι 8,29

ὀυρᾶιον 126 b 33
Olei calidi ad frigidum colla-
tio 83.5
olei & aquę mixtura mollit &
mitigat 121.29
oleum acria lenit, ſiccitaté emé
dat, & ventré moderatè ſub-
ducit 134.18
ὁμοιότροπα 33 b 38
ὀνειροπόλοι 8 a 33
Ex opio medicamenta pleuri-
tidis doloré non ſanát 20.57
ὀξεῖαι morborum 122.17
Orationis virtus perſpicuitas,
vitium obſcuritas 94.68
ὀρθῶς 45.46
orthopnœa ſicca 97 a 37
orthopnœa ſicca nõ expurgat̃
ante venæ ſectionem 96.45
os quibus amaricat 41.63
oris amaritudo quibus 9c.65
os ventriculi primò ſitim parit
88.55
ἐξ ὅτου καὶ ὅτε 113.45
Oua craſſi ſucci & bõi 137.27
oua non humectât, neque ſic-
cant 18 25
oua ſorbilia ſtomachum ſupi-
nant 12.50
oui conditi natura 13.35
Oxybaphus 15 b 39
oxycrato quádo eſt opus in do
loribus lateris. 30.2
oxymelitis compoſitio 72.30
oxymeli quibus medicamentũ
optimũ ꝑpter acetũ, 74.49
oxymelitis parum acris natura
74.24
oxymeli mediocriter acre fla-
tum diſcutit, & vrinas mouet
ibidem, 46
oxymeli abradit ĩteſtĩa 75.20
oxymeli valde acre quos non
iuuat 73 b 35
oxymeli quibus cõuenientiſsi
mum 94.48
oxymeli quádo dandũ 75.66
oxymeli quádo in acutis mor-
bis inutile 75.14
oxymeli parum acre partem
inteſtini imam reddit hu-
mentiorem, & facit ramenta
74.59
oxymelitis noxa. 18 a 38
oxymelite vtẽdum hyeme cali
do, & æſtate frigido 23.47
oxymeli tuſſes incitat 66.12
Oxym. pleuritico medicamen
tum 121 64
oxym. ad craſſos humores con
uenientiſſimum 72 a 32
oxymelitis valde acris natura,
73.18
oxymeli quib. tũ valde aquoſũ
tum valde acre 73.12
oxymelite quando vtendum,
76.46
oxym. quantum dari oporteat
23.42
oxym. quibus dandũ, & qui-
bus non 23.22
oxymeli & mulſa quando dan
da 25 22
oxym. ſolo quando eſt vtendũ
76.46
oxyme. in vniuerſum conſide-
ratio 72.30

P

PAnax quibus confert 124 b 39
Panis ĩ acutis miniſtratur morbis 11.43
Panis & chondrus roborant, ſed non humectant, neque ſecant 18.23
Panis pituita media in ſanguinem vertitur 42 b 38
Panis inſuauis niſi abũdè maceratus 12 a 36
Panes ſubcineritij ſiccare poſſunt 136.45
Panis calidus voratus, ſitim infert & repentinam plenitudinem 44.40
Panis ſyncomiſtus & autopyrus 45.13
παντιλῶς 49 b 34
Papauer adfert incommoditatem 34 a 36
Paralyſes 100.46
Paraplexia ibid.49
Paraplexiæ in ægris vnde 100 28
πάρεργον ἔργον ποιῖσθαι 2.25
Paſſer quando melior 132 b 32
Pathognomonica ſyndrome morbi ſpeciẽ oſtẽdit 115.60
Pathognomonica ſymptomata ibidem 61
Paulus rhetor toto corporis habitu pituitoſus bilem vomebat 41.46
πεπειμμένον 48.47
πέπειρον 48.46
Peplium quẽ lateris ſoluit dolorem 33.9
Peplij ad verattum nigrum in vacuationis lege comparatio Ibidem
Peplium veratro nigro flatus magis diſcutit ibidem a 38
Peripneumonia 4,19
Peripneumonia quòd ſit, non tantũ noſcere oportet 45.28
In peripneumoniis & pleuritide quæ conſideranda 121.51
Peripneumonia quãdo ad ſtatum peruenit, auxilium non habet, cùm non repurgatur. 124.16
Peripneumonia quomodo dignoſcatur ſicca 15.68
Peripneumoniæ eclegma 124 b 39
Peripneumoniæ magis quàm ardenti febri confert balneum 84.9
Perturbant ventrẽ quę 13 a 35
Peſtis 4.51
Petrωnæ victus 6.54
Pharmaceutice 3.28
φαρμακεύεσθαι 138 b 35
φιλολουθροῦντες 85.28
φύσις 42.58
Phleborrhagia 127 a 33
Phlegmone propriè morbi calidi 96.67
& quid propriè à medicis dicantur ibidem
Phlegmonæ quæ duræ 16.8
Phlegmone quomodo dolorẽ facit 27.45
φλυκταίναι 117.47
φλυζάκια 117.48
Phrenitis morbus acut. 4.20

Picro-

Picrocholæ naturæ quæ 77.1
picrocholos cur appellet Hippocrates 41 b 37
picrocholis quæ vſu eueniunt, 76.64
picrocholi parte ſuperiore qui 41.42
picrocholi parte ſuperiore difficilius tolerant abſtinẽtiam. 41 b 34
picrocholis acetũ cõfert 76.64
picrocholis vinum dulce non idoneum 60 b 35
picrocholi præter conſuetudinem impranſi cibos auerſantur 39.54
picrocholis quare mulſa non propitia 65 a 32
pinguedo omnis concoctioni renititur & nutritioni. 113.9
piſces non ſecant 18.26
piſces aſſi aſſiccant 136.46
piſces ſaxatiles loco mulſæ & ptiſanę quib. dantur & quomodo parantur 18 a 34
πυθμενόθεν quid 49 b 34
pituitæ generatio 42 b 37
Et genera tria 93.28
pituita media cibi in ſanguinẽ tranſeunt 42 b 37
pituitoſæ febres per abſceſſus magis iudicantur 94.13
pituitoſi quare facilius abſtinentiam ferant. 42.24
πλάδδος quid 45.20
πλανώμενος ἐντρέποιτο 56.23
Plebeij admirantur quæ non intelligunt 115.57
Pleuritis morbus acutus 4,19
Pleuritis quõ fiat 20 b 31
Pleuritidum euariatio 45.29
pleuritis quòd ſit non tantum noſcere oportet 45.28
pleuritidis vigentis notæ 20 b 34
pleuritis ſicca quomodo dignoſcatur 15.68
pleuriticus dolor vnde 27.44
pleuritides quæ crudæ 74.4
pleuritidis magnæ & moroſæ nota 20 b 34
pleuritis dolorem habet, peripneumonia non 84 a 34
In pleuriticis quiſnam euincat humor obſeruandum. 28.41
In pleuritide et peripneumoniis quæ cõſideranda. 121.51
pleuriticos mortuos quare antiqui ſideratos putauerint, 21.22
pleuriticis quãdo alimonia dãda 23.4
pleuriticus dolor ſi fomentis non ſedetur quid agendum, 28.52
In pleuritico quomodo ſuccorum craſſities dignoſcatur, 29.55
pleuritico quæ inter initia exhibeantur 124.40
pleuritico ſiticuloſo quid dandum 23.16
pleuritico mortem quæ celerius afferant 21.2
pleuriticorũ dolores ſpõte deſinunt & quãdo ſalubriores, 18.8

pleuritico

Pleuritico qua parte mittẽdus ſanguis 122.12
pleuriticis ſi grauitas ad lũbos deſcenderit quid agendum, 105.5
Pleuriticus dolor à fomentis non remiſſus duo habet remedia,& quæ 20.54
pleuritici balneo iuuãtur 9.14
Pleuriticũ malũ purgãdũ poſt miſſionem ſanguinis 69.9
Pleuriticorum ſi ſputum inter initia appareat, morbũ breuiat: ſi poſtea, producit 16.51
πλημμυρὶς quid 80.7
πλημμυρίδα facit aqua ibidẽ
πνευματώδεις 138.23
πνευματωθέντες 116.21
Pocula meraciora quid pariãt, 129.9
pocula aquoſiora tardè meãt, 129.1
polentę inſuetæ qualiter ventriculum afficiant 44.45
πόνος quid 57.52
porcelli quõ edendi 132.49
porcellorũ caro qualis 132.47
ποταίνιαι polentæ 45.17
potu ſolo vtentes an lauandi, 85 b 32
potus quibus exhibetur ſolus. 86.12
Prandere non cõſuetis & pranſis quæ curatio 38 b 34
& quæ contingant 37.61
prænotio propter curationem exercetur 2.19
prænotiones eorum ſunt quæ ſemper vel magna ex parte fiunt 114.28
principij nomen plura ſignificat 52 b 34
principium morbi 15.45
προκατάρχοντα 89.68
προηγούμενα. ibidem vltimo
πρόφασις 126 b 32
ἐκ προσαγωγῆς 15.15
προταριχεύσαντες 50.40
Ptiſanæ laudes. 11. per totum.
ptiſana facilis cõcoctiõis 19.23
ptiſanæ lubricitas quid faciat, 12 b 31
ptiſana frumentaceis guſtamẽtis præferenda 11 b 31
ptiſana iucunda & mitis, ibi. 2
mulſa melior 18.20
ptiſanæ viſcoſitas humens.& non adſtringit, non male turbat 11.3
& viſcoſitas læuis ibidem
ptiſanã quibus dare oporteat 16.42
ptiſana vim tum cibi tum medicamenti obtinet 25.13
ptiſana quare ſitim nõ inferat, 13.6
ptiſſanã ex optimo hordeo & probiſſimè coctam eſſe oportet 18 b,39
ptiſana non colata quibus nominibus ſignificetur 17.54
ptiſſana ad craſſorum humorũ expuitionem conuenientiſſima 18.15
ptiſana valde cocta nõ flatuoſa 11.6
ptiſana in ventre non tumeſcit 11.5

ptiſana qui

Ptiſana qui vti debeāt 16.42
Ptiſanæ cremor ſorbitio eſt 76.6
Ptiſanam quoties die dare oportet 15.5
Ptiſanæ quantum dari expediat ibidem.a.39
Ptiſana lubriciſſima ſitim arcet. facilime coquitur, & infirmiſſima eſt. 19 8
Ptiſana tota quibus datur, & quare 17.50
Ptiſanæ cremor quibus alimētum 94.54
Ptiſanæ cremore quando vtēdum 12 b 39
Ptiſanæ viſcoſitas continua 13 b 39
Ptiſanæ lubricitas 12 b 37
Ptiſana quando non debet dari pleuriticis 20 b 33
Ptiſanæ ſorbitio niſi ſufficienter paretur, detrimentum adfert 19 b 33
Ptiſana quare infirmiſſima dicitur ibidem.30
Ptiſana haudquaquam flatuoſa 13.65
Ptiſana ſecat & humectat 18.16
Pueris propter cutis mollitiē ſucci perſpirabili cute facilè digeruntur 99 2
Puerorum ſubſtātia tum mollis tū humida, præcipua exolutionis virium cauſa 25.57
Pulmo per tuſſes à craſſis expurgatur, & quomodo ab aquoſis 61 a 35
Pulmo à vinis craſſis non læditur 61.25
Pulmo ſitim parit 88.57
Pulſuum nomē in quibus proferant 99 b 34
Pulſus capitis caliditatis multæ ſunt ſigna 107.58
Purgatio dum fit, ſorbere non oportet 34.62
Purgatio prorſus vitāda cum adeſt humorum cruditas 108 b 37
Purgatio remediū doloris lateris 20 56
Purulentis quæ conferant 143 b 31
πυριφλεγής 117 b 35

Q

Quarta dies in acutis morbis ſi tertię ſimilis contueranda 113.65
Ad quantitatem ſingulorū remediorum inueniendam artificioſa eſt opus coniectura 44.61
Quies lauātibus idonea 81.58
Quieſcere in lecto, morbi coctionem iuuat, & virtutem ſeruat 111.15

R

Reſpiratio parua vnde 104.1
Reſpirationis priuatione animal perit ibidem.a.36
Reuulſio à vacuatione eſt 102.47
Ριπτασμὸν *quibus fieri, ait Hippocrates* 8.48.

ῥιπτάζονται 68.47
Rigor in cauſo 92 a 32
Rigorem cauſi quæ ſequantur ibidem
Robur pro denſitate 119 b 34
rubor faciei qd indicet 99.18
Ructus acidi propter quid fiát 38 b 36

S

SAlſorum vſus immoderatus cauſum facit 91.27
Salſa acribus magis ſiccant, & minus calfaciunt 91.27
Sali ineſt ſiccitas 39.18
Sanguinis detractio quando 95.5
Sanguinis miſſionem impedit aër abundè calidus & ſiccus etiam ſi morbus magnus fuerit, & florens ætas 95.62
Sang. vacuandi ad mutationẽ vſque ratio 52 b 35
Sanguis ſi auferri debeat, ventrẽ roborare oportet 140.4
Sanguis qua mittendus parte, in pleuritide 98.48
Sanguis è naribus cauſum ſoluit 91.40
& quare in acutis morbis erũpit ibid. 44.
Sanguinis miſſio in quibus malis præferenda purgationi 96.53
Sang. auferendi ſcopi 98.67
Sanguis quãdo auferẽdus vſq; ad coloris mutationẽ 30.60
Sanguinis miſſio in inflammationibus præferenda 96.53
Ante ſangu. miſſionẽ quib. fomenta conferant 100.57
Sanguinis miſſionem ſequitur purgatio 122.41
Sangu. è naribus ſtillatio ſemper malum 119 a 31
Sang. è narib. deſtillatio autũno & ęſtate in morbis acutis quid indicet 119.8
Sapere in capite ſitum habet 79.44
Sapa cuius naturæ 60.64
Sapor dulcis vnde ibidem 68
Sapor acris vnde 61.1
Scammonia purgantur bilioſa excrementa 118.10
σκύϐαλον quid 94 b 38
Scirrhus quid 97.8
σκολιότης 113.50
σκοτήδινος 107.65
Senibus ſucci non facile digeruntur 99.3
Septi tranſuerſi intenſio non purgatur ante venæ ſectionem 96.44
Seſamoïdes ſuperiorem purgat ventrem 143.15
Silphij virtus inſignis 131.19
Silphium pręter ſolitum deuoratum, laborem ventriculis quibuſdam affert 44 b 31
Signorum vires quo pacto æſtimandæ 116.29
σινάμωρα 68 b 31
σίναμ ibidem a 39
Singultuoſę febri acetum formidandum 121.23
σίτον frumentũ vocát 11 b 34
Sitim quæ partes pariát 88.55
σμηκτικὴ facultas 66.16

Somnus fortis quid efficiat 59.2
Somnus humectat, ſpiritúmq; & effluuia cohibet. ibidē.10
Sorbitio ægris quando danda 91 a 33
Sorbitionis quantitas quo obſeruetur modo 15 59
Ante ſorbitionē vel mulſa, vel vinum dandum ibidem.63
Sorbitio ſi detur non vacuato cibo, quid faciat 19.53
Sorbitione qui in morbi principio vti debent 35 a 33
Sorbitiones attractoriæ quæ 94.51
σπατίλη 38.45
Spiritus 104.8
Spiritus frequens & denſus 51.68
Spiritus pro reſpiratione tota 51.60
Spirituoſi 138.23
Spirandi difficultas qua ſpiritus offendit 96.43
Spiritus protenſio 97 a 33
Spirituum protenſiones non purgantur ante venæ ſectionem 96.45
Spirituum interclusio 96.43
Spirituū interclusiones in melancholicis, ſanguinis detractione ſoluuntur 125 a 31
Spōgiis lauatos deſiccāt 83.12
σποράδες morbi 4.45
Spuma quomodo fiat 67 a 32
Sputū abūde glutinoſum pleuritidis moroſę ſignū 20 b 38
Sputa quando cocta 124 8
Sputū vnde ſummè viſcoſum incoctūq; efficiatur 73 b 39
In ſputis coctionis notæ 16.30
Sputum retentum frequentem ſpiritum reddit 21 b 36
σπυραθώδη excremēta 94 b 35
στηρίζη 121 a 34
Stomachus 12.59
Stomachus ſitim parit 88.57
Stomachi munus 12 vltimo
Stomachum quæ manifeſtè ſupinant 11.56
στρόβιλος 121.2
Sudores qui cauſum ſoluunt 91.40
Suillæ carnes quales 123.50
Supciliorū amplificatio 52.19
Suppuratio in lateris dolore quomodo fiat 30.56
Qui ſuppurantur propter fortem cauſam, his helleborus dandus non eſt 127 a 35
Syali porci qui 132.61
συκωτὰ maxima & ſuauiſſima 67.3
συμπράττειν 21. vltimo
Symptomata ſuperuenientia malitiam vel māſuetudinem morbi indicant 115.62
Symptomata medicū inter ſe cōparare oportet ibidē.63
συνάγχη quid 102.3
Synanchi & Cynanchi nominum rationes ibidem.a 37
Synanchi cōſideratio. ibidē.3
Syncomiſtus panis 45.13
Syncopam facilè incurrunt rarā habētes texturā 54.20
Syncopæ ſtomachicę quid indicant

dicant 51.43
Syncopæ vnde fiant 38.4
Syncopæ cardiacæ vnde 98 a 38
In ſyndromis empiricorũ non reperitur diſciplina 45 a 34
Syndrome pathognomonica morbi ſpeciẽ oſtẽdit 115 60
Syndrome plethorica 95.46
συνεδρεύοντα ſymptomata 90.7
συνεδρεύοντα id eſt cõſidentia cauſ[illegible] 89.44
συντιμωρεῖν 21.68
συστρέφεσθαι 98.22

T

TAχείας 82 b 31
ταριχεύεσθαι quid 50.46
τεκμήριον quid 1.52
Ταπεινῶσαι 74 a 39
Τέκμαρσις quid 1.51
Temporum ſaltus picrocholis 41.63
θεομάντεις 8 a 33
Tenuium partium quod opus 78 a 36
Teſtis intentio vnde 94 24
Tetanus ſuborum 125.27
τὶ vocabulo cuipiam adiectũ quid indicet. 66.19
Timiditas ad quãuis operationem picrocholis 41.60
Τιμωρῆσαι pro βοηθῆσαι 19 b 38
τιμωρητέον quid 45 b 33
τιμωρεῖν quid 21.66
Theſſalus Hippocratẽ ægros replere ait 17 b 35
Tragus ex zea fit 11.49
Ad trichωſin q̃ cõferãt 141 17
Thrombis ſectis quid inuentum eſt 97.16
Tuſſes viſcoſos humores non expurgant 61 b 33

V

VAcuare interdum virtus ſola prohibet 32.49
Vacuatio inſignis in morbis acutis per quæ fiat 27.66
Vacuationes ab vniuerſo corpore animaliũ fiunt 32.29
Vacuationem ſubitam & multam fugit Hippoc. 15.49
Vena caua quare dicta 100 a 32
Venã brachij dextri internam vbi ſecare oporteat 98 48
Quibus venę inanitę ſunt, eodem die reficiẽdi, & eorum curatio 41.5
Venæ perpetuò ex vicinis attrahũt partibus & citra diſcretionem 88 45
Venæ quomodo & quibus areſcant ibidem. 11
Vena cubiti obliqua ſecatur 32.2
Venæ ſectio in acutis morbis purgationi præferenda etiã ſi dolor ſub ſepto tranſuerſo fuerit 96.54
Vena cubiti humeraria quas partes tum magis, tum velocius vacuet 31.40
Venarũ quæ ĩ cubito ſecari ſolẽt, narratio pulchra. 31.p tot.
Vena quæ in dolore lateris ſecan-

ſecanda 30.54
vena axillaria quas partes citò & velociter vacuet 31.48
venæ ſectio quem tollat lateris dolorem 30 a 31
vena quando ſecanda in dolore lateris,& quæ 31.3
venæ ſub lingua quando ſecantur 102.47
venarum ἀπὸ λήψεως qd 98 a 33
ventris diſtinctiones 136.46
vẽtris morſus cauſo quare fiat. 89 b 38
vẽtri quę vtilia vina 64.45
venter quare amaris offendatur 66.53
venter quibus exuritur 42.6
vẽtris ſiccitas quomodo dignoſcatur 16.2
vẽtris perturbatio vnde 13 a 37
ventri adſtricto mollem exhibe clyſterem 140.19
ventriculum quomodo afficiãt inſueta ſi deuorent 44 a 39
veratri nigri ad peplium comparatio 33.15
veratro nigro ad ſolutionẽ doloris lateris qd addẽdũ.ibi.11
veratrum & peplium quem lateris dolorem ſedant 33.9
veratrũ nigrũ peplio ad indicationem iuuantius vacuat. ibidem,b.37
veratro nigro ſoluitur dolor lateris qui ſub ſepto tranſuerſo eſt ibidem.9
vertigines ĩ ęgris vnde 100.27
vertigo quid 107.63
Victus rationis differentię maximæ 24.8
victus mutatio in cibos vel potus inſignis virtutis,quid vẽtriculo pariat 44 64
In victu morbis acutis inſtituẽdo quæ conſideranda 45.63
Quæ ob malã victus rationem cõtingũt ſymptomata 50.14
victus in ægris quomodo permutandus 50 a 36
victus ratio Hippocratis moderata 7.15
victus ſpecies non eſt permutanda in acutis morbis prius quàm ſigna concoctionis manifeſta ſint 45.3
victus mutandus in his qui ex ſanitate ad morbũ tranſeunt 57.68
victus ægrorum diſciplina ex ſanis 36.62
In victu tum magis tum minus conſiderandum 45.10
Ad victus generis inuẽtionem quæ cognoſcenda 45.62
victus rationis in acutis morbis cõtrouerſiæ cauſa 6.66
victus ratio inſueta quid faciat 44 a 39
vigilia fortis cibos potuſq; incoctos reddit 50.15
vigiliæ ob ſiccitatem 89.53
Vigilia per halitum digerit & ſiccat 58.51
vigilias morbi cruditas ſequitur 51.16
vigilia cauſi genus 93.47
vinorum differentiæ 60.42
Vinum potens celeriter corpus cal-

pus calfacit & caput ferit, im becillum verò cõtrario agit modo 71.5
vina dulcia ſiticuloſa & flatuoſa 61.3
vina dulcia bileſcunt 62.15
Vinum dulce maximè vinorũ omniũ ſputa educit. ibi.64
vina quę dulcia. 60 b. per totã
vinum albates auſterum ſimul & dulce 64.23
vinum dulce continuò & nigrum exiſtit ibidẽ 18
vinum dulce quare febrientibus incommodum & quibus 62.16
vinũ dulce picrocholis nõ idoneum 60 b 35
vinum dulce nunquam tenue exquiſitè neq; album 60.57
vinum quare dulce appellatũ. ibidem. 43
vinum dulce minus quàm potens mentem ferit 60 b 32
vinũ dulce viſcus calfacit, eſtq; ſubſtãtia craſſum & pro craſſitie tardè meat 61.13
vinum dulce inferioribus inteſtinis non inimicum 62.30
vini dulcis vĩoſi natura 60 b 31
vinum dulce biliosa deiicere poteſt 67.17
vinum dulce & vinoſum quæ pariant 60 b 31
vinum dulce in acut. morbis ad expuitionẽ quare idoneũ 61.45
vini dulcis natura 60.43
vinis dulcibus ineſt ventrem mollire 62.22
vinũ oligophorũ quod 70.28
vinum quod aquoſum 60.48
vinum aquoſum febrientibus innocentius 63.13
vini aquoſi cõſideratio 60.48
vinum aquoſum cui exhibetur 79.29
vinum aquoſum quid 60.48
vinum aquoſum ad expuitiones conueniens poſt dulce. 63.13
vina aquoſa vbi reperiãt 65.1
vinum polyphorum 70.29
vinũ quod vinoſum. 59.56
vini vinoſi cõſideratio 70 a 39
vinum vinoſum album auſterum 62.46
vini albi vinoſi natura 63.41
vinum vinoſum quod appelletur, & eius natura 65.20
vinorũ differẽtię quæ ex tempore ſumuntur, ſunt per accidens 59.64
vinorum nouorũ nullum fuluum 136.4
Ex vinis albis nullum vehemẽter calfacit 63.56
vinum fuluum febri auxilium malum 64.10
vinum fuluum auſterum, quibus conuenit ibidem
vinum fuluũ quare caput magis ferit ibidem a 39
vinum fuluũ duplex. ibi. a, 34
vinũ ſanorum quale, quale & ægrorum 78.58
vinum quod gratia voluptatis datur, aliud ab eo quod

ad opem

ad opē ferendam dat̄. ibi.52
vinū albū nigrumq; p̄ter ſolitū ſumpta quid pariant. 44.56
vinū dilutum & meracū quid pariant 44.51
vinum therinum & carynum dulcia 60.62
vinum præter conſuetudinem potum quæ inferat 44.49
vinum tibicenum & titacazenum aquoſa vbi 65 3
vinum auſterū excretiones omnes exhibet 64.48
vinis auſteris quando non eſt vtendum ibidem.b 33
vinum tethalaſſomenon liberaliter potum cauſum facit & arefacit 89 a 31
vinum album auſterum inter vina minimè calidum 62.55
vinum dilutum ventris robur exoluit 41.9
vinum tum dilutum, tum meracum, quid agant 45.20
vinum ſabinum imbecillum febrientibus 65.2
vinum quare aquæ miſceatur, 78.52
vini color nullo pacto ſua ratione vel iuuare, vel lædere poteſt 61.16
vinum theræum & ſcybelites dulcia craſſa & nigra 60.59
vinū nigrum ſanguinē melancholicum generat. 135.vlt.
vina craſſa & odora & fortia in feruidis reperiuntur regionibus 65.9
vinū craſsū hepati īimicū 61.19
vinum bibere minus quàm cibi proportio ex poſtulat, ventri arefacto inhabile exiſtit, 41 a 35
vinum ſiticuloſum quare ſputa minus educat 62.63
vinum ante ſorbitionē 15.63
vinum neruos vel mentem ferit 65.22
vinum meracius inteſtinis magis conuenit 64.49
vino quando eſt abſtinendum 79.26
vini & aquę potationes prętet ſolitum mutatæ, quid pariāt 44.49
vini ad mel comparatio. 71.6
Virtutem nō exoluere melius eſt quàm ſanguinem vacuare redundantem 32.52
virtutis imbecillitas ſæpius & paulatim cibandum indicat. 45.42
virtus interdum quid indicet, 25.45
virtutis imbecillitas à medicis cognoſcenda, & quibus cognoſcatur modis 55.1
virtus quibus exolui videtur, 38 b 36
virtute vna affecta, reliquę duę afficiuntur 53.59
virtus valida vacuationi non reclamat 25.48
virtutis ſcopus præcipuus. ibidem.54
virtus quibusmodis exoluatur 38 b 36
virtutis cuſtodia ſolam indicat

alimoniam 25.3
virtutum ſedes vbi 53.60
vires quæ euertant 38.42
viſcera quare melle delectantur & dulcibus 66.48
viſcerũ penſilium opinio quibus 42.1
Vnctionis in balneo conſideratio 82.55
Vnitatis ſolutio vnde 27 41
Vniuerſalis ſermo 7.12
Vomentibus ptiſana & mulſa exhibentur 12 b 39
Vocis generatio vbi 105 63
Vocis priuatio in ægris vnde ibidem vltimo.
Vox intercepta decimo quarto die malum 118 a 37
Vocis priuatio aluo deiiciente malum 116.13
Voce priuari in repẽtinis deiectionibus periculoſum. 115 a.37
Vrinæ non negligenter cõtemplandæ 108 b 37
Vrinæ nebuloſæ quæ 108 b 37
Vrina tenuis cruditatis ſignũ 111.41
Vrinæ crudæ & coctæ quæ 124.9
Vrinæ ſignificationes vbi 126 b 37
Vrinæ quando coctæ 124.9
Vrina optima quæ. ibidem. 29
Vrinæ quæ cauſum ſoluant 91.42
Vrinæ quæ meliores, quę pernitioſæ magis in grauiter & implacidè febrientibus. 111, b.32
vrinas tenues habẽtes quomodo curandi 108 b 39
Vrina quibus tenuis, his protrahuntur febres 110.13
Vrinæ defectus vnde 93.41
Vterus neruoſus 77.26
Vtero nocet acetum. ibidẽ. 15
Vulpes quãdo melior 132 b 31
Vuluæ ſtrangulatio quomodo cognoſcatur 143.66

Z

Zeæ viſcoſitas non continua 12 a 32
Ex zea fit tragus 11.49
Zytus quid 121 b 36

FINIS.

# ἹΠΠΟΚΡΆΤΟΥΣ ΚΏΟΥ ΤῸ ΠΕΡῚ ΔΙΑΊΤΗΣ ὈΞΈΩΝ ΝΟΣΗΜΆΤΩΝ ἫΤΟΙ ΠΕΡῚ ΠΤΙΣΣΆΝΗΣ.

# Galeni in librũ

## HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN *morbis acutis commentarius primus.*

Ioanne Vaſſæo Meldenſi interprete.

Οἱ ξυγγράψαντες τὰς κνιδίας καλεομένας γνώμας, ὁκοῖα μὲν πάσχουσιν οἱ κάμνοντες ἐν ἑκάστοισι τῶν νοσημάτωμ ὀρθῶς ἔγραψαν, καὶ ὁκοίως ἔνια ἀπέβαινεν αὐτέωμ, καὶ ἄχρι μὲν τουτέωμ, καὶ μὴ ἰητρὸς δύναιτό τις ἂμ ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ εὖ παρὰ τῶν καμνόντωμ ἑκάστου πύθοιτο, ὁκοῖα πάσχουσιμ· ὁκόσα δὲ προκαταμαθεῖν χρὴ τὸμ ἰητρὸμ μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τουτέωμ τὰ πολλὰ παρεῖται· ἄλλα ἐν ἄλλοισι.

*QVI Gnidias appellatas ſententias cõſcripſerunt, hi ſanè quæ ægri in morbis ſingulis patiuntur, & quónam modo nonnulla ipſorum eueniant, rectè ſcripſerunt, atque ea quoq; quæ medicinæ imperitus quiſpiã rectè ſcri-*

*bere potuiſſet, ſi ab ægro unoquoque qualia patitur probè intellexiſſet. Verùm quæ medicum non referẽte ægro prædidiciſſe oportet, multa ex his ſunt prætermiſſa, alia in aliis.*

Non ſolùm nihil eorum quæ ægri patiuntur prætermiſerunt qui Gnidias ſcripſerunt ſententias, verùm quoque & ſupra iuſtum de quibuſdam mentionem fecerunt, vt paulò pòſt oſtendam. neque id artis opus eſt, ſi nihil prætermiſſum ſit eorum quæ à plebe ipſa cognoſci poſſunt. Non etenim is artifici eſt ſcopus: ſed quæ ad curationem idonea ſunt, omnia ſcribere. quapropter ſæpius nonnulla adiicere quæ plebes ipſa prorſus non nouit, oportebit: & multa quæ ab ipſa cognoſcuntur auferre, ſi nihil ad finem artis conferre videantur.

Καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα εἰς τέκμαρσιν.

*Et quædam ad coniecturalem cognitionẽ peropportuna.*

τέκμαρσις, id eſt coniecturalis cognitio eſt quæ per τεκμήριον fit cognitio. τεκμήριον autem veteres appellant ſyllogiſticum ſignum. non autem ſimpliciter ſignum omne, vt in opere de cõiectura & ſigno eſt demonſtratum. Quæ igitur medicis ad eiuſmodi cognitionem tum neceſſaria, tum vtilia exiſtunt, non omnia ait Gnidiis in ſententiis ſcripta eſſe, ſed multa prætermiſſa.

ὁκόταν δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγηται ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, ἐν τούτοισι πολλὰ ἑτεροίως γινώσκω, ἢ ὡς ἐκεῖνοι ἐπεξήεσαν.

*Cùm autem ad coniecturalem cognitionem dicatur quónã modo curare ſingula oporteat, in his multa aliter quàm illi diſſeruerunt ſentio.*

Quoniam multa à Gnidiis medicis prætermiſſa eſſe dicat quæ ad coniecturalem cognitionẽ ſint idonea, quámnam dicat coniecturalem cognitionem ipſe deinceps demonſtra-

monſtrauit, inquiens quónam modo ſingula curare oporteat. Nempe quod ad horum inuentionem vtile fuerit, id ex arte eſt. Forſan itaque quis exiſtimauerit prætermiſſas eſſe, quæ tum ad dignotionem, tum ad prænotionem conferunt, coniecturas. At res non ita habet, nempe de neceſſitate in his quę ad curationem idonea ſunt, hæc continentur: nam ſi ad optimæ curationis inuentionem nihil conferrent morborum dignotio, & futurorum prænotio, prorſus hæc vacarent. Nunc verò quòd conferant, ob id commoda exiſtunt. Quòd itaque adfectuum dignotio ad curationem neceſſaria ſit, recenſere non eſt opus. Nempe primum quiſnam ſit adfectus dignoſcere oportet, deinde curationem ipſius ita aggredi. Quòd verò prænotio quoque ad curationem commoda exiſtat, in procœmio Prognoſtici ipſe demonſtrauit. ſi quis itaque omnia quæ ad medicinam ſpectant, vel ad dignotionem vel ad curationem commoda eſſe vel ad prænotionem dicat, virtute idem dicit. Nempe curatio ob ſeipſam à medicis exercetur, prænotio autem & dignotio propter curationem. quo fit vt nemo finem artis dignotionem vel prænotionem vt curationem dicat. intellige autem impræſentiarum curationem, morborum ſublationem qui facti ſunt, non qui adhuc fiunt. ſed de his omnibus abundè ſcriptum eſt in libro qui de fine medicinæ agit, nec expedit vt impræſentiarum languidum opus moliamur. qui ſcilicet iam ſenis mentem cognouerimus, & abſque exacto de fine examine. verùm & cùm modo alio dictio præſens pleriſque in exemplaribus, etiam fide dignis ſcripta ſit, de illa mentionem facere non intempeſtiuum fuerit. differt ſiquidem à prædicta, litera vna ἢ, in hunc habens modum: ὁκόταν δὲ εἰς τέκμαρσιν λέγηται ἢ ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, id eſt cùm ad coniecturalem cognitionem dicatur, vel quónam modo ſingula curare oporteat. qui ita ſcribunt, τέκμαρσιν, id eſt coniecturalem cognitionem, tum dignotionem tum prænotionem intelligunt: & per verba hæc, ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, id eſt quónam modo ſingula curare oporteat, curationem. Haud volentes eam in coniecturalis cognitionis nomine contineri. Quòd ſi ita habet, in antè ſcripta

dictione qua dicitur, Multa ex his ſunt prætermiſſa alia in aliis, & quædam ad coniecturalem cognitionem peropportuna: non rectè ſanatoriam artis partem prętermiſiſſe videtur Hippocrates. Sed quid reſpondebunt illi ob id reſumptam & ſcriptam eſſe ſequentem dictionem, vt & curatorium adiiceret, nemo eſt qui ignoret: ſed quoniam non eſt de re ad curationem vtili diſcordia, ob id ſermonem protrahere eſt ſuperfluum. Ad illa itaq; pergemus, in quibus quæ ad ſanationem vtilia ſunt docet.

Καὶ οὐ μόνομ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπαινέω, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ὀλίγοισι τὸμ ἀριθμὸμ τοῖσιμ ἀκέεσιμ ἐχρέοντο. τὰ γὰρ πλεῖστα αὐτέοισιμ † εὑρέαται πλὴμ τῶν ὀξέωμ νούσωμ, φάρμακα ἐλατήρια διδόναι καὶ ὀῤῥὸμ καὶ γάλα τὴν ὥρην πιπίσκειμ. εἰ μὲν οὖμ ταῦτ᾽ ἦν ἀγαθὰ καὶ ἁρμόζοντα τοῖσι νοσήμασιμ, ἐφ᾽ οἷσιμ παρῄνεομ διδόναι, πολὺ ἂμ ἀξιώτερα ἦμ ἐπαίνου, ὅτι ὀλίγιστα ἐόντα αὐτάρκεα ἐστίμ. νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει.

† εἰρέαται.

*Atque ob id non ſolum nō laudo, ſed quòd & pau eis numero uſi ſint remediis. Nempe quæ plurima ab ipſis reperta ſint præterquam in acutis morbis pharmaca, ſunt elateria dare, ſerúmque & lac tempeſtiuè exhibere. Si itaque hæc bona eſſent, & morbis con ferrent quibus dari cenſerent, longè digniora laude eſſent, quòd pauciſſima ſufficerent. ſed res in præſen tiarum non ita habet.*

Paucis quoque auxiliis vſos eos ait niſi in acutis morbis. quaſi in his multa dixerint, nempe & ita dixerunt. quæ verò longis in morbis dixerunt, hæc verè ſunt. Nam per tempeſtiuam elaterij, ſeri & lactis potionem ipſa perficiuntur.

Οἱ μέντοι ὕστερον ἐπιδιασκευάζοντες, ἰητρι-

κώτερον δή τι ἐπῆλθον περὶ τῶν προσοιςέων ἑκάςοισι·

*Qui uerò ſecundũ adornauerũt librum, hi medicè magis quæ ſingulis adhibenda ſunt percurrerunt.*

Liber ſecundus à primo ſcriptus, adornatus digeſtúſque dicitur, cùm argumentum habens idem, & plurimas dictionum eaſdem, nonnulla quidem eorum quę in priore erant adempta habet, alia adiecta, & alia permutata. Exemplum autem huius, ſi perſpicuitatem deſideras, ſecundum Autolycum Eupolidis ex priore adornatum habes. Ita autem & Gnidias ſententias à prioribus alteras Gnidij ediderunt medici: quæ nonnulla quidem haberent eadem omnino, aliâ verò adiecta, & alia ſublata, veluti & alia permutata. Secundum itaq; hunc librũ priore medicum magis aſſerit.

Ἀτὰρ οὐδὲ περὶ διαίτης οἱ ἀρχαῖοι συνέγραψαν οὐδὲν ἄξιον λόγου, καίτοι μέγα τοῦτο παρῆκαν·

*Sed de uictus ratione nihil ratione dignum ueteres conſcripſerunt, quanquam magnum id eſſet.*

Is curationis ductus contextúſque qui per conſuetam materiam fit, diæta, id eſt victus ratio nuncupatur, veluti & qui per conſuetas fit tum ſectiones tum aduſtiones, & alia quę per manus aguntur, chirurgia. Tertia quoque ab ipſis medicinæ pars eſt pharmaceutice, quæ per pharmaca ſcilicet & ipſa abſoluitur perficitúrque. Accuſat autem priſcos Hippocrates quòd de victus ratione nihil ratione dignum conſcripſerint, non quòd nullum ad victus rationem pertinens theorema cõſcripſerint. ſcribunt enim: ſed veluti ratione indignum. qualénam autem ſit dignum ratione, docebit in ſequentibus.

Τὰς μέντοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάςῃσι τῶν νούσων καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων, οὐκ ἠγνόοων ἔνιοι.

*Varios autē morborum modos, uariasq; ipſorum ſectiones diuiſionesq; quidam non ignorauerunt.*

Non ſolùm varios morborum modos non ignorauerunt, verùm quoque & vltrà quàm decet de ipſis ſcripſerunt, vt oſtendam sn ſequentibus.

Τοὺς δὲ ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νοσημάτων σάφα ἐθέλοντες φράζειν, οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. μὴ γὰρ οὐκ εὐαρίθμητον ᾖ, εἰ τουτέῳ τις σημαίνεται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, τὸ ἕτερον ἑτέρου διαφέρειν τι, μήτ' ὠυτὸ δὲ νόσημα δοκέῃ εἶναι, ἢν μήτ' ὠυτὸ ὄνομα ἔχῃ. ἐμοὶ δὲ ἀνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον. καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα καλῶς ἔχῃ ἢ ὀρθῶς, καλῶς ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς. καὶ ὁκόσα ταχέως, ταχέως. καὶ ὁκόσα καθαριότητος, καθαρίως. καὶ ὁκόσα ἀνωδύνως δεῖ διαχειρίζεσθαι, ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν. καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοιουτότροπα διαφερόντως τῶν πέλας ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέειν χρή. μάλιστα δὲ ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρὸν, ὅστις ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τουτέοισι, διαφέρων τι, τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον. ἔστι δὲ ταῦτα ὀξέα ὁκοῖα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι, πλευρῖτιν, καὶ περιπλευμονίην, καὶ φρενῖτιν, καὶ λήθαργον, καὶ καῦσον, καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα, ὁκόσα τουτέων ἐχόμενα ἐστὶν, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ὄντες κτείνουσιν.

*Quidā uerò morborum ſingulorū numeros clarè pronunciare uolentes, nō rectè ſcripſerunt: quippe, cū*

non

*non facilè numerari queāt, ſi quis languentiū morbos alterū ab altero quadā tenus differre, nullumq; morbū eundem uideri, quin idem quoq; nomē habeat coniectauerit. Mihi uerò placet mentē omni in arte attendere. Nam quæ probè uel rectè procedunt opera, probè & rectè ſingula peragere oportet. quæ item celeritatē deſiderant, celeriter adimplere: & quæ ſinceritatē, ſincerè: & quæ ſine dolore adminiſtrari poſtulant, citra dolorē omnē adminiſtrare. Cætera quoque eiuſmodi omnia ſecus quàm ij qui rē propius ſunt contemplati, ad meliorē formam nos redigere conuenit. Maximè autē medicum laudauero, qui in morbis acutis, ui quorū plurimi hominū enecātur, ſecus quàm cæteri in melius procedat. ſunt hi igitur acuti morbi quos priſci nominatim perſtrinxerunt: pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, cauſus, & quicunque alij hos conſequūtur morbi, quorum febres prorſus continuæ interficiunt.*

Dixi paulò antè Gnidios medicos confeſtim ab initio de morbis pluſquam oportet ſcripſiſſe. ſcripſerūt ſiquidē bilis morbos ſeptē, pari modo & paulò infrà veſicæ duodecim, renū quoq; quatuor, ſtrāgurię quatuor, deinde tetanos tres. Morbi prætereà genera quatuor atq; poſt hæc phthiſes tres. Nēpe ad corporū varietates quæ ob multas cauſas permutabantur, reſpiciebāt, adfectuū identitatem haud quaquam cōtemplati quomodo Hippocrates fecit, ad ipſorum inuentionē methodo vſus, qua duntaxat morborum numerū inuenire conceditur. Methodum autē ipſam in methodi medendi principio demōſtrauimus: diximúſq; aliquid in libro de elementis ſecundū Hippocratis mentē. habes quoq; & à nobis cōpendio quodam ſcriptū vnum de morborum differentiis cōmentarium, ſed in loco hoc dictiones proſequi eſt opus. Nēpe is expoſitionis

ſcopus exiſtit. Nam ſi quis inter exponẽdum demonſtrationes ſcripſerit, ſermonem protrahet: & præcipuam, quę ſanationis morborum cauſa exiſtit, dimittet partem, quæ ad lethalium morborum ſanationem excellit præſtatq́;. Summa quidem præſentis dictionis hæc eſt, particularia verò dictionis deinceps explicabo.

Ὁκόταν γὰρ, μὴ λοιμώδεος νόσου τρόπος τὶς κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν, αἱ νοῦσοι, καὶ μὴ παραπλήσιοι, ὑπὸ τουτέων τῶν νουσημάτων ἀποθνήσκουσι πλείους ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν συμπάντων.

*Cùm enim nullus communis peſtiferi morbi modus paſſim graſſatus fuerit, ſed morbi & ſporades, id eſt diuerſi generis & ſimiles fuerint, ab his plures quàm ab aliis intereunt.*

Oſtendit hac oratione Hippocrates morbos multos vno quodam fieri tempore: quos cùm pernitioſi quidem fuerint, peſtem appellant: cùm verò mitiores, altera quadam indicant appellatione, epidemos vocantes. vt ſit epidemus quidem morbus, qui tempore aliquo in aliqua regione abundet: peſtis verò, epidemia pernitioſa. Eſt autem & aliud morbí genus cõmune multis quod in regione ſuperuenit endemum vocatum, quaſi patrium dixeris aut vernaculum. his autẽ omnibus aduerſantur qui ſparſim pæhendunt, ægros diſcrepanter fatigantes: neque ſecundum communem modum conſtantes. Sed quídnam eſt quod ab ipſo dicitur? ſed morbi & ſporades, id eſt diuerſi, & ſimiles fuerint. nempe cõtrarium dicendum erat, & non ſimiles eos inter ſe eſſe quod eſt non pares, ſi vtique morbus aliquis ſimilitudine endemus & epidemus & peſtifer iudicari debuit. E duobus igitur alterum: vel meliorem hanc ſcriptionem exiſtimare oportet, ſed morbi & ſporades: & non ſimiles fuerint: vel ſimiles eos dici oportuit non inter ſe, ſed anteà dictis, hoc eſt conſuetis: quoniam rarius quidem tum epidemij, tum peſtiferi fiunt morbi, ſporadici verò ab ipſo appellati frequenter. De

quibus

quibus & in hoc loco agetur, veluti de epidemiis in libris epidemiorum morborum. De endemis verò in libro de aquis aëre & locis. Nullum autem peculiarem de peſte confecit librum: quoniam ex epidemiis vnum eſſe ipſam per libros epidemiorum demonſtrauit.

Οἱ μὲν γὰρ ἰδιῶται, οὐ κάρτα γινώσκουσι τοὺς ἐς ταῦτα διαφέροντας τῶν πέλας.

*Idiotæ itaque non admodum cognoſcunt eos, qui in huiuſmodi ab iis differunt qui rem propius ſunt contemplati.*

Idiotas ait non prorſus cognoſcere medicos eos, qui quantũ ad huiuſmodi morbos attinet, ab iis differũt qui propius rem attigiſſe videntur. quòd autem acutos dicat palàm eſt, de quibus antè fecit ſermonem.

†Ἑτέρων τε ὄντες, μᾶλλον ἐπαινέται ἰημάτων καὶ ψέκται εἰσίν. † ἑτεροίων τε μᾶλλον.

*Aliáque auxilia magis laudant & uituperant.*

Neque conuenientes neque laudabiles curationes dignoſcere ait idiotas: ſed alias magis. quo fit vt neque laudent rectè neque vituperẽt: deinceps tanquam eorũ quæ dixit demonſtrationem adiiciens hæc ſcribit.

Ἐπεί τοι μέγα σημεῖον τόδε, ὅτι οἱ μὲν δημόται ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν περὶ τουτέων νοσημάτων εἰσίν· ὥστε μελετητέα εἶναι. οἱ γὰρ μὴ ἰητροί, ἰητροὶ δοκέουσιν εἶναι, μάλιστα διὰ ταύτας τὰς νούσους. ῥήϊδιον γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμαθεῖν ἐστὶν ὁκοῖα νενόμισται προσφέρεσθαι πρὸς τοὺς τὰ τοιάδε κάμνοντας. ἢν γὰρ ὀνομάσῃ τις πτισάνης χυλὸν καὶ οἶνον τοῖον, ἢ τοῖον, ἢ καὶ μελίκρητον, ἅπαντα τοῖσι δημότῃσι δοκέουσιν οἱ ἰητροὶ τὰ αὐτὰ λέγειν, οἵ τε βελτίους καὶ οἱ χείρους. τὰ

δὲ οὐχ

δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· ἀλλ' ἐν τουτέοισι δὴ καὶ πάνυ μέγα διαφέρουσιν ἕτεροι ἑτέρων.

*Iam uerò magnũ argumentum hoc, ꝗ uulgus quidem morbos eiuſmodi ſanationemq́; utpote rude planè ignoret. Nempe qui medici nõ ſunt, medici eſſe maximè ob huiuſcemodi morbos uidentur. Facilè ſiquidẽ nomina diſcũtur, quæ apud ægros adhiberi exiſtimata ſunt. Nam ſi quiſpiam ptiſanæ cremorẽ, uinúmque hoc uel illud, & melicratũ nominauerit, referre hæc omnia medici tum boni tum mali plebeiis uidentur, ſed res ipſa ſecus habet. Nempe in his & maximè alii ab aliis differunt.*

Quoniam materiis huiuſmodi eorum quæ ad victus rationẽ ſpectant medici vtantur tũ boni tũ mali, ob id quíſnam melior ſit, dignoſcere nequeũt idiotæ, vtpote qui diſcernere nequeãt quínã tẽpeſtiuè & debita quãtitate pręſidiorũ materias ægris adminiſtrẽt, & quínam citra hæc. Vbi autẽ Hippocrates hîc ſecundum circũſcripſit proœmium, à ſequentibus in præſenti oratione incipit.

Δοκέει δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι μάλιστα, ὁκόσα τε ἀκαταμάθητά ἐστι, τοῖσιν ἰητροῖσιν ἐπίκαιρα ἐόντα εἰδέναι. καὶ ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει, ἢ μεγάλας βλάβας. ἀκαταμάθητα οὖν καὶ τάδε ἐστί. διατί ἄρα ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν, οἱ μὲν τῶν ἰητρῶν ἅπαντα τὸν αἰῶνα διατελοῦσι πτισάνας διδόντες ἀδιηθήτους, καὶ νομίζουσιν ὀρθῶς ἰητρεύειν. οἱ δέ τινες περὶ παντὸς ποιέονται ὅπως κριθὴν μηδεμίην καταπίῃ ὁ κάμνων· μεγάλην γὰρ βλάβην ἡγέονται εἶναι. ἀλλὰ δι' ὀθονίου τὸν χυλὸν διηθῶντες, διδόασιν. οἱ δὲ αὖ τινες αὐτέων,

οὐδ᾽ ἂν πτισάνην παχεῖαν δοῖεν, οὔτε χυλόν. οἱ μὲν μέχρις ἢν ἑβδομαῖος γένηται ὁ κάμνων, οἱ δὲ καὶ διὰ τέλεος ἄχρις ἢν κριθῇ ἡ νοῦσος.

*Digna autē ſcribi maximè mihi uidentur & quæ ignorata ſunt, quanquā medicis ſcitu opportuna exiſtant, & quæ magna iuuamēta inferant, uel magnas læſiones. Ignorata itaq; hæc ſunt: Cur in acutis morbis medici quidē perpetuò ptiſanas nō colatas exhibeant, & rectè ſeſe curare exiſtiment, alii uerò prorſus cōtendant, hordeū ut nullū æger uoret, ſubſequuturā inde quæ inſignis ſit offenſam veriti: ſed cremorem linteo colatū porrigant. Alii uerò ex ipſis neque craſſam ptiſanam neq; cremorē exhibeant. Alii quidem donec æger ad ſeptimum uſque peruenerit diem, alii perpetuò donec morbus iudicatus fuerit.*

Videbitur quidem eſſe logicum magis quod ab ipſo in problema eſt poſitum, cùm & ſine huiuſmodi ſpeculationibus rectè ſanare queamus. Nempe morbos rectè ſanare ineſt medicis ex faciendorum cognitione, & non ex cauſæ inueſtigatione, ob quam ſunt controuerſi qui in eiſdem morbis varias ſcripſerunt curationes. Eſt verò ſecundum veritatem id non commodiſſimum modò, verùm quoque & omnium primum atque quæſitu neceſſarium, vt procedente exponam ſermone. Prius enim quòd quæſitu dignum ſit quod proponit, & quónam pacto ipſum ſoluat percurrere eſt melius. quòd itaque quæſtione dignum ſit, hinc diſces. Nam philoſophorum controuerſiæ nullam habemus quę euidens ſit coniecturam. Neque enim ſi genitus mundus ſit, neque ſi interitus conſcius, neque ſi extra ipſum inane non ſit, neque ſi infinitus, neque ſi is ſolus vnus ſit, neque ſi plures, neque quot numero ſi plures, neq; ſi multitudo horum incompræhenſibilis ſit, aut infinita, manifeſtè coniectari poteſt.

poteſt. Sic autem & ex multis quæ in philoſophia quæruntur, nonnulla quidem iudicare prorſus nequimus, alia verò non ſine magna cõtéplatione. De his verò quæ ægros iuuant non ſimiliter eſt. Nam ad ipſa quidem inuenienda longo opus eſt tempore, viróque qui multos excellat: ſed quæ reperiſſe quidam promittunt, facilem hæc videbuntur habere iudicationem. Nam ſi ægris quidem adhibita prçſidium attulerint, laudare ipſa oportet atque recipere: ſi verò nocumentum, vitare & auerſari: quæ verò nihil quod effatu dignum ſit ad nocumentum vel auxilium cõtulerunt, in neutrius horũ ratione cenſere conuenit. Imò & medicos ab euidenter lædentibus abſtinere oportet. His itaque quæ parum exuperant inſiſtere nõ eſt mirum eos qui quouis modo ab initio opinati ſunt. In his verò quæ valde receſſerunt, vt à quibuſdam laudentur, ab aliis culpentur, admirari quiſpiam poterit, vel eos qui magnopere lædẽtia extollunt, vel eos qui verè iuuantia vituperãt. Id ſanè ipſum eſt quod Hippocrates particulari vno exemplo nunc proponit. Dictum autem & ab Eraſiſtrato in libro de Febribus tum hoc, tũ huius ſolutio & paucis & euidẽter: vt pote qui Hippocratem planè eſt ſequutus. Percurrens enim in libro præfato medicos tum eos qui aduerſiſſimum febrientibus victum præſcribunt, tum eos qui longis inediis ægros ipſos cõficiunt, atq; Petronam ipſum qui tum carnes tum vinum exhibebat, inferens ita ad verbum inquit: In multis itaque valde magnis plagis decidebant. Si autem febrientes omnes ex tali curationis ductu perperam liberarentur, qui ita curabant, à curatione deſiſtebant: ſed vt videtur non febribus omnibus opem fert idem ſanationis ductus. Laudare itaque oportet tum Eraſiſtratum tum alios qui quçſtionem hanc propoſuerunt, & ſolutionem ſcripſerunt. Laudandus quoque & qui primus eam propoſuit, cenſendúmque quæſtionem hanc non magis de acutis morbis quàm de aliis omnibus & proponi & ſolui. Nempe reſponſio de omnibus communis eſt. Non enim in acutorum modò, verùm quoque & morborum aliorum curatione controuerſi fuerunt medici: atq; ob id longo tempore ſua in cibi exhibendi regula ſinguli permanent, quòd nonnullos

ab ea

ab ea euidenter iuuari vident. In cæteris itaque qui nihil auxilij inde recipiunt, citò quidem & ægros occultè deliquiſſe ſuſpicantur, quanquam id non ſit ſed quod retulit Hippocrates in libro de Fracturis, ibi agens de his qui fracturas cum vlcere perperam deligant atque ob id lædunt, ait. non enim deligationem hinc & inde factam, & vlceris refrigerationem eſſe in cauſa putant, ſed aliquod aliud infortunium: ſic & ipſos in victus ratione opinari par eſt. quod autem in præſenti oratione dixit, id palàm eſt, vbi quis ipſam ſecum cogitans bis & ter legerit. Nam ex particulari exẽplo communẽ doceri ſermonem comperiet: quẽ & vniuerſalem vocare conſueuerunt, non philoſophi modò, verùm quoque & propè omnes logicæ artis nõ imperiti. Eraſiſtatus itaque de aduerſiſſimis victus rationibus mentionem fecit. Hippocrates verò relictis alienis ad moderatiores ſe cõtulit. Alienæ ſiquidem ſunt iuxta rei veritatem tum quę per inediam fiunt ſummam, tum quæ per repletione mimmoderatã, qua vtebatur Petronas. Moderatæ verò inter has quarum meminit Hippocrates in acutis morbis, ab inſignibus exhibentur medicis. Quidam enim hordeaceam ptiſanam in his adminiſtrant. Alij cremorem ſolum: alij ne hunc quidem in acutis morbis ante morbi iudicationem: ſed tempore interiacente ſolos exhibent potus, aquam melicratumq́ue, & ſi opus ſit oxymeli. Cauſa itaq; controuerſiæ eſt quam Hippocrates ipſe in ſequentibus exequetur, & quam ab Eraſiſtrato in primo de febribus probè enũciari dixi. Eſt autem ea, quòd aliqui ſolo ptiſanæ cremore indigent, alij hordeacea ptiſana, & alij horum neutro: ſed potibus ſolis ad iudicationem vſque fœliciter ſeruantur. Demonſtrabitq́ue in ſequentibus quinam hordeacea indigent ptiſana, & qui ptiſanæ cremore, & qui horum neutro.

Μάλα μὲν οὖν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἰθισμένοι εἰσὶν οἱ ἰατροί· ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα εὑρίσκεται.

*Non admodum itaque quæſtiones huiuſmodi proponere medici conſueuerunt, neque forſan ſi proponantur*

*nantur, ſolui reperiuntur.*

Quòd primus Hippocrates quæſtionē hanc propoſuerit, ſoluerítq;, ex hac notū euadit dictione: neq; enim inquit tales quæſtiones proponi à medicis cōſueuerūt. ꝙ ſi & tales quis propoſuerit, forſan neq; ſolutio reperietur.

Καίτοι διαβολήν γ' ἔχει ὅλη ἡ τέχνη πρὸς τῶν δημοτέων μεγάλην, ὡς μηδὲ δοκέειν ὅλως ἰητρικήν.

*Calumniam uerò inſignem patitur apud uulgum ars tota, ut nullo pacto medicina eſſe uideatur.*

Hac quoq; in oratione ex particulari exemplo rē quandā vniuerſalem docet: primùm quidē ꝙ qualecunq; ingredientiū ſtudium cōtrouerſia iuſtam ignorantiæ ſuſpicionē oſtendit: ſecundò rurſus ꝙ concordia ipſa iuſtam magnámq; cognitionis ſpē demōſtrat: quod valde & mathematicis demōſtrationibus cōtulit. Neq; enim diſcipulos ſolùm alliciūt, credulóſq; reddunt, verùm quoq; & apud idiotas ſeſe veriſſimas exiſtimādas prę ſtāt. Mathematicis igitur demōſtrationibus vſos ait, qui euidēter quippiā & citra quanuis ambiguitatē demonſtrauerūt. ſed cōtrouerſiæ rationē diligenter in ſequenti proſequitur oratione.

ὥστ' ἔν γε τοῖς ὀξυτάτοις τῶν νοσημάτων τοσόνδε διοίσουσιν ἀλλήλων οἱ χειρώναντες, ὥστε ἃ ὁ ἕτερος προσφέρει ἡγεόμενος ἄριστα εἶναι, ταῦτα νομίζειν ἤδη τὸν ἕτερον κακὰ εἶναι, καὶ σχεδὸν κατάγε τοῦτο, τὴν τέχνην φαίην ὁμοιοῦσθαι τῇ μαντικῇ· ὅτι καὶ οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν εἶναι νομίζουσιν· εἰ δὲ δεξιός, κακόν· καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ δὲ τὰ τοιάδε, ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι· ἀλλ' ἔνιοι τῶν μαντέων τὰ ἐναντία τουτέων. Φημὶ δὴ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα, καὶ ἠδελφισμένον

τοῖσι

*τοῖσι πλείστοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ ἐπικαιροτάτοισι.*

*In acutiſſimis itaque morbis uſqueadeo diſſentiunt inter ſe artifices, ut quæ alter porrigit optima eſſe exiſtimans, hæc iam alter mala eſſe putet: atque ob id manticæ, id eſt uaticinationi ars ipſa ferè ſimilis eſſe uideatur. Nempe augures alitem eundem ſi quidem ſiniſter fuerit, bonum eſſe exiſtimant: ſi uerò dexter, malum. talia quoque in Aruſpicina uidentur alia in alijs: ſed nonnulli uaticinantium contraria his ſentiunt: dico autem ſpeculationem hanc eſſe & pulcherrimam & germanam propter quamplurima & commodiſſima, quæ in arte reperiuntur.*

Μαντικὴν quidam appellant & οἰωνιστικὴν & ἱεροσκοπίαν, θυτικὴν à multis appellatam: quam verè & antiqui alij ἱεροσκοπίαν, quòd ἱερεῖα, id eſt hoſtias inſpicientes qui in ea ſcientia graues & præſtantes ſunt, ex ipſis vẽtura prænuntient. ἱερεῖα autem ſcimus appellari omnia quæ diis in honorem fiunt, quales ſunt quæ litantur victimæ, quarum exta inſpicientes ἱεροσκόποι, id eſt aruſpices. Eos verò qui ex auiũ volatu augurantur, quos οἰωνιστὰς, & οἰωνοσκόπους, id eſt auſpices appellant, nunc μάντεις vocauit Hippocrates: quanquam μάντεως nomen & μαντικὴ de omnibus ita prænuntiãtibus artibus proferatur. Nempe μάντεις vocantur & ἱεροσκόποι & οἰωνισταὶ, & qui appellantur γενεθλιακοὶ, & qui per coniecturas, & qui per victimas futura prædicunt. Præter hæc χρησμολόγοι, id eſt fatidici, & θεομάντεις, id eſt diuini vates. Quidam & ὀνειροπόλους, id eſt ſomniorũ interpretes à poëta appellatos inter μάντεις, id eſt vaticinãtes collocãt. Sed cõſtat Hippocratẽ ſolos οἰωνιστὰς appellare μάντεις, ut poëta appellauit. Nẽpe & ille in pleriſque ſui operis poëtici partibus oſtendit oioniſticẽ artem futurorũ prænotionẽ eſſe: quomodo in. 1. Iliados inquit, ἀλλ᾽ ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα,

ἢ καὶ

ἢ καὶ ὀνειροπόλον· καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι, id eſt conſulamus itaque augurem quempiam, aut ſomniorum interpretem. Nempe & ab Ioue oſtenduntur inſomnia: ἱερῆα quidē dicens, ἱεροσκόπον: ὀνειροπόλον verò, qui ſomnia interpretatur. μάντιν autem οἰωνιστὴν, id eſt augurem auſpicémque. non enim ipſum prætermiſit in locis multis poëtici operis ad res maximas: diuinandi etiam arte per alites vſus. Sed hæc quidem & forſan quàm decet plura de huius nominis μάντεως appellatione dicta ſunt. Ad id verò quod dicitur, trāſire iam eſt tempeſtiuum. quod enim dicit, eiuſmodi eſt: Qui diuinatorias artes exercent, in particularibus multis nihil minus quàm medici inter ſe diſcordant. Vidi equidem aliquando auſpices in volatibus ipſis quos dextros & ſiniſtros memorauit Hippocrates, diſcordantes. alter Arabs erat, alter Græcus ex Aſia noſtra. Dicebat itaq; Arabs dextrum alitem laborantes mulieres ſeruare, ſiniſtrum viros. qui verò ex Aſia noſtra erat, dextrum alitem in virorū morbis apparentem, interrogantibus ſi ſeruaretur, aſtruere interrogationem recenſebat, ſiniſtrum verò denegare. Interrogabam prætereà ipſos ſi quomodocunque volantem vel dextum vel ſiniſtrū alitem pollere eadem ſignificandi facultate dicerent, nihilq; differre putarent ſi aut celſiſſimus, aut terræ propinquiſſimus, aut medius volaret: & ſi medius, an ſi propius celſiſſimum vel infimum, vel adhuc inter hos mediū. Pari modo & ſi ales vel propinquus vel longinquus volaret, an ne in his nulla eſſet diſtinctio. Arabs eos nihil ea quæ in altitudinem vel longitudinem vel latitudinem eſſet diſtantia diſcrepare reſpondebat. Græcus verò & de ſymmetro diſtinguebat, & dextro, & ſiniſtro, atque hæc ſcripta eſſe ab auſpicibus aſſerebat, atque immoderatas diſtantias moderatis eſſe contrarias: teſteſque in eam rem libros Apolletis, Athenæi, Chæremonis & Artemidori Phocæ, atque aliorum multorum qui in augurandi arte clari eſſent oſtendebat. depræhendi proculdubio Arabem & confuſum & à diſtinguendi arte alienum: Græcum verò diſtinctè loquentem, & artificem. Nempe artis quæ iudicationem theorematum per experiētiam habet, diſcordia ex diſtincta & indiſtincta rerum explicatione oritur.

oritur. quod ab Hippocrate edoctus Græcum augurem in alitum volatu artificioſiorẽ videri iudicaui: quippe qui & ex abundantia quòd celebratiſſimos augurũ teſtes exhiberet, fide dignus magis erat. cùm verò Arabs plurimos quibus vera de ęgris prædixerat, teſtes citaret, conſequuti vt plurimum euenti cauſam ipſi pronunciaui. Nam ſi ales moderatè diſtans dexter viros ſeruat, immoderatè verò diſtãs fœminas, ſint autem plures qui immoderatè diſtent, vnus verò ſolus moderatè, iure quidem ſuccedet in multis ex animi ſententia, rarò uerò non ſuccedet. Græcus autem alias adiiciebat diſtinctiones, quibus etſi dexter ales immoderatè diſtaret, interdum tamẽ ſeruandum virum laborantem declararet. Nam qui molle & muliebre ſtudium exerceret veluti & qui lanas tractat, hos mulierum habitu ſeruari dicebat. rurſusque & id ab optimis ſcriptum eſſe auguribus demõſtrabat. Adde quòd & alias adiiciebat diſtinctiones, in quibus Arabs nihil intelligere videbatur. Retuli hæc propter ſequentem dictionem, quam nullus conuenienter expoſuit, ſicuti neq; eam quæ antè ſcripta eſt, vbi inquit: non admodum itaq; quæſtiones huiuſmodi proponere medici conſueuerunt, neq; forſan ſi proponantur, ſolui reperiuntur. Nam cùm inquit τοιάδε, id eſt huiuſmodi, hoc eſt quę ita diſſident, quidam de ptiſana ſola perperam intellexerunt, alij autem paulò his melius de victu acutorum, alij de omni ſimpliciter victu, alij verò de curatiõe vniuerſa, prioribus quidem melius, ſed neque adhuc abſolutè. Cauſam enim vt dixi, totius diſſidij quæſiuit Hippocrates in omni arte, quæ per experimenta iudicari poſſit. Quòd autem res ita habeat, manifeſtè per ſequentem condiſces orationem.

*Καὶ γὰρ τοῖς νοσέουσι πᾶσιν ἐς ὑγίην μέγα τι δύναται, καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφαλείην, καὶ τοῖς ἀσκέουσιν ἐς εὐεξίην, καὶ εἰς ὅ, τι ἕκαστος ἐθέλει.*

*Nempe & ægris omnibus ad ſanitatem magnum quippiam poteſt: ſaniſque ad ſecuritatem, & ſeſe*

*exercētibus ad bonum habitum: atque ad quod unuſquiſque uoluerit.*

Sermo hic & eos arguit qui Hippocratem exiſtimant præſcriptam dictionē de ptiſana ſola propoſuiſſe, eoſque qui de victus ratione ſiue acutorum morborum, ſiue ſimpliciter de vniuerſa dictū id putāt: pari modo & eos qui de curatione vniuerſa problema eſſe exiſtimauerunt. Manifeſtè enim quæ nūc proponitur nobis dictio redarguit eos qui vel de ptiſana ſola, vel ſola in acutis morbis victus ratione, vel in omnibus morbis, ſermonem eſſe exiſtimant. Neque enim ægri omnes à ſola victus ratione curantur, cùm multi ſint qui manuum opera, & medicamentorum adminiſtratione indigeant. Neque itaque de ptiſana ſola, neque etiam de ſola in acutis morbis victus ratione, neque de ea quæ ſimpliciter morborum eſt omnium, ſermo Hippocrati exiſtit, neque de ſola ea quæ ex his oritur controuerſia, ſed de omni ſimpliciter arte quę experimētis tum diſcerni, tum iudicari nata ſit. Nam qui communem vniuerſalemque ſenſum reperit, ex eo quæ particularia exiſtunt iudicat. Particulare autē vnum eſt, & quod de ptiſana medicis in controuerſiam venit, ſicuti & quod de victus ratione non acutorum modò, verùm quoque & morborum aliorum, atque etiam quod generalius eſt de curatione vniuerſa, atque hoc vniuerſalius de omni corporis prouidentia, etſi ſanorū fuerit. Nempe hi ea indigent arte non quæ ad conſequendam ſanitatem præcepta tradat, ſed ad præſentem conſeruandam: quod non prætermiſit Hippocrates cum inquit, ſaníſque ad ſecuritatem. Nempe vt tale quippiam ſeruetur, ſecuritate eſt opus. vtilem quoq; ait eſſe ſpeculationē, & his qui exercitantur ad habitum bonum: vt enim ęgrorum curatio ea quæ nunc ab Hippocrate propoſita eſt, ſpeculatione indiget: ſic & ſanorum ſecuritas, vt præſens ſanitas cōſeruetur: ſic & ſeſe exercitantium prouidentia, vt bonum habitum conſequantur. Hæc igitur omnia artis quæ circa corpora verſatur, ſunt. Sed quod continuata ſerie dicitur, ad omnem extenditur artem: quid etenim quod ait: & ad quod vnuſquiſq; voluerit? Nempe augur, aruſpex, mu

ſicus,rethor,& artifex omnis ſimpliciter cauſam eius quæ in ſua arte reperitur controuerſiæ vnā eſſe exiſtimat,cùm ſcilicet vnuſquiſq; ex particulari vniuerſale facit. Ita ſanè & in auguribus factā controuerſiam depræhendi, eúmq; qui veriora loqueretur iudicaui.atq; ob id pauloantè augurū memini Arabis & Græci. Nempe artis omnis cōſtitutio ex propriorū à cōmunibus diſtinctione oritur. Qui enim hæc diſtinguere poteſt,is optimus cenſetur artifex. Vt autē conſtitutio,ſic & iudicatio in diſtinctione eſſentiā habet. Nēpe falluntur qui artes cōſtituunt,cum quod cuipiā cōtingit,id vel in omnes,vel in plures quàm oportet,extendunt.quod ſiquidē nulli prorſus cōtingit,nemo id in tali arte perſuadebit ſibi verū eſſe. Nam in hoc verè oritur cōtrouerſia, cum vnuſquiſq; rē ſibi perſuadet non in eo ꝙ ſubiicitúrq; cōfingitúrq; cōtentioſè litigās. quomodo nōnulli de quibuſdā ſecus quàm ſentiebāt fecerūt, & qui dicūt incertū eſſe vtrū vigilamus dormimúſve, aut ſapimus inſanimúſq;.quod ſi manifeſtū eſſe indulgeatur, vtri ſanè veriora loquuntur, anceps inquiunt eſſe,an qui vigilant his qui dormiunt,vel inſanientibus qui non inſaniunt.Nullus ſiquidē qui ſibi rem perſuaſerit,aut qui ſecum opinatus fuerit, ita ſermones facit:ſed qui cōtentioſè litigat, ſecúſque quàm ſentiat facit. Quidam autem in medicinali arte nonnihil innouare aggreſſi ſunt, melius quippiam prioribus reperire nequeuntes, vulgi affectum quem dixit Hippocrates intellexerunt,nempe quod externum inuſitatúmq; eſt,nondum intelligētes ſi vtile ſit, laudāt magis quàm aſſuetū, quod vtile eſſe eſt cognitum. Sunt qui ex ſuauiſſimo victu promiſſiones perſuadentes ægros alliciunt,ſcientes quidem quòd doloſe agunt: ſed id propter lucri gloriæq; cupiditatem aggrediuntur. Expugnata itaq; ea quæ verbis facta eſt controuerſia,quam viri huiuſmodi inter ſe habent, quæ ſecundum veritatem & verè eſt cōtrouerſia oritur: non quòd enunciatio quidem non diſtinguatur,ſed quòd de pluribus quàm oportet, vel omnibus tanquam ſimiliter habentibus efferatur, atq; ob id iuſte laudandus venit Hippocrates,qui de ſola ſecundū rei veritatē meminit controuerſia,quam qui artē verè cōſtituere aliquam volunt incurrunt,cum ſecū ſuaq;

in anima differenter opinantur, & non verbis ſubdolè ſimulatis id agunt ob gloriæ vel lucri cupiditatem. Nullus enim qui animi conſilia verè per experimenta iudicat, Petronæ victus rationem recipiet, carnes aſſas adminiſtrans, vinumque nigrum in his qui acuta laborant febre, neque in tanta ſiti temperans vt cotulæ aquæ vigeſimam porrigat partem. talia ſiquidem diætemata prorſus abſurda ſunt, duorumque alterum exiſtit, nempe aut quòd externa ſunt vafris ab hominibus affectantur, aut propter ſummam ſtupiditatem id agunt, ſi planè ſe ſolos reperiſſe veritatem exiſtimauerint. Quæ verò ab Hippocrate ſcripta ſunt, ea in prudentibus viris qui verè artem cõſtituere ſtudent, reperiri poſſunt, quòd non ferant maximã læſionem vbi quibus non oportet oblata fuerint. talia itaq; diſtinctu difficilem habent eam, quæ experimentis conficitur iudicationem: quæ verò valde exuperant, facilem. Controuerſiam igitur in his qui parum inter ſe exuperant iudicare, & quibúſnam ptiſana ſola exhibenda in acutis morbis ſit, & quibus hordeacea, & quibus nullo pacto id faciendum ſit, ſed potus ſolus ad iudicationem vſque porrigendus ſit, demonſtrare Hippocratis intelligentia eſt dignum.

Πτισάνη μὲν οὖν μοι δοκέει ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων, ἐν τουτέοισι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι· καὶ ἐπαινέω γε τοὺς προκρίνοντας· τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτέης λεῖον, καὶ συνεχὲς, καὶ προσηνές ἐστι, καὶ ὀλισθηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ ἄδιψον· καὶ εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τουτέου προσδέοι· καὶ οὔτε στύψιν ἔχειν, οὔτε ἄραδον κακὸν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ. ἀνῴδηκε γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει, ὁκόσον ἂν πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι·

*Ptiſana igitur frumentaceis eduliis rectè prælata eſſe uidetur in hiſce acutis morbis, eóſque qui eam*

*præferunt*

*præferunt laudo. Nam uiſcoſitas ipſius læuis, continua, iucunda, lubrica, & mediocriter humens, ſitim minimè infert, & ſiquid ablui eget, probè abluit: non adſtringit, non male turbat, neque in uentre tumeſcit. Nempe inter coquendum quoad maximè potuit, intumuit.*

Orationem hanc ſolùm legiſſe mihi videntur, qui librum hunc de ptiſana inſcripſerunt: veluti proœmij partem primam, qui aduerſus Gnidias ſententias titulum fecerunt. Nam Hippocrates in ſecunda proœmij parte non amplius Gnidios medicos contrà agere: ſed ſeſe ad curationis acutorum morborum exercitationem conuertere eſt viſus. Tertia autem proœmij pars quam hucuſq; percurrit, ad eam quæ victum morbis acutis præſcribit, ſpectat artem: neqne tamen ad ſolam hanc eſt accommoda, verùm quoque & alteri cuidam vniuerſaliori ſubiecta eſt ſermoni. Demonſtrauimus autem in his quos in ſcripta de fracturis articuliſque parauimus cõmentariis, Hippocratẽ ſubiectos ſpecialéſq; ſermones pro aliis quibuſdam vniuerſalioribus indicare conſueuiſſe, doctrinámq; vniuerſalium ex præſentibus ipſis, quæ tanquã exempla conſtituit efficere. Neque enim ita ab inſtituto recedit, neque ſępius docet quod multorum commune exiſtit. Quo autem modo in ptiſana fecit ſermonem, cauſam eius quæ de ipſa eſt contentionis tum veſtigans tum decernens: ſic & de omni acutorum morborum victu rectam tulit ſententiam. Nempe & de venæ ſectione, & purgatione, & tũ glandis tum clyſteris vſu: de cataplaſmatis item, fotibus, vino, mulſa, oxymelite & balneo non parua inter medicos orta eſt controuerſia. quæ omnia libro in hoc percurrit Hippocrates vna methodo quam nuper dixi: cuius virtutem cognouiſſe viſi ſunt qui ſe empiricos nominauerunt, diſtinctionibus propria à communibus ſeparantes. conſueuerunt autem diaſtolas magis quàm dioriſmos, id eſt diſtinctiões, appellare ſermones eos qui quod proprium eſt à communi diſtinguunt, & ſeparant. Iam ergo quæ ab Hippocrate de ptiſana dicuntur, videamus.

Videntur ergo mihi(inquit)priores medici frumentaceis eduliis rectè prætuliſſe ptiſanam in acutis morbis. σιτηρὰ autem, id eſt frumentacea edulia dicit, quæ ἐκ τοῦ σίτου, id eſt frumento fiunt. σῖτον autem appellant homines maximè quidem πυροὺς, id eſt triticum: ſed iam vnà cum tritico, tum hordeo tum zea veſcuntur. Appellationem verò ad plura extẽdentes, cerealia quoque appellata ſemina connumerant, lentem videlicet, fabam, lupinum, cicerculam, panicum, milium, piſum, fœnumgræcum, auenam, tipham, cicera, & quæcunque id genus alia. horum igitur omnium frumentaceorum eduliorum, cætera quidem vulgo damnantur, quòd protinus magnum inferunt detrimentum: panis verò ſolus, & chondrus, & zea in acutis adminiſtrantur morbis, atque ad hæc ſola ptiſanã conferre datur. lens ſiquidem & milium, & fœnumgræcum tanquam medicamẽta ob quoſdam ventris morbos exhibentur, & non tanquam nutritura cibaria. Ptiſanam igitur rectè prælatam eſſe ait frumentaceis eduliis, pani ſcilicet, chondro, & zeæ ex qua fit tragus appellatus. Nempe eorum qui chondrum temporibus Hippocratis nondum fuiſſe exiſtimant, ignorantiam argues tum ex quibuſdam antiquis comicis, qui chondri meminerunt, tum etiam ex Hippocrate ipſo, qui in libro de victu ſalubri, chondri ipſius meminit. nam etſi liber iſte Hippocratis non ſit: ſed vel Euryphontis, vel Phaontis, vel Philiſtionis, vel Ariſtonis, vel alterius cuiuſpiam ex antiquis (nempe ad multos librum hunc referunt) ſanè omnes hi veteres viri ſunt, atque ex eis quidam & Hippocrate antiquiores exiſtunt. alij verò tempore ipſius vixerunt. loquor autem nunc de Hippocrate Heraclidæ filio, qui librum hunc confecit. Nam auus ipſius Gnoſidici filius Hippocrates quorundam iudicio, nihil omnino ſcripſit. aliorum verò ſententia duos tantum libros ſcripſit, de fracturis & articulis. Quare autem ptiſana frumentaceis eduliis non perperam antepoſita ſit, oſtendetur per ea quæ ipſe infert, inquiens: Nam quæcunque ad acutorum morborum ſanationem ipſi inſunt bona, nulli alteri ineſſe comperies. Rectè autem iudicabis ſi & acutorum morborum naturam,

& ptiſanæ

& ptiſanæ vires cognoueris. Natura igitur acutorum morborum eſt, vt horum febres omnino ſint continuæ. febris verò ortus, caloris natiui ad igneum eſt conuerſio, vt alibi demonſtrauit, & nunc manifeſtabit, inquiens de ipſa: Ex thorace ſiquidem incipit, atque ad caput flammam mittit. Præterea in libris vulgarium morborum febrem magnam, ignem vocare conſueuit: quaſi non aliam habeat naturam præterquam ignis ſubſtantiam. ſi igitur contraria contrariorum remedia exiſtant, ſanè febris peculiare remedium vt virtutem tum refrigerantem tum humectantem habeat oportet: id nanque febris naturæ, quæ calida & ſicca eſt, contrarium erit, talis ſiquidem naturæ eſt ignis. Præterea cùm febres & ex humorum putredine oriantur, non parua opus eſt diligentia vt quicquid ex ipſis concoqui poſſit, concoquatur: & quod iam exuſtum ſit, neque amplius concoqui poſſit, euacuetur. Quòd ſi febrientibus ipſis cibi vſus ſit qui hæc efficere poſſit, & ſi etiam facilè tum coquitur, tum diſtribuitur, iam omnia talia quibus eſt opus, habuerit. Quænam igitur ſit ptiſanæ virtus ex Hippocrate audiemus: viſcoſitas (inquit) læuis eſt. læue exaſperanti opponitur. Exaſperant autem acria, acida & adſtringentia. Acria itaque omnia calefaciunt, vt eruum, fœnumgræcum. Acidorum cætera dimittere oportet, de oxymelite ſolùm eſt agendum. Dimittantur pari modo ex adſtringentibus pyra agreſtia & meſpila, & quæcunque huiuſmodi, atque ex frumentaceis lens & ſimilia. Exaſperantium itaque malitiam ptiſana effugit, vtpote quæ læuorem non tactu ſolum, verùm quoque & facultate habeat. Eſt item & viſcoſitas eius continua, eſt ſiquidem in omni parte ſibiipſi ſimilis propter reliquis in rebus exactam vnitionem, quod zeæ nullo modo ineſt. laudatur præterea non parum in ptiſana quod iucundum & mite exiſtit, quod immiti iniucundóque opponitur, id eſt, quod dum ſumitur inſuauitatem quandam facit: ſicut denique & panis inſuauis eſt dum ſumitur, niſi abundè ipſum maceraueris madefecerisque, imò & ita ſuperatur ab ea quæ in ptiſana eſt iucunditate, quæ mandi nō indigeat: ſed potuum inſtar ſorberi poſſit.

Neque paruæ eſt prærogatiuæ ptiſanæ lubricitas præſertim cremoris. pertranſit enim thoracem in nulla ipſius parte quippiam dum tranſit relinquens, veluti quæ in meatibus infarcta adeò obſtruant vt vix abſolui poſſint: quod accidit viſcoſis omnibus excepta ptiſana. Hinc ſanè quæ ex chondro fit ſorbitio quod quidem viſcoſum ſit habet: ſed lubrico eſt deſtituta. Ptiſanę autem ineſt & lubricum & detergens. quapropter medici ad detergẽdum eum qui in ventre eſt infarctus humorem, vomitibus, exhibito ptiſanæ cremore veluti & aqua mulſa vtuntur. Crudam quoque conterunt ptiſanam puerorum mangones, faciéſque vt vitioſos cutis exterant colores, illinunt. Quod autẽ in ea exiſtit deterſorium, id & ad deiectionẽ eſt idoneum diſtributionémque, præſertim vbi ex ſima hepatis ad gibbam tranſmeare debeat quæ diſtribuitur alimonia. hîc enim infarciuntur quæ craſſi ſunt ſucci, & quę tenaciter collæ modo adhærent: atque ob id chondrus non in adfectis iocinore ſolum maximè nocet, verũ quoque & in his qui viſcus hoc nullo quidem pacto læſum, ſed cum meatuum anguſtia naturaliter adformatum habent. Qui igitur ita natura adfecti ſunt, ipſis tum viſcoſa tum craſſi ſucci omnia infarciuntur, atque ob id grauitatem in viſcere ſentiunt, cùm hæc diſtribuuntur. Præterea ptiſanæ viſcoſitas humens eſt, ſed non vehementer vt aqua & mulſa: ſorbitio item ex chondro, & ea quæ ſorbentur oua. Nempe omnia hæc ſtomachum languentibus ipſis ita manifeſtè ſupinant, vt ſubuerſum ipſum eſſe exiſtiment. verùm ptiſana humectare quidem valet, ſed ſtomachum ſubuertere nequit. Stomachum autem hoc in loco intelligere oportet vt huiuſce temporis homines dicere conſueuerunt, non meatum ventriculi tantummodo, verùm quoque & os ipſius: quod ſi imbecillum fuerit atque exolutum, manet diutius in eo quod ingeſtum eſt ſupernatans. Sed contrarium vſuuenire natum eſt, vbi à cibo aliquo boni ſucci reductum quod continetur, expellit. Nempe humiditas protinus ab ipſo recedit, coquiturque, atque quod ita depulſum eſt deiicitur, quemadmodum incoctum manet, & non citò deiicitur quod in ore ventris ſupernatat. Nempe partis huius munus eſt appetere,

tere,

tere, non coquere. Quæ igitur adſtringunt edulia vt ventris os roborare poſſunt, ita & deſiccant pluſquam oportet. Pari modo & quæ ex chondro paratur ſorbitio veluti humectare, ita & ſupinare nata eſt. Ptiſana igitur humectantium vim aſſecuta, malitiam effugit. Deinceps ptiſanam ſitim minimè inferre ait Hippocrates, maximum quippiam & hoc eſſe in iis qui corpus tum exurunt, tum ſiccant morbis teſtatus. hac ſanè occaſione ptiſana quàm aqua mulſa longè melior exiſtit, quanquam abluendi bonitatẽ, quam deinceps huic ineſſe ait, ſimiliter aquæ mulſæ nacta fuerit: imò ſi ptiſanam aquæ mulſæ comparaueris, ptiſanam ipſam in acutis morbis & ſuperiorem, & melioris conditionis eſſe reperies, quod procedente oſtendam ſermone: Nam de ptiſana ſermonem abſoluere eſt tempeſtiuum. Probè ſiquidem abluere dixit cum adiectione, ſi quid ablui indigeat: quaſi non in omnibus acutis morbis probè abluente indigeamus edulio. Nempe cætera omnia, quæ de ptiſana dicuntur, bona ſperpetuò morbis acutis proſunt, ſed abluendi bonitas, quibus ventrem ſubduci volumus, vbi cibus in via moratur, eſt idonea. Probè itaque abluere non eſt febrili affectioni veluti contrarium, neque tanquam familiare auxilium vnum vtile exiſtit, ſed benè tanquam ſymptomatis alicuius correctorium. Deinceps inquit: neque adſtringit, neque malè turbat, viſcoſitas ſcilicet ptiſanæ. ſic etenim ſermonem de ea inchoauit: Non adſtringere autem quibuſdam maximè bonum exiſtit. Nemo ſiquidem adſtringentibus vtitur cibis niſi vel propter ſymptoma quod animi deliquium inducat, vel propter immoderatam ventris fluxionem: cogunt ſiquidem & ſtringunt corpora, viáſque tum diſtributionis tum alimoniæ, tum eius quæ foras fit perſpirationis conniuere compellunt, quas apertas eſſe confert. quòd autem non turbet, id eſt nullam inferat dum concoquitur turbationem, in laudem & ipſum præſtat ptiſanæ. Turbatio autem huiuſmodi ex multis paritur eduliis, his quidem ventrem mordentibus, aliis verò inflantibus, aliis item quæ pugnantibus facultate partibus conſtant, quod tum in lenticula tum in braſſica reperitur, nempe ſolidum ipſarum corpus ven

trem

trem cohibet,ius autem ipſum proritat,ſubducítque. Sic & qui cerebrum cum oleo & garo cōdiunt,totum ex ipſis tum diſſimilare, tum ſibiipſi pugnans efficiunt, cerebro quidem ſtabili meante: mixtis verò ipſi ad deiectionem excitare idoneis. Pari modo & de ouo dicendum,ſiue cum melle, ſiue cum ſale, ſiue cum garo adſumatur. nempe quod ex ipſis conſtat,varias habet facultates.iura item fert omnia. quapropter & circa ſermonis initia viſcoſitatem ptiſanæ laudans, inquit, continua: quod ſanè citra totius in partibus omnibus ſimilitudinem non fit. Verùm in præſentia huic verbo, turbat, adiecit hoc aduerbium,male:ptiſanam non turbare haud quaquam ſimpliciter aſſerens, ſed male adiiciens. nihil enim ciborum coctioni quàm hoc ipſum aduerſatur magis. Quo fit vt qui de concoctione ſcripſerunt,ciborum varietatem, præſertimque vbi variis conſtent facultatibus, nocentiſſimā dixerint,vtpote quæ ingeſta ipſa probè concoqui prohiberet. Deuitant id maximè tum qui luctantur, tum qui legitimè certant. Prandio ſiquidem duntaxat panem edūt: in cœna verò carnem. Plura de his enunciarem, niſi ſcirem te inuenire ipſa poſſe,qui ex his quæ de concoctione in commentariis de facultatibus naturalibus dicuntur,ſis inſtructus. Commentarios autem huiuſmodi ſi neglexeris,fruſtra in his verſaris.quapopter de perturbatione huiuſmodi loqui deſiſtens, ad omnium vltimum me tranſferam,quod ab Hippocrate de ptiſana adhuc loquēte dicitur:neque in ventre tumeſcit. Nempe multos ptiſanam quòd flatuoſa eſſet damnantes, haud quaquam ignorans,non abs re adiecit:Nam inter coquendum quoad maximè potuit intumuit.qua ſanè adiectione crimen controuerſiamque ſimul & expurgationem ſignificauit, coctionemque edocuit. Scribit quædam & nihilominus de concoctione in ſequentibus: ſed in præſentia tantillum hoc ſermoni de ptiſana adiiciam: Ptiſanam ſi valde coxeris,cibum haud quaquam flatuoſum efficies: fabam verò freſam neque ſi tribus coxeris diebus, flatu viduam orbatamque reddideris:nēpe ex propria ſubſtantia quod flatuoſum eſt,habet: non autem ob diminutam coctionem vt ptiſana.ſunt qui ipſam coquentes,tam cito abſti-

nent

nent à coctione, & potiſſimum diuitum coqui. Terunt ſiquidem crudam eam in mortario, atque deinde parum calfaciunt: non enim coctam dominis offerunt. Sed de coctione ptiſanæ vt dixi, rurſus dicetur. Nunc autem poſteaquam vires ipſius demonſtrauit, deinceps vſus diſtinctiones dicet. ad quam & ego me conferam, vbi præmonuero quòd ſermonem de ptiſanæ ad mulſam & alia comparatione in ſequentibus perfectè facere promiſimus.

ὁκόσοι μὲν οὖν πτισάνῃσι χρέονται, ἐν τούτοισι τοῖς νοσήμασιν, οὐδὲ μιῇ ἡμέρῃ κενεαγγητέον, ὡς ἔπος εἰρῆσθαι, ἀλλὰ χρηστέον καὶ οὐ διαλειπτέον, ἢν μή τι δέῃ, ἢ διὰ φαρμακείην, ἢ †καῦσιν διαλιπεῖν. †κλύσιν.

*Qui autem in huiuſmodi morbis ptiſana utitur, ne uno quidem die uaſa ut ita dicam inaniri permittat: ſed ab uſu eius nequaquam deſiſtat, niſi uel propter medicamentum uel clyſterem eum deſiſtere opus ſit.*

Soluere hinc incipit quod quæritur. ſed quoniam dictionem ipſam non exactè interpretatus ſit, ob id obſcurum ambiguumq́; reddidit ſermonẽ. quapropter vt quónam maximè expoſitus modo nihil obſcuritatis habeat, referre conabor, ſermonemq́; ab initio hoc pacto repetã: Quænã eſt cauſa diſcordiæ cur in acutis morbis alij quidem ptiſana hordeacea vtãtur, alij ſolo ptiſanæ cremore, alij ne hoc quidem ad morbi vſque iudicationem? hoc ſanè eſt problema: ſed ſolutionem deinceps audi. Qui acutis laborant morbis, alij quidem à cremore ſolo, alij à ptiſana ipſa, alij ab horum neutro iuuantur. Sed ſanè immodeſtius de omnibus morbo acuto laborantibus tulit medicorum vnuſquiſq; ſententiam, non conſiderata ea quæ in omnibus eſſe debuit experientia. Sed definiam ego demonſtrabóque quínam à ptiſana iuuantur, quínam à cremore

more ſolo, & quinam neutro indigeant. Tota igitur ptiſana vti debent ex acuto morbo laborantibus, qui neque alio quopiam antè vtuntur remedio: quale per ſectam venam, vel ventris ſubductionem, vel quippiam ſimile fieri ſolet: neq; etiam eis inſit quod periculum minetur ſymptoma. Cremore autem, qui aliquid tum fallacius tum periculi magis particeps habent. Quos verò vel ſanguinis miſſione vel purgatione vacuare expedit, vel etiam dolores ſedare, his non antè vel ptiſanam vel cremorem dabis, quàm quippiam eorum quæ dixi feceris. Sanè hæc Hippocratem præſcripſiſſe oportuit, & ab vnoquoque ſingularium incepiſſe: atque hoc pacto futurum ſermonem obſcuritate omni viduum priuatúmque feciſſe. verùm quoniam id non fecit, non abſq; cauſa obſcurus abiecto conueniente ordine eſt effectus. Nos autem dictiones ipſius ſequuti reducamus vnamquanque ad ea quæ antedicta ſunt capita, atque imprimis diligentia adhibita præſentem exponamus dictionem. Quare me latius explicantem Hippocratis dictionem, ſimúlque & verba aliqua, gratia perſpicuitatis adiicientem audito. Qui itaque ęgrotantes ptiſana in his morbis reficit (dicam autem paulopòſt quínam ea vtantur) iis quidem nulla die vaſa inaniri, vt ita dicam permittat, niſi deſiſtere debeat vel propter medicamentum, vel propter clyſterem. his ergo ſi bis dederis, cùm opus habuerint, benè facies, atq; quantum corporis tolerat virtus. Explicabo autem tibi ſcopos, quibus attentus vel per ventrem, vel per venas, ipſos vacuabis, aut fomentis aut cataplaſmatis vteris: quos ſi prædixiſſet, deinde vnumquemque ſeriatim reſumens conuenienti expoſuiſſet ordine, non obſcurus fuiſſet ſermo ipſius. Nunc autem quod intercidit ſemper ad finem vſque perſequi cupiens, vbi ſermonem non parum ſuſpenſum eſſe voluit, iure obſcurum fecit. Vera autem me loqui deprænhendes ſi dictiones particulares omnes claras manifeſtáſque inueneris. Orationem verò totam incompoſitam, & ob id obſcuram.

Καὶ τοῖσι μὲν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον. τοῖσι δὲ μονοσιτέειν

εἰθισμέ-

εἰθισμένοισιν, ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην· ἐκ προσαγωγῆς δὲ, ἢν ἐνδέχεται καὶ τούτοισι δὶς διδόναι, εἰ δοκέει προσδεῖν.

*Proinde qui bis die cibari conſueuerunt, bis ptiſanam dare oportet: qui ſemel, ſemel quidem primo die detur: deinde ſenſim paulatimq; ſi fieri poteſt bis quoque detur, ſi quid putes adiiciendum.*

Bis cibandos ipſos inquit, qui bis cibari conſueuerunt, idque ſi adſumendi neceſſitas fuerit. Quòd ſi ſemel tantum cibari conſueuerunt, ptiſanam bis dabis ab ipſo quidem ſemel incipiens, ſed paulatim ad bis ipſum procedens. nempe ἐκ προσαγωγῆς, id eſt, ſenſim id declarat, fitque res hoc pacto: ſemel quidem dabis quod ſatis ſit, ſed minimum ſit quod ſecundo exhibeas. deinde paulatim augebis, idque efficies donec ambas æquari alimonias continget. Sed non ſermonis huius fides huic patet, qui librum hunc Hippocratis legit, quòd neque ab ipſo eſt præmonſtratum quínam ſint qui commodè ptiſana vtantur. verùm vbi mediocriter ægrotantes ab ipſo ita cibari prædixero, paulopòſt & Hippocratem ipſum velle id demonſtrabo. Atque hæc tibi ſit præſentis huius dictionis expoſitio. ſunt autem plerique qui dictionem ſcribant hoc modo: Qui ſemel cibari conſueuerunt, ſemel quidem prima die dandum ſenſim paulatímque: quòd ſi fieri poteſt, bis quoque his detur, ſi quid adiiciendum putes, ſed mente caret dictio hæc. Nam vt prima detur die ſenſim paulatímque fieri non poteſt, cùm ſenſim ipſum pluribus fieri ingeſtionibus natum ſit, non ſemel neque ſtatim in prima.

Πλῆθος δ' ἀρχὴν καταρχὰς διδόναι μὴ πολὺ, μὴ δὲ ὑπέρπαχυ, ἀλλ' ὁκόσον ἕνεκα τοῦ ἔθεος ἐισιέναι τι, καὶ κενεαγγείην μὴ γίνεσθαι πολλήν.

***Verùm inter initia neq; multam neq; craſſam admodum***

*modum dare oportet: ſed quantum & ob cōſuetudinē, & ne multa uaſorū inanitio fiat, ingerere cōuenit.*

Qui Hippocratem replere ægrotantes aſſerunt, ꝙ his qui citra periculum agunt bis quotidie ptiſanam dare iubeat, ſi quod in dictione hac retulit conſiderarent, ſeipſos condemnarent. Tantū quidem ſorbitionis dari pręcipit, quantum alimoniæ & ob conſuetudinē, & vt non multa fiat vacuatio adminiſtrari cōuenit. Si igitur ptiſanæ oxybaphum, id eſt cotulæ quartā partem, quę quotidie ad ſeptimū vel nonum vſq; diem bis exhibetur, minoris eſſe facultatis quàm id quo alunt ſemel nutrimentū faterentur, mea ſentētia à nugis ſe cohibuiſſent: ſed paulopoſt id declarabo, atque in præſentia oratio hæc κατ' ἀρχάς, id eſt inter initia exponam. neq; enim morbi principium ea ſignificat: ſed ex ea audi generalius ſignificatum. Nempe cùm ægrotās primùm ptiſana egere videbitur, tunc protinus neq; multā neque admodum craſſam dato: de multa ſiquidem & ſubita tum repletione tū vacuatione ſemper abſtinuit Hippocrates.

Περὶ δὲ τῆς ἐπιδόσεως ἐς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ἢν μὲν ξηρότερον ᾖ τὸ νόσημα, ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο, οὐ χρὴ ἐπὶ πλέον διδόναι, ἀλλὰ προπίνειν πρὸ τοῦ ῥοφήματος, ἢ μελίκρατον, ἢ οἶνον, ὁκότερον ἂν ἁρμόζῃ· τὸ δ' ἁρμόζον ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται.

*Sed de ſorbitionis augendæ quantitate res ita obſeruabitur. Nam ſi morbus ſiccior quàm ut quiſpiam exiſtimet fuerit, nō multā dare oportet, ſed ante ſorbitionem uel mulſam uel uinum, utrū magis auxiliaturum putaueris, propinare conuenit. quod autē in morbis ſingulis iuuare poſſit, dicetur.*

Morbus ſiccior variis dignoſcitur modis, quum vniuerſalem communemque rationē habeat eandem. Peripneumonia quidem & pleuritis, atq; omnino qui tum pulmonem

nem tum aſperã arteriã infeſtãt morbi, cum nihil ab affe-ctis expuitur partibus. Iocinoris verò, vel meſaræi, vel vẽtris, vel ieiuni, vel inteſtinorum, vel lienis, vbi aluus prorſus cohibita ſit, aut ad neceſſitatẽ excernat tum ſicca tum aridiora, & in ſeſe conuoluta ſpiraſque referentia excrementa. Morbi ſicci tum arteriarum tum venarum dignoſcuntur linguæ ſiccitate, & ea quæ totum corpus occupat ſqualiditate. Phlegmonę pari modo fiunt ſiccæ in his quæ tum foris tum cõſpicuè apparent vlceribus, vbi ſcilicet nulla ex ipſis ſanies effluat. Sæpius & in oculis phlegmonæ etiam ſiccæ oriuntur nihil excernentes. Cerebri præterea ægritudines quæ neque per nares neque per palatum expurgantur, iure optimo ſiccæ dicuntur. & ſanè nihil ſuperfluitatum excernere, ſiccorum morborum omnium notam eſſe non ignoras. non immeritò igitur Hippocrates humectantiũ aliquid ante ptiſanam in ipſis adſumi iubet: vt vel aquam mulſam, vel vinum: tanquam hęc quàm aqua magis humectent. ſed quoniam vires ipſorum ſeſe enarraturum pollicetur, ob id & nos eorum quæ ad aquam eſt comparationem in eam differemus libri partẽ, in qua horum vires edocet Hippocrates.

Ἢν δ' ὑγραίνηται τὸ στόμα, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος εἴη ὁκοῖα δεῖ, ἐπιδιδόναι ἐς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι. τὰ μὲν γὰρ θᾶσσον καὶ μᾶλλον πλαδῶντα, ταχυτῆτα σημαίνει κρίσεως· τὰ δὲ βραδύτερον καὶ ἧττον, βραδυτέρην σημαίνει τὴν κρίσιν.

*At ſi os madeſcat, & quæ à pulmone expuuntur talia ſint qualia eſſe oportet, ſorbitionis quãtitatem, ut ſummatim dicam, augere conuenit.* Nempe *quæ citius magiſque madeſcunt, iudicationis denunciant celeritatem: quæ uerò tardius minúſque, tardiorem ſignificant iudicationem.*

A morborum ſiccorum genere ad eos qui cõtrario pugnant modo conuerſus, deinde memorato citra omnium adiectio-

adiectionem vno, narrationem ſuam commune omnium eiuſdem generis exemplum ratus, non abſque cauſa obſcuritatem fecit. Nempe os madeſcere & talia à pulmone expui qualia oportet, morbi non ſimpliciter ſunt humidi notæ, qui omnino in omni ſit corporis parte: ſed cùm cuiuſpiam eorum quæ reſpirationi ſubſeruiunt inſtrumentorum adfectione. Ob eam rem dictio Hippocratis obſcurior eſt reddita. Sed quod ab ipſo dicitur, omnino verum eſt: quòd ſcilicet quæ per ſputa veluti oportet excreta expurgantur, celeriter iudicantur. contraria verò duorum alterum ſubeunt: nempe aut in pernitiem, aut in longum finiuntur tempus. Qui ergo probè expurgantur, his ptiſanam dare oportet: vt virtus roboretur, & ſufficiat his quę per tuſſes ex pulmone fiunt humidorũ ſcreatibus. Nempe verba hæc: qualia eſſe oportet, coctionis habēt notas: de quibus abſolutè diximus tum in his quos de criſibus, tum in illis quos de temporibus morborum fecimus commentariis. prætereà & in expoſitione aphoriſmi illius, vbi Hippocrates quónam oporteat modo ex apparentibus prænotiones facere oſtendens, ſermonis exemplum Pleuritidem ſcripſit, hoc pacto: veluti in pleuriticis ſi ſputum inter initia protinus appareat, morbum breuiat: ſi verò poſteà appareat, producit.

Καὶ ταῦτα μὲν καθ᾽ ἑαυτὰ τοιάδε τὸ ἐπίπαμ ἐςί. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα παρεῖται, ὅισι προσημαίνεσθαι δεῖ, ἃ ἐιρήσεται ὕςερομ.

*Et hæc quidem per ſe talia prorſus exiſtunt. ſed multa quoq; & alia peropportuna quibus portēdi aliquid licet, prætermittuntur, quæ poſteà dicentur.*

Dixi & ego ſermoni huic deeſſe non pauca, quæ ad diſtinctè definitéque loquendum commoda exiſtunt: de quibus & ipſe agere pollicetur. Sed in præſentia de his ſolum vult intelligere, quæ dicta ſunt. Ea ſiquidem per ſe talia ſunt, qualia ipſe percurrit.

Καὶ ὁκόσῳ ἂμ πλείωμ ἡ κάθαρσις γίγνηται,

ται, τοσῷδε χρὴ πλεῖον διδόναι μέχρι κρίσεως. μάλιστα δὲ κρίσιος ὑπερβολῆς δύο ἡμερέων, οἷσι γε ἢ πεμπταίοισιν, ἢ ἑβδομαίοισιν, ἢ ἐνναταίοισι δοκέει κρινέειν, ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περιττὸν προμηθὲς ᾖ. μετὰ δὲ τοῦτο τῷ μὲν ῥοφήματι τῷ ἐς πρωῒ χρηστέον, ἐς ὀψὲ δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν.

*Et quantò maior fuerit purgatio, tantò plus ad iudicationem uſque dare oportet. ſed maximè duos ab iudicatione dies, quibus utique uel quinto uel ſeptimo uel nono fieri debeat morbi iudicatio, tanquam dierum tum paritas tum imparitas prouidentiam habuerint. Poſt hoc autem mane ſorbitionem dabis, ſerò autem ad cibaria tete conferes.*

κρίσιν, id eſt iudicationē nunc dixit vel perfectam morbi ſolutionem, vel permutationem eam quæ vſque adeò inſignis ſit, vt æger periculum omne euaſerit. Duos autē ab iudicatione dies adnotari iubet, vt & eos qui diebus tum paribus tum imparibus fiant acceſſionem circuitus obſeruaremus. Nempe contingit interdum vt tanquā ſoluto exactè morbo ægri confidant, cibentur deinde negligentius, & eius quæ per circuitum repetat acceſſionis occaſionem præbeant. Tutum igitur eſt, etiam ſi morbus iudicatus fuerit, ad duos vſque dies diligentem victus rationem, qua æger vſus fuit, ſeruare. Præteritis autem ab iudicatione diebus duobus iam ſecurum eſt plenius cibare: ſic vt neque tunc mutationem eam quæ vniuerſim & ſubitò ſit efficiamus, ſed mane quidem ſorbitionem demus, poſteà verò procedente die iam & frumentacea exhibeamus alimenta. Conſtat igitur Hippocratem languētibus ipſis neque aliud quippiam ante præfinitum tempus nuper dictum, dare, neque panem, ſed ptiſana omnino contentum: quod ægrum ſatiantis replentiſq; non eſt, ſed potius, ſi quis vitio vertere voluerit, tenuius quàm oportet

 cibantis.

cibantis. Verùm ita cibare, neque tenuius iuſto eſt, neque plenius quàm oportet: ſed exuperãtiarum eſt exactè medium, & maximè laudabile. Quòd autem ita cibare ſit medium, argumento eſt eorum, qui contraria vitio vertunt, contentio. Quo è numero Theſſalus eiusque ſequaces, tanquam ægros replentem accuſant Hippocratem. Eraſiſtratus verò & qui ipſum ſequuti ſunt, tanquã fame necantem, nempe quæ ab Eraſiſtrato in primo de febribus aduerſus Apollonium Dexippúmq; Hippocratis diſcipulos dicuntur, calumniam habent eius qui per famem fit cruciatus, qui ad Hippocratem magiſtrũ refertur. Sed Eraſiſtrato ignoſcendum magis, vtpote qui ſimilia dicat. Cæteros verò qui Hippocratem replere ægros aiunt, viros Theſſalo dignos eſſe exiſtimandum, qui neque aliud quippiam ſcriptorum Hippocratis, neque quæ de victus ratione proferuntur, nouerunt.

Ξυμφέρει δὲ τοιάδε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τοῖσιν ὅλῃσι πτισάνῃσιν αὐτίκα χρεομένοισιν.

*Talia autem parte plurima proſunt his qui protinus tota utuntur ptiſana.*

Siue totam, ſiue hordeaceam, ſiue ptiſanam ſimpliciter dixerit, vnum & idem ex tribus his ſignificatur vocabulis, ptiſanam vno quoque non colatam ſignificante. Nam ſi à decoctione quis ipſam colauerit, deinde cremorem ſeparauerit, illumque dederit, is neque tota neque hordeacea, neque ſimpliciter dicta vti ptiſana dicetur, ſed ſolo ptiſanæ cremore. Rurſus autem in præſentia memorabo quinam ſint qui ptiſana tota ab initio vti debeant. breuiſq; erit memoratio, niſi ſegniter quæ prædicta ſunt, audieris. Nempe ſi quæ expuuntur vtilia fuerint, ægérque neque pharmacia neque clyſmate egere videatur, ptiſana hunc cibari iubet: rationem autem admonitionis adiecit, inquiens:

Αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσιν αὐτίκα παύονται αὐτόματοι, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. αἵ τε γὰρ καθάρ-

σιες

σιες πολλῶν τελεώτεραι εἰσὶν, καὶ ἔμπυοι ἧσσον γίνονται, ἢ εἰ ἀλλοίως τις διαιτῷν, καὶ αἱ κρίσιες ἁπλούστεραι καὶ εὐεκκριτώτεραι, καὶ ἧσσον ὑποστροφώδεες.

*Dolores ſiquidem pleuriticorum confeſtim ſponte deſinunt; ubi aliquid effatu dignũ tum expui tum expurgari cœperit. Nempe purgationes multorum perfectiores ſunt; minúsque purulenti ita fiunt, quàm ſi quis aliter cibaret, prætereà iudicationes ſimpliciores, & facilioris excretionis, & minus reuerſiuæ.*

Probè autem hæc omnia à ptiſana fiunt, tum quòd humectet, mediocriterque incidat quæ expui debent humida; tum demum quòd virtutem roboret. concurrentibus ſiquidem vtriſque, ocyus expurgantur qui reſpirationis inſtrumenta infeſtant humores, quos quidem & humectare, & ſecare poteſt ptiſanæ modò aqua mulſa: ſed virtuti robur non addit. Contraria autem pollent facultate panis & chondrus: nam virtutem quidem roborant, ſed neque humectant neque ſecant, quod neque alteri cuipiam ineſt eorum quæ medici huius temporis ægris dare conſueuerunt, verbi gratia ouis, gallorum teſticulis, alis, piſcibus, iuuenibus columbis, & quæcunque id genus ſunt. Quare qui lenticulam ex aceto confectam pleuritico in ea morbi declinatione quæ nihil aliud quàm coctorum excreationem deſideraret, exhibuit, is non immeritò ægro ipſi qui ſequente nocte ſuffocatus eſt, mortis occaſioné dediſſe eſt viſus. Imò lenticulam nemo, qui mentis compos fuerit, dederit. Quòd ſi æger aquam mulſam ptiſanamque faſtidierit, piſces ſaxatiles ſunt maximè idonei, ex aqua ſcilicet & marrubio, & anetho & ſale & modico oleo parati, atque ex nõ ſaxatilibus aſelli. Sed anteà oxymeli propinare oportet: neque enim id ſtomacho aduerſatur niſi adfectis in ægro neruis, & muliere vtero. Quòd ſi oxymelitis loco medicamentum aliud dare volueris, dabis eam quę ex

marrubio & iride fit confectioné. Nempe hæc ſi per ſe cũ mulſa bibatur, maturat probè quæ tum in thorace tum in pulmone ſunt ſuperflua, atque ad ſcreatus præparat.

Τὰς δὲ πτισάνας χρὴ ἐκ βελτίστων τέως κριθέων εἶναι, καὶ ὡς βέλτιστα ἡψῆσθαι, καὶ ἄλλως, ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρέεσθαι.

*Ptiſanam autem ex optimo confectam eſſe hordeo oportet, atq; quàm probiſsimè coctam, & maximè ſi non ſolo uti debeas cremore.*

Probatiſſimũ hordeum prius quidẽ quàm experiaris, ex eo ſolùm quòd & plenum ſit, & nihil rugoſum in ſe habeat iudicabitur: ſed per experientiam iudicatur per decoctionem, cùm plurimum intumerit, & ſuccum plurimũ fecerit, quod & ſtabile ratúmq; facultatis ipſius eſt argumentũ. Nempe quod ab alendi bonitate ſumitur, id ſcientificum nõ eſt, neque perpetuò verum, quanquam vt plurimum inſigne egregiúmque. Ptiſanam autem perpetuò optimã eſſe iubet: ſed maximè ſi non ſolo vti cremore volumus: verùm & ipſa tota. quare autem id præcipiat, manifeſtè declarauit cum inquit:

Μετὰ γὰρ τῆς ἄλλης ἀρετῆς τῆς πτισάνης, τὸ ὀλισθηρὸν τὴν κριθὴν καταπινομένην ποιέει μὴ βλάπτειν. οὐδαμῆ γὰρ προσίσχεται, οὐδὲ μένει κατὰ τὴν τοῦ θώρηκος ἴξιν.

*Nam præter reliquas ptiſanæ facultates, lubricitas eius ne hordeũ cũ deuoratur noxã inferat facit. Neq; enim adhæret, neq; in recto thoracis manet tramite.*

Hippocratem ἴξιν vt plurimum quidem ἰθυωρίαν, id eſt rectum tramitem, interdum autẽ & φορὰν, id eſt delationem dicere non ignoramus. Quòd autem ptiſanæ hauſtæ per thoracem tum via recta tum delatio ad ventrem vſque per ſtomachum fiat, liquidò cõſtat omnibus, vultque Hippocrates in ea re nihil ipſi inhærere. Nempe cùm multa in thoracis pulmoniſq; adfectionibus exiſtat cali-

ſtat cali-

ſtat caliditas, quod adhæret areſcítque, atque adeò pertinaciter obſtruit vt vix abſolui poſſit, id nauſeam quandam & ſitim infert.

ὀλισθηροτάτη τε καὶ ἀδιψοτάτη δὲ καὶ εὐπεπτοτάτη καὶ ἀσθενεστάτη ἐστὶν ἡ κάλλιστα ἑφθῆ, ὧν πάντων δεῖ.

*Lubriciſſima autem eſt, ſitim maximè arcet, facillimè concoquitur, & infirmißima eſt ſi optimè cocta fuerit, quibus omnibus eſt opus.*

Ptiſanam probè coctam non ſolùm lubriciſſimã & ab inferẽda ſiti alieniſſimam & facillimæ domituræ eſſe adſtruxit, ſed tandem ad finem, infirmiſſimam eſſe adiecit. ꝙ itaque maximè lubrica ſit, ſi probè cocta fuerit, iam anteà eſt enunciatum: ſed quòd ab inferenda ſiti maximè aliena ſit, hîc propter hordei naturã cõtinuò adiicitur. eſt autem hordeum temperamento frigidum. quónam verò pacto ſubſtantiam ipſam tum frigidam tum calidam iudicare oporteat, inter animantia quidem in libris de temperamentis diximus: inter ea verò quæ anima carent, in his quos de ſimpliciũ medicamẽtorũ viribus fecimus cómẽtariis. Imò & facillimę ait eſſe cõcoctionis ptiſanã huiuſmodi, vtpote quæ diſſoluta ſit, nihilq; amplius habeat quod durũ & confectu difficile ſit, & flatu prorſus propter longam coctură priuata ſit. quod autem in calce dictionis dixit, ptiſanã ita coctam infirmiſſimã nominans, ſi nihil de facillima ipſius cõcoctione prædixiſſet, promptũ erat dicere ad eam quæ in ventre fit domiturã, ſermonẽ referendum eſſe: dictam inquam infirmiſſimã, quaſi dixiſſet, quæ à ventre facilè vincitur, conficitúrque, & permutatur: ſed quoniam id prædixit, infirmitatẽ ipſius intelligere oportet, vel ꝙ modicum præſtet corpori alimentum, vel quòd nullam habeat vehemẽtem qualitatem, vt vel neruos vel mentem ferire poſſit, veluti tum acetum tum vinum.

Ἢν μὲν οὖν μὴ προσιμωρήσῃ τις ὁκόσον δέεται, αὐτάρκης εἶναι ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης πτισα-

νοῤῥοφίης, τῇ πλαχῇ βεβλάψεται.

*Niſi itaq; quis quantum deeſt contulerit, ut ptiſanæ ſorbendæ modus ſufficiens ſit, ſæpius nocebit.*

Docere itaque incipit quæ pauloantè ſe dictùrum promiſit cùm dixit: multa quoque alia peropportuna quibus ſignificari aliquid oportet, prætermittuntur, quæ poſteà dicentur. quòd autem verbum τιμωρῆσαι, id eſt conferre, tum apud antiquos alios, tum apud Hippocratem ipſum ſæpius pro βοηθῆσαι, id eſt auxilari dictum ſit, demonſtratum & in aliis libris per eas quas in ipſos confecimus enarrationes,

ὁκόσοισι τε γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται, εἰ μή τις ὑποκενώσας τὸ ῥόφημα δοίη, τὴν ὀδύνην ἐνεοῦσαν πλείω παροξύνειεν ἄν· καὶ μὴ ἐνεοῦσαν, δ' εὐθὺς ἐμποιήσειεν, καὶ πνεῦμα πυκνότερον γένοιτ' ἄν· κακὸν δὲ τοῦτο, ξηραντικόν τε γὰρ πνεύμονος καὶ κοπῶδες ὑποχονδρίου, καὶ ἤτρου, καὶ φρενῶν.

*Quibus enim cibus ſtatim incluſus, ſi quis non uacuato eo ſorbitionem dederit, dolorem ſi adeſt adaugebit: ſi non adeſt, protinus inducet, frequentiórque reddetur ſpiritus: quod malum eſt, nempe pulmonem exiccat, fatigátque tum hypochondrium, tum uentrē imum, tum ſeptum tranſuerſum.*

σῖτον, id eſt cibum hîc dixit quod ab eduliis in inteſtinis ipſis continetur excrementū, quod Græci & σκύβαλον & κόπρον appellant. ſi itaque hoc incluſo, id eſt ex multo tēpore haudquaquam eiecto, ptiſanā quis ingeſſerit, lateri offenſam fieri eſt neceſſe, propter inteſtinorum oppilationē, quam ex collecto in ipſis ſtercore, flatúque propter oblatam ptiſanam haudquaquá pertranſeunte, & demum ob prauam quæ ad partē adfectam fit diſtributionē nacta ſunt. Vt neceſſe ſit dolorem ſi adfuerit adaugeri, & ſi cōquicue-

quieuerit reuocari. Nempe vapores flatuoſique ſpiritus, & ſcybalorum exhalationes cùm ad latus perueniunt, dolorem ipſi parient & adaugebunt: ob hæc autem & reſpiratio frequentior reddetur. Vocauit autẽ totã reſpirationem πνεῦμα, id eſt ſpiritum & in prognoſtico opere, & in libris epidemiorum: frequentior autẽ reddita reſpiratio, caliditatẽ in reſpiratoriis organis maiorẽ facit aſſiduum ob motũ, quam ob caliditatẽ deſiccãtur quidem tum pulmo, tum ſeptum tranſuerſum. Vnáq; deſiccantur & concalfiunt animalis partes tum hypochondrij tũ peritonæi. Omnes ſiquidem in reſpirationibus vnà cum thorace mouentur. Quod autẽ principio dictionis dicitur: quibus enim cibus ſtatim incluſus: vocem hanc, ſtatim, ordine habet commutato. quæ ſi ſuam habuerit compoſitionem, ſermo talis erit: niſi præfato ptiſanæ ſorbendæ modo ſuppetias tulerimus, frequentius orietur læſio. ſtatim ſiquidem quibus cibus incluſus eſt, ſi quis nõ prius vacuato eo ſorbitionem dederit, maximam adferet læſionem.

Τοῦτο δὲ, ἢν ἔτι περὶ ὀδύνης τοῦ πλευροῦ συνεχέος ἐούσης, καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσης, καὶ τοῦ πτυέλου μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλισχραινομένου ἀσαπέως, ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην ἢ κοιλίην μαλθάξας, ἢ φλέβα τεμὼν, ἢ ὁκότερον ἂν τουτέων συμφέρει· τὰς δὲ πτισάνας ἢν οὕτως ἔχωσι, δίδως, ταχέες οἱ θάνατοι τῶν τοιουτέων γίγνονται.

*Præterea ſi lateris dolor aßiduus eſt, & ad calida fomenta non remittitur, ſputúmque non procedit, ſed extremè citra coctibilitatem uiſcidum ſit, niſi quis dolorem uel ſecta uena, uel alui ſubductione, pro utriuſuis exigentia ſoluerit: ptiſanã autem ita adfectis dederit, præcipitem aget in mortem.*

Quòd de pleuritide tanquam exemplo agat Hippocrates, memoria non excidat. Fieri autem pleuritidem

ipſam propter inflammationem eius, quæ coſtas ſuccingit, membranæ oſtendimus. Si igitur cùm in vigore fuerit inflammatio ptiſanã quis dederit, ægrum grauiter offendet. vigentis autem inflammationis notę ſunt: dolor aſſiduus, & quòd nullo pacto à fomentis calidis remittatur. Continuò autem adiicitur & alia pleuritidis non magnæ modò, verùm & malignæ nota: quòd ſcilicet ſputũ abũdè glutinoſum ab euacuatione arceatur, infarctũq; adfectis partibus ſit & detentũ. Nempe hoc verbũ καταγλισχραίνεσθαι plus aliquid indicat, dictione maximã ſignificante glutinoſitatẽ facta prępoſitionis huius, κατὰ, adiectione. 49
Sat igitur fuerit ex ipſius additamento, quod ita glutinoſum ſit, ab eo quod cõcoquitur diſtinxiſſe. Nempe quod concoquitur mediocriter glutinoſum exiſtit, non tamen καταγλισχραίνεται, id eſt neque extremè neque ſummè id habet. Et ne quis falleretur, continuò in eius rei gratiã Hippocrates verbo huic, καταγλισχραινόμενον, aduerbiũ hoc ἀνάπεπτως adſcripſit. quod idẽ cum, ἀπέπτως, id eſt incoctibiliter ſignificat. Nempe καταγλισχραινόμενον ἀπέπτως, id eſt citra coctibilitatem glutinoſum malum eſt. Aegro autem ita adfecto ſi quis ptiſanam dederit, priuſquã dolorẽ vel ſecta vena, vel ventris euacuatione ſoluerit, hominem perimet. Nempe in propoſita per hunc ſermonem pleuritide, poſteaquam à calidis fomentis nõ remiſſum eſſe dolorẽ dixit, ſtatim duo alia habet aduerſus dolorem remedia: ſanguinis miſſionem ſcilicet, & purgationem. Nempe eorum quę ex opio, hyoſcyamo, & mandragora cõficiuntur medicamentorũ vſus, pleuritidis dolorem non ſanat, ſed ſenſum enecat. Nunc itaq; ſimpliciter meminit & ſectionis venæ, & purgationis ventris: ſed deinceps ſuper vtriuſq; vſu diſtinguetur. 60

Διὰ ταύτας δὴ τὰς προφάσιας καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἔτι μᾶλλον, οἱ ὅλῃσι χρώμενοι πτισάνῃσιν, ἑβδομαῖοι καὶ ὀλιγημερώτεροι θνήσκουσιν. οἱ μέντοι καὶ τὴν γνώμην βλαβέντες, οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ὀρθοπνοίης, καὶ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγέντες.

Ob has

*Ob has igitur cauſas, atque ob alias ſimiles adhuc magis, qui tota utuntur ptiſana, ſeptimo die uel celerius moriuntur: alij quidem deliri, alii ob difficultatẽ ſpirandi quæ recta ceruice fit, & ſtertorẽ præfocati.*

Quòd ſæpius appellet cauſas προφάσεις, demonſtratũ quidẽ & in his, quas in alios libros parauimus, expoſitionibus. ſed quáſnã alias prẹter dictas vna celeriorẽ inferre mortem dicat, adiicere ſermoni oportet. Nunc ſiquidẽ dixit ptiſanæ ingeſtionẽ priuſquam dolor ſoluatur, & ſputi ob frequentẽ ſpiritum glutinoſitatẽ, ob quam & ſuffocantur, lædi quoq; aſſerit ſi prius vt admonuit quàm vacuati ſunt vinũ ſumpſerint, aquã itẽ mulſam & oxymeli. Nẽpe de aliis omnibus neq; idiotis ipſis nõ conſtat. Non abs re igitur ait alios mente læſos mori. Id enim cõtingere natũ eſt, ſi vinum vinoſáque intempeſtiuè ſumpſerint.

Μάλα δὲ τοὺς τοιουτέους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τόδε μάλιστα, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὅτι ἀποθανόντων αὐτέων ἡ πλευρὴ πελιὴ εὑρίσκεται, ἴκελόν τι πληγῇ.

*Non perperã autẽ hos antiqui ſideratos eſſe exiſtimauerũt, tũ maximè ob id, tum nõ minimè q̃ mortuis ipſis latus liuidũ plagæ aliquatenus ſimile uideretur.*

Veteres talis præhendit opinio tũ propter necis celeritatẽ, tum quòd nonnullorũ latus adfectum liuore videretur, vbi ſcilicet inflãmationis erat radix. ſanguine etenim in latus ob dolorẽ perueniente, quicquid in cute diuiſum ſolutúmq; eſt, id in morte refrigeratum nigrorem cõtraxit. ſimiliter illis qui ita ex plaga adfecti ſunt.

Αἴτιον δὲ τούτου ἐστὶν, ὅτι πρὶν λυθῆναι τὴν ὀδύνην θνήσκουσι· ταχέως γὰρ πνευματίαι γίνονται.

*Rei huius cauſa eſt, quoniã prius q̃ dolor ſoluatur, pereunt. celeriter ſiquidẽ pneumatiæ. i. ſpirituoſi fiũt.*

Quòd autem hoc reſpirant pacto deinceps ipſe oſtendit inquiens.

ἐπὴν

Ὑπὸ δὲ τοῦ πολλοῦ καὶ πυκνοῦ πνεύματος ὡς ἤδη εἴρηται καταγλισχραινόμενον τὸ πτύελον ἀπέπτως, κωλύει τὴν ἐπάνοδον γίγνεσθαι.

*A multo autem & frequenti ſpiritu, ut iam dictũ eſt, ſummè tum uiſcoſum tum incoctum effectum ſputum fieri egreſſum prohibet.*

Quod prius ἀσαπὲς dixit, nunc ἄπεπτον, id eſt incoctum dicit, fidémq; facit quòd & probè tunc vocis tranſſumptionem fecimus.

Καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πτύελον ἐνισχόμενον κωλύει μὲν τὸ πνεῦμα εἴσω φέρεσθαι, ἀναγκάζει δὲ ταχέως ἔξω φέρεσθαι.

*Nempe & ſputum quod intus retinetur, prohibet aeris ad interna delationem, cogitque ipſum celeriter egredi.*

Non omnis aër in huiuſmodi adfectionibus ad interna ferri prohibetur. Nempe ſi id fieret, hominẽ protinus mori eſſet neceſſe, nõ ſecus quàm his accidit qui ſtrangulantur. verùm quòd vſui reſpirationis conferat, introferri prohibetur: quapropter ad dies aliquot ſufficiũt, ſed tractu temporis aucta hac indigentia moriuntur.

Καὶ οὕτως ἐς τὸ κακὸν ἀλλήλοισι συντιμωρέουσι. τό, τε γὰρ πτύελον ἐνεχόμενον, πυκνὸν τὸ πνεῦμα ποιέει, τό τε πυκνὸν ἐὸν, ἐπιγλισχραίνει τὸ πτύελον, καὶ κωλύει ἀπολισθαίνειν.

*Et ita ad malum ſibi inuicem opitulantur: nempe retentum ſputum frequentem ſpiritum reddit, qui frequens affectus ſputũ adglutinat atq; expui prohibet.*

Quòd verbo hoc τιμωρεῖν, pro opitulari tum antiqui alij, tum Hippocrates vſi ſint, ſæpius antè dictum eſt, & nunc ſanè συντιμωρεῖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακὸν dixit pro συμπράττειν καὶ λυσιτελεῖν, id eſt opitulari & conferre. atque

quónam

quónam modo ſibi inuicem opitulétur auxilientúrque, perſpicuè quidē ipſe oſtendit: ſed & à nobis dicetur. Sputum in bronchiis pulmonis tenaciter adhęrens, pulmonis canali anguſtiam parit, atq; ob eam anguſtiā minus ægri inſpirant. quò autem minus inſpirāt, eò magis inſatiatam reddunt reſpirationis neceſſitatem, atque ob id citius à priore inſpiratione ad ſecundam properant: quod denſum frequentemq́ue ſpiritum vocant.

Καταλαμβάνει δὲ ταῦτα, οὐ μόνον ἢν πτισάνῃσιν ἀκαίρως χρῶνται, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, ἤν τι ἄλλο φάγωσιν, ἢ πίωσιν, πτισάνης ἀνεπιτηδειότερον.

*Præhendunt autē hæc non ſolum ſi ptiſana intēpeſtiuè utantur: uerùm & multò magis ſi quippiā aliud quod ptiſana deterius ſit, uel ederint uel biberint.*

Iam rei huius pauloantè meminit cùm dixit: Ob has igitur cauſas atque ob alias ſimiles magis, imò eo in loco de vino, aqua mulſa, & oxymelite mētionem fecimus: hîc autem & alia intelligere eſt opus, quæ ita adfectis nō aliter plerique medici exhibent: quę etiam quàm aqua mulſa, vinum, & oxymeli, nocent magis.

Μάλα μὲν οὖν τὰ πλεῖστα παραπλήσιοι εἰσὶν αἱ τιμωρίαι, τοῖσί τε ὅλῃσι πτισάνῃσι χρεομένοισι, τοῖσί τε χυλῷ αὐτέων· τοῖσι δὲ μηδετέρῳ τουτέων, ἀλλὰ ποτῷ μούνῳ, ἔστιν ὅπῃ καὶ διαφερόντως τιμωρητέον.

*Benè itaque plurimum ſimilia ſunt auxilia tum his qui tota utuntur ptiſana, tum his qui cremore ipſius: uerùm qui neutro horū ſed potione ſola utuntur, his interdum non uno eſt auxiliandum modo.*

Auxilia (inquit) ſimilia ſunt & his qui ptiſana, & his qui cremore ipſius vtūtur. Sed qui potione dūtaxat vtuntur, his interdū differenter opitulari oportet. ſed qualíſnā ſit huiuſmodi differentia, in ſequentibus perdocet.

χρὴ δὲ τό γε πάμπαν οὕτως ποιέειν· ἢν μὲν νεοβρώτῳ αὐτέῳ ἐόντι, καὶ κοιλίης μήπω ὑποκεχωρηκυίης, ἤρξατο ὁ πυρετός· ἤν τε ξὺν ὀδύνῃ, ἤν τε ἄνευ ὀδύνης, ἐπισχεῖν τὴν δόσιν τοῦ ῥοφήματος, ἔστ' ἂν οἴηται ὑποκεχωρηκέναι εἰς τὸ κάτω μέρος τοῦ ἐντέρου τὸ σιτίον·

*Omnia uerò hæc in hunc modũ facere oportet: Si nuper paſto cuipiã, & alui oneribus haudquaquã purgato, febris uel cum dolore uel ſine dolore inceperit, à ſorbitione tantiſper eſt temperandum, donec cibum ad infernam inteſtini partem deſcendiſſe coniectum fuerit.*

Sermonem lacerum fruſtatímque ſectum neque continenter & conuenienti digeſtum ordine feciſſe ſeſe depræhendit Hippocrates: quapropter reſumens ipſum, ad commodum perducit principium. Hoc autem ideò ipſi accidit, quòd quæſtionem ſuper medicorum cõtrouerſia ſoluere conatus, in ea ſolutione de rationibus curatoriis mẽtionem fecit. qui ſanè re quæ ſibi accidiſſet intellecta, atque his quidem permutatis ſermonẽ ab initio aliter percurrere debuit. Nempe & ita mihi aliquando felicius cõtingere eſt viſum, vtpote qui his quæ antè ſcripta fuerant permutatis, alio de ipſis ſcripſerim modo. Sed quonã pacto & quæſtionem ab ipſo propoſitam ſoluere, & ſermoni ordinem dare debuit, his exponam ego qui talia interpretari deſiderant, viamq; dilucidabo. Iam ergo animum aduerte ſermonem ab initio auditurus. Quare contingit vt interdum præſtantes medici de curatione diſſideant? quòd ſcilicet in nonnullis expertum conuenire omnibus putauerunt. Sic ſanè & in victus ratione in morbis acutis fuerunt controuerſi. alij quidem ægros ad iudicationem vſque ptiſanæ cremore ſeruantes, alij ptiſanam ipſam exhibentes, alij autem neutrum horum adminiſtrantes. ex parte quidem verum dicentes omnes, & ex parte falſi circumuentíque. Nempe quidam ex acutis morbis ptiſana indigent,

indigent, alij cremore, alij horum neutro ad iudicationem vſque. Verùm lucis gratia de acuto morbo vno tanquam exemplo ſermonem faciam. Et demum pleuritidis ſuper curatione agere proponatur. Si ægro nõ multo ante tempore cibato, neque ventris oneribus expurgato febris inceperit, ſorbitionem huic non dabis donec quę administrata eſt alimonia penetratis plurimis inteſtinis ad vltima vſque perueniſſe videbitur. Principium huiuſmodi vbi quiſpiam ſermoni fecerit, atque deinceps omnia proprio dotauerit ordine, doctrinam in his haudquaquã obſcuram pariet.

χρέεσθαι δὲ ποτῷ, ἢν ἄλγημά τι ἔχῃ, ὀξυμέλιτι, χειμῶνος μὲν θερμῷ, θέρεος δὲ ψυχρῷ· ἐὰν δὲ πολλὴ δίψα ᾖ, καὶ μελικρήτῳ καὶ ὕδατι.

*Vbi autem dolor aliquis uexauerit, oxymeli bibendum dabis hyeme calidum, æſtate frigidum: q̃ ſi multa ſitis fuerit, melicrato utendum & aqua.*

Siticuloſo exiſtẽte ęgro, ab oxymelite valde multo maximè temperat. quapropter continuata ſerie tum melicrati, tum aquæ mentionẽ fecit. Nempe quantũ ad morbum ſpectat, oxymelite magis eſt vtendum. verùm ſi æger accepto multo oxymelite adhuc ſitiuerit, melicratũ dare oportet. Quòd ſi & ab ea re ſitiuerit, aquã offerendam putato. Nempe aqua per ſe pota, culpa non caret. Cauſas verò ob quas aqua pota culpetur, in ſequentibus, atque in ea libri parte quę de virtutibus ipſius agit perdiſces. Nunc autem quod præſenti adpoſuit orationi conſiderabimus, qua ſcilicet præcepit oxymelite vtẽdum hyeme quidem calido, æſtate verò frigido. Nempe id ad eam quæ in acutis morbis magno eſt adiumento, nos hortatur gelidæ aquæ potionẽ, quam omnino prætermiſiſſe videtur Hippocrates. atque ob id à quibuſdã eſt culpatus. Sermo etenim doceri nõ negligenter incurioſeque narrari debuit. Quam verò mentẽ de aquæ frigidæ potione habuerit, præſenti ex ſermone intelligi poteſt. Nempe ſi Hippocrates ſitientibus oxymeli frigidum aliquando exhibeat, quòd & aquã daturus ſit, eſt manifeſtum. Nempe quanquam non prorſus

de frigidæ

de frigidæ potione id præceperit, veruntamē præceptiones ipſius cōſequitur, qui ſcilicet febrem ex natiuo calore igneſcente fieri exiſtimet, atq; contraria contrariorū eſſe remedia. Cùm autē ignis tum calidus tum ſiccus ſit, atq; ob id etiā febris, ſanè aqua febris naturę aduerſiſſima eſt, corpus tū refrigerans tum humectās. & ſanè ab ea, ſi tēpeſtiuè detur, febres protinus extingui vidētur. Dictū itaq; abūdè in libris methodi medēdi: ſed & nunc rei ſumma dicetur. Cū ergo febris fuerit, cōſtante virtute, tūc nō ſolum nō lædes data frigida, verū & iuuabis abundè. Potio autē frigidæ huiuſmodi tāta ſit, quantū æger frigidæ aquæ inſpirationis tractu haurire poſſit. Oxymelitis verò exiguū datur, neq; ſingulis oblationibus plus dimidio. In hoc ergo exhibitionis ſcopus eſt diſſimilis. Nēpe ad febris extinctionē frigida affatim atq; ad laborantis vſq; ſatietatē bibitur. quæ enim ita bibitur aqua, ſanationis gratia bibitur. Oxymeli verò datur æſtate frigidū, ne ſitim ægro adaugeat, imò vt aduerſus etiā contrariū cōferre poſſit. Ob eas etiā cauſas frigidū oxymeli ante morbi coctionē dare iubet, quaſi frigidam aquam ad ſatietatē vſq; in eiuſmodi affectione dare æſtate haudquaquam debeamus. Dēſabit ſiquidem inflammationē ſi ex ea febrierint, crudóſq; refrigeratione reddet humores, vbi ex ipſis morbum contraxerint, ſed ab oxymelite reducuntur, quòd ſecādi vim habeat. Nam quod ſecat penetrátq;, denſanti cogentíque corpora contrarium exiſtit.

Ἔπειτα μέντοι ἢν μὲν ἄλγημά τι ἐνῇ, ἢ τῶν ἐπικινδύνων τι ἐμφαίνεται, διδόναι τὸ ῥόφημα μήτε πολὺ, μήτε παχύ· μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἢ ἐννάτην ἢν ἰσχύῃ.

*Poſteà ſi dolor quiſpiam fuerit, aut periculum aliquod adparuerit, ſorbitionem dare oportet neq; multam neque craſſam: ſed poſt ſeptimum uel nonum ſi ualidus æger fuerit.*

Qui Hippocratem ęgros ἐμπιπλᾶν, id eſt replere dixerunt, ita enim verbo ſunt vſi, dictionem hanc prætermit-

tere

tere mihi videntur: vt qui rurſus fame necare ipſum dicunt, ſolam hanc videntur legiſſe. quòd ſi vtriſque vtriq; mentem aduertiſſent, eorúmque quę ab ipſo probè dicta ſunt meminiſſent, quónam ſcilicet pacto naturæ inter ſe valde differant, forſan eos contraria Hippocrati imponere puduiſſet, & potiſſimum ſi reliqua animo volutaſſent quæ ipſe demonſtrauit, regiones inter ſe plurimum differre oſtendens, anni tempora, ætates, conſuetudines, & proprios peculiaréſque ægro vnicuique ante morbum victus. Si ergo in omnibus quæ dicta ſunt, contrario habentes modo inter ſe comparaueris, maximas in victus ratione comperies differentias: quas vbi è regione inter ſe ordinaueris, iam & hoc pacto multas conſiſtere in medio exactè videbis. Sed de huiuſmodi differentiis dictum quidem abſolutè in libris methodi medendi, dicetur quoque & nunc rei ſumma. Statue igitur quempiam naturâ ſiccũ quidem corporis habitu, ſed ſuperficie denſum, latis venis, virtute vitali valida, cibiſque non multis aſſuetum ægrotare hyeme admodum frigida, in loco tali, atque priuſquam ægrotaret otio deditum, atque inſatiabiliter cibis multi nutrimenti abuſum. Prætereà & os ventris validum ſit, quod & ſtomachum quidam appellant. ſit autem & alter contrario adfectus modo humidus quidem & mollis, & virtute vitali imbecilla, & qui plures cibos ingerere conſueuit, ægrotetque æſtatis tempore æſtuoſo, regione eiuſmodi: ſtatuamuſque hominem antequàm ægrotaret, tum curis tum aſſiduis neceſſitatibus fatigatum pauca præter conſuetudinem ediſſe, & oleracea, & quæ haudquaquam nutriunt. ventris item os non validum, ſed naturâ imbecillum habere. Atque his ita habentibus vterque eodem ſi volueris morbo infeſtetur, eâ ſcilicet quam Hippocrates veluti exemplo hoc in loco conſtituit pleuritide. An ne vna tibi victus ratio in vtroque definienda videtur? An poſterior à primo die alendus? prior verò potu ſolo ad ſeptimum vſque gubernandus, vbi morbum non longius protracturum ſeſe ſperaueris? Ego ſanè, qui longa experientia vtrunque probauerim, optimam ita fore victus formã aſſero. Nam ſi vice verſa feceris, priorẽ ſcilicet à principio nutrire aggreſſus,

poſteriorem verò ad ſeptimum vſque ſine cibo ſeruare volueris,trucidabis ſanè ante quartũ diẽ vtrunq;. nempe alterum citiſſimè præfocabis,alterius verò vires proſternes. Cæterùm adiice ſi velis ætatem vtrique contrariam, priorem quadragenarium conſtituens, poſteriorem puerum. Nam hoc pacto citius adhuc ad mortem vterque properabit. Sed ſanè omnia hæc quæ nunc dicta ſunt,ad vnum reducũtur ſcopum,qui vno verbo ab Hippocrate eſt declaratus. quid enim ait? ſorbitionem dare oportet poſt ſeptimum,ſi validus fuerit. verbum ſiquidem vnum eſt,ſed ex omnibus quæ nuper dicta ſunt,inuenitur. ſi enim validus ad ſeptimum vſque diem fuerit, oxymeli & melicratum & aquam dari ſatis erit, per quæ vt dixi omnia tum liberabitur tum ſanabitur. quemadmodum ſi ex ipſis alia quidem pręſto ſint,alia verò non:ſi horum vires viceuerſa comparaueris,quot diebus ſufficere ex tali victus ſpecie æger poſſit,depręhendes. Verùm hæc in noſtris tractationibus demonſtrata ſunt, quas ſi legiſti, in memoriam nunc reuoces oportet:ſi non legiſti, in eas te prius transfer, ſi ſententiæ Hippocratis veritatem cognoſcere volueris. Omnia ſiquidem in operibus omnibus dicta ſunt à nobis, qui veriſſima Hippocratis dogmata ſequimur. Sed cùm fieri non poſſit vt homo vnus conuenientem methodum & ſingularia quæ in ea ſunt omnia doceat,ideo neque ab Hippocrate ſingularia omnia audituꝝ te exiſtimaueris. At potius culpa eos, qui cũ ea quæ ab Hippocrate bene præcepta ſunt,elaborare & conficere deberent,laudis appetentia ducti ſectam aliam conſtituunt. Verùm nos qui veritatem honoramus, laudamus Hippocratem cùm in cæteris omnibus, tum quòd in vno quoque opere proprium ſcopum ita docuerit, vt huic attentus omnino quiſpiam definitam certamque inuentionis auxiliorum habeat viam. ſic ſanè & cibandi ſcopum vnum communem prorſus tum ſanis tum ægris eſſe demõſtrauimus. Is autem facultatis vitalis cuſtodia eſt,quã nunc manifeſtè explicuit cùm dixit:ſi validus fuerit. Ob eandem ſanè facultatem ſani edimus & bibimus, aliáque vitæ munia exequimur:propter hanc eandem & ægri ad cibos potuſque procedimus. Nempe morbus ſuæ affe-

ctionis

ctionis indicat auxilia, phlebotomiam videlicet, clyſma, cataplaſma, purgationem, oxymeli, aquam mulſam, atq; aliorum vnumquodque. virtutis verò cuſtodia ſolam indicat alimoniam. Si igitur morboſam affectionem nullo pacto offenderet alimonia, nos virtuti ſoli attẽdentes, ægros vt ſanos aleremus. Sed quoniam noxam vt ſæpius oſtendimus adfert, ob id morbi adfectionem non tanquã cibi indicatricem ſed tanquam prohibitricem contemplamur. vbi ergo non prohibuerit, facultáſque præceperit, tunc nutrimus. Nunquam enim cibus morbi adfectionem ſua ratione iuuat. Id ſanè dixi quoniam ſæpius materia vna vim tum cibi tum medicamenti obtinet: vt ptiſana. Nempe quòd virtutem roboret, id ea efficere tanquam alimentum nata eſt: quoniam verò & ſecat & humectat quæ expui oportet, ideò medicamenti obtinet rationem. Chondrus ergo pleuritico cibus tantum exiſtit, oxymeli verò medicamentum. ſed vtranque facultatem ptiſana obtinet, vſumque languentibus ipſis exhibet. Sed ingeritur virium quidem conſeruandarum gratia tanquã alimentum, vt verò ſoluatur morbus tanquam medicamẽtum. Cùm igitur virtus ad morbi vſque iudicationem ſine ptiſanæ ſorbitione ſuffecerit, oxymeli & aqua mulſa ſatis ſunt: oxymeli quidem vim medicamenti ſolam habens, aqua verò mulſa cibi pauci & imbecilli. At ſi iudicationem ſeptimo die citius futuram ſperaueris: vt verbi gratia vel quarto vel quinto, ægros ſanè multos ſufficere citra ptiſanæ ſorbitionem poſſe comperies. Quòd ſi ad ſeptimum vſque protrahatur, paucos omnino: vt quotquot virtutem habent valentem, corporiſque habitum tum durum tum ægrè tranſpirabilem, ſuccóſque vel craſſos vel viſcoſos, atque ſi ambiens aër calidus non fuerit. Nempe ſi nihil è noſtro efflueret corpore, alimento opus non eſſet: ſed quoniam effluit, huius proportione cibi etiam quantitatem definiemus. Quibus igitur per cuticulares meatus parum exhalat, fieri poteſt vt his ſummam conſulamus inediam; & magis vbi validam ab initio virtutem habuerint: quòd velociter laboret quę imbecilla (veluti ſenum) fuerit, & ſi corpus parum exhalauerit. quapropter & pauloantè quadragenarij me-

minimus, & non ſeptuagenarij.

Ἢν δὲ μὴ ὑπεληλύθῃ ὁ παλαιότερος σῖτος νεοβρώτῃ ἐόντι, ἢν μὲν ἰσχύῃ τε καὶ ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ, κωλῦσαι. ἢν δὲ ἀσθενέστερος ᾖ, βαλάνῳ προσχρήσασθαι, ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς.

*At ſi nuper cibato cibus prior non deſcenderit, uirtúſque ualida fuerit, & floruerit ætas, ſubluere oportet. ſi uerò uirtus imbecilla fuerit, glande eſt utendum, niſi aluus ſua ſponte probè deiecerit.*

Rurſus & hoc in loco remediorum indicationem ab affectu corporis accepit, ſimúlque virtutem conſiderauit, neque tanquam remediorum vſum aliquando indicantem, ſed tanquam contrario indicantem modo, interdum autem & prohibentem. Non enim quòd æger valida ſit virtute, ob id clyſmate eſt opus: ſed clyſmatis indicatio ex ventris deſumitur adfectu. ſi verò virtus valida fuerit, vacuationi nõ reclamat: quę ſi imbecilla eſt, vacuationem ipſam inhibet. Sed rurſus ad Hippocratis conſuetudinem aduerte animum, qui in talibus aliquando de ſola agit virtute, ſicut in antedicta videre eſt dictione: ſed interdum adiicit ætatem: præcipuus ſiquidem eſt virtutis ſcopus: ſed ad notitiam eius confert & ætatis cognitio, cito quidem in pueris laborante propter copiam effluuij virtute, in ætate verò florentibus abundè ſufficiente. Cæterum quomodo in pueris corporis ſubſtantia tum mollis tum humida per effluuium ſoluta exolutionis virium cauſa efficitur: ſic & in regionibus, & anni temporibus res habet: nempe horum caliditas velociter confeſtimque virtutem vacuationis quantitate ſoluit. iure igitur Hippocrates ex virtute interdum ſola diſtinctionum huiuſmodi doctrinam efficit: interdum & quippiam ex aliis adiicit, vnà cum ipſis & cætera commemorans.

Καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος τόνδε μάλιστα φυλάττεσθαι κατ᾽ ἀρχὰς, καὶ διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος

νοσήματος· ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, ἐπισχεῖν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι· ὅταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας, τότε διδόναι· καὶ νομίζειν μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι, οὐχ ἥκιστα δ' ἐν τῇσιν ὀξείῃσιν, μάλιστα δ' ἐν τῇσι μᾶλλον πυρετώδεσι καὶ ἐπικινδυνοτάτοισιν.

*Tempus autem dandæ ſorbitionis tum per initia, tum per omnem morbi decurſum, hoc maximè ſeruare oportet. Nam ſi pedes frigidi fuerint, non à ſorbitione modò, uerùm quoque & maximè à potu temperandum. At cùm caliditas ad pedes deſcenderit, tunc dare expedit. Sanè tēpus ualere admodum putandum cùm in morbis omnibus, tum præcipuè in acutis & potiſsimum quibus febris uehemētior ſuberit, periculúmque ſummum.*

Quemadmodum dixi vnum quidem eſſe alimoniæ ſcopum cuſtodiam virtutis, neceſſariò autē ſimul morbi affectionem contemplandam eſſe: ita cibi offerēdi tempus ex morbo nō prohibente inuenitur. Quantum ſiquidem ex primo virtutis ſcopo eſt, interdum & per acceſſionum initia alimoniæ exiſtit neceſſitas, ſicuti & in ſanis vbi primum in naturalibus euacuationibus ob educationis virium refocillatricis neceſſitatem propè laborat. Sed quoniam in acceſſionum tum principiis tum incrementis ingeſta alimonia lædere admodum nata ſit, ob id differimus ipſius exhibitionem, quanquam corpus ipſum iam indigere videatur. Quódnam igitur optimum languentibus ipſis dandæ alimoniæ tempus? Sanè cùm moderatiſſimè habuerint tum thorax tum venter: deterrimum verò, cùm ea deterrimè habuerint. Deterrimè autem habent in acceſſionum principiis, moderatiſsimè verò in declinationibus. Conſtat igitur optimum cibi

miniſtrandi tempus in ægrotátium declinationibus eſſe. Acceſſionis auté principium fit, calore omni toto ex corpore ad cor thoracémq; concurrente: incrementum, cùm paulatim ad extremas corporis partes ſeſe expandit: ſtatus, cùm ex æquo corpus totum occupat. Declinatio verò contrarium principio modum habet, perſpirante ſcilicet caliditate, atque medium corporis relinquente: quod vno oſtendit verbo, inquiens: cùm ad pedes calor deſcenderit. Neq; enim idem eſt calidos ex frigidis fieri pedes, & caliditatem in eos tranſire. Nam deſcendere, tranſmutationem caliditatis ex alia parte in aliam manifeſtat. fieri auté poteſt vt pedes calefiant manente in corporis medio caliditate, quod in ſtatu ipſo contingit.

χρῆσθαι δὲ πρῶτον μάλιστα μὲν χυλῷ, ἔπειτα δὲ πτισάνῃ, κατὰ τὰ τεκμήρια τὰ προγεγραμμένα ἀκριβῶς θεωρῶν·

*Imprimis autem & maximè cremore, deinde ptiſana utêris, præſcriptis coniecturis diligenter attentus.*

Poſteaquam Hippocrates prædixit quando potu ſolo regere ægrotátes oporteat, & quando ptiſana: nunc quando cremore ſolo, & quando ptiſana ipſa vtendum ſit, diſtinguit breui quidem & conſpicua dictione. Nempe ad coniecturas quas recenſuit animum attendens, quiſnam ex ægris ptiſana vti poſſit, comperies: ſic tamen vt à cremore ipſo exorſus, ad ipſam ſenſim te transferas. Dico autem ſenſim, vt primum quidem ſolo vtaris cremore, deinde cremoris quidē plus exhibeas, ptiſanæ autem exiguū: deinceps æqualiter vtrunque: mox ptiſanæ plus: atq; tandem eam ſolam, ſciens ptiſanam ipſam ad corporis nutrimentum, virtutíſque robur exuberare: cremorem verò ad concoctionem confectionémque facilem eſſe. Cùm igitur morbi conditionem virtutisque robur ad melius vergere videris, auge & tu ptiſanæ oblationem.

Primi commentarij Finis

# Galeni in librũ

## HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN *morbis acutis commentarius ſecundus.*

Ioanne Vaſſæo Meldenſi interprete.

Ὀδύνη δὲ πλευροῦ, ἤν τε κατ' ἀρχὰς γίνηται, ἤν τε ὕστερον, θερμάσμασι μὲν τὸ πρῶτον οὐκ ἀπὸ τρόπου ἐστὶ χρησάμενον πειρηθῆναι διαλῦσαι τὴν ὀδύνην.

LATERIS *dolorem (ſiue is per exordia fuerit, ſiue poſteà obortus ſit) primùm calidis fomentis diſſoluere non abs re exiſtit.*

Quod à me ſæpius eſt dictum, ad memoriam & nunc id reuocare eſt melius. nempe quòd exponuntur explananturque quæ obſcuritatem habent dictiones. neque tamen expoſitores id tantummodo in commentariis faciunt, verùm quoque & ea quæ dicuntur in libris in quos commentaria parant, aſtruunt & probant. Ob eum igitur morem cogor ego & his conſentire quos non probo, atque vt plurimum ad ea quæ explicatione egent, ſententiam meam prodere & efferre. neque tamen eorum, quæ in huiuſmodi commentariis vera mihi apparent, demonſtrationes ſcribo, vtpote qui de his peculiariter in vnoquoque ſcripſerim: ſed ſolas earum quæ in cæteris tractationibus demonſtratæ ſunt, rerum ſummas ad me-

moriam reuoco. quod & hoc loco in mentione doloris ſum facturus. Ergo quòd dolor in ſenſilibus fiat corporibus, cum ea ipſa in id quod præter naturam eſt, ſubito ſimúlque tranſmutantur, diximus & in libro de elementis ſecundum Hippocratis mentem,& in eo quem de ſymptomatũ cauſis fecimus. prætereà & quónam pacto tranſmutatio ea bifariam fiat: corporibus huiuſmodi aliàs tum ſubito ſimulque, tum violenter ſecundum qualitatem alteraſcentibus: aliàs vnitatis diſſolutione. alterantur autẽ ſubito ſimúlque ab efficientibus qualitatibus, cùm & calfiunt & refrigerantur, & ſiccantur & humectantur. vnitas verò diſſoluitur corrumpiturque, vbi corpora illa vel diſtenduntur, vel comprimuntur. Ad hunc igitur modum dolor lateris in pleuriticis adfectibus, de quibus agit Hippocrates, ortum habet. Nam phlegmone illis in locis præ caloris qui præter naturam eſt copia partes eas quæ phlegmone obſidentur, per diſtemperantiam contriſtat, & repletione diſtendit. Primo autem auxilio ſi dolor is vel ſanari vel mitigari fomentis calidis poſſit, tentandum præcipit Hippocrates. Nempe fomenta calida cutim ipſam ad perſpirationes rariorem efficere, phlegmonéſque ſanguinem tum tenuare tum per halitum digerere conſueuerunt: quæ ſi facta fuerint, non ſolum ſanguinis aliquid euacuabitur, verùm quoque & adfectæ partes cùm iam minus diſtendantur, mitius ex reliquo & manſuetius dolebunt. At cum ſanguis in phlegmone non diminuitur, vel etiam ſpiritus vaporoſus ex calore generatur, tunc dolorem augeri contingit. Sanguis autem non diminuitur propter eam quæ in toto corpore eſt humorum redundantiam. Nam pars quę calore adficitur, plus trahit quàm euaporet. Nempe quæ calfaciũt, hæc ſuapte natura vt quod in vicinis cõtinetur partibus digerunt, ſic & quod redundat ex propinquis trahunt. Cùm igitur fomenta calida dolorem nõ ſoluerint, corpus totum inſigni aliqua vacuatione præuacuabis. Vacuatio autem inſignis in morbis acutis, aut per ventrẽ aut per venæ ſectionem fit: quarum alterã adſumere præcipit Hippocrates, ſcopóſque eius quæ præſidio magis eſſe poſſit, edocet. Summa ergo præſentis narrationis hæc eſt. ve-

rùm

rũm quæ particulatim ab eo dicuntur, & quæ multis tum obſcura tum ambigua exiſtunt, in ſequentibus explanabo. Multis, dixi: quoniam his qui ſeſe in dictionibus antiquis intelligendis exercuerunt, pauca omnino obſcura ſunt. At in hiſce commentariis non hæc tantum obſeruamus.

Θερμασμάτων δὲ κράτιστον μὲν ὕδωρ θερμὸν ἐν ἀσκῷ, ἢ ἐν κύστει, ἢ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ, ἢ ὀστρακίνῳ.

*Fomentorum calidorũ probatiſsimum eſt aqua calida uel in utre, uel in ueſica, uel in uaſculo aut æneo, aut teſtaceo poſita.*

θερμάσματα, id eſt fomenta calida proculdubio vocat quæ corpus quouis modo calefaciunt. E quibus alia quidem prorſus humida, alia ſicca, & alia ex vtriſque mixta. Mordentia præterea alia, & alia mordendi facultate carentia, & ex his commixta tertia. Primum igitur horum genus, cuius in dictione meminit, morſu caret atque humidum exiſtit. Secundum ex vtriſque ſicco & humido, mordenti & morſu carente commixtum eſt. Tertium autem ſiccum quidem, ſed vel mordens vel morſu carens. quòd ſi & adfectiones quæ vnoquoque dictorum generum egent, recenſuiſſet, orationem profectò ſuam tantò perfectiorem melioremque, quantò & legentibus ipſis vtiliorem feciſſet. ſed quia non recenſuit, propterea neque id recenſere neceſſarium erit nobis qui doctrinam alterius explanamus, non noſtram perſequimur. At verò quoniam partes meæ ſunt contrà quàm expoſitores cæteri agere (nẽpe illi in ſuis enarrationibus ſophiſticas quę diſcentes ipſos ad finem artis nullo pacto iuuare poſſint, ſuperſeminant quæſtiones: ego autem ſemper quæ commodiſſima ſunt, proſequi molior) ob id & nunc doctrinæ Hippocratis prætermiſſa quidem ab eo, ſed quæ toti ſententiæ dogmatiſq; atq; vniuerſalibus præceptis quodam accedunt cõſequio, adducere nõ cunctabor. Quánã itaq; ratione fotus omnis doloribus ſæpiuſcule adiumento ſit,

prius dictum eſt. Dictum quoque & de his eſt doloribus qui à fotu nullo pacto iuuantur, niſi prius vacuato vniuerſo corpore. Verùm cum hæc fotibus omnibus communia ſint, humidi quidem phlegmonis his quæ à bilioſiore ſucco factæ ſunt, opitulantur: ſicci verò his quæ à tenui aquoſoque ſanguine exortæ ſunt. perpetuò ſiquidem contraria contrariorum eſſe remedia meminiſſe oportet. Hoc itaque ſcopo fotus morſu carentes aduerſus mordentes ſuccos proſunt. mordentes verò quòd tenuent, contra craſſos viſcoſosque valent humores. Eam ob rem quiſnam in ea quæ phlegmone obſideatur parte euincat humor obſeruabis, ab his quæ retuli auſpicatus, ætate ſcilicet laborantis, naturali temperatura, anni temporibus, locis, & vita antecedente. & ſi phlegmone tibi videatur ex his quæ ipſi tũ in colore, tum in magnitudine, tum duritie, tum mollitie contigerunt. & ſi peripneumoniam vel pleuritidem curaueris, ex his quæ ſpuendo excernuntur. Verùm cùm præfata omnis dignotio coniecturalis ſit, & non ſcientiaria neque certa, præſertim vbi in corporis imo ſita ſit quæ dolore adficitur particula, ab his te inchoare oportet, quæ quàm cætera magis auxilio eſſe tibi videbuntur. quòd ſi nihil præſidij attuleris, ad alia etiam te transferre conueniet. Dolore autem non ſedato, ad totius corporis accede vacuationem. Videtur ergo Hippocrates ab eo incepiſſe fotu, qui periculo omni vacat: is autem eſt, qui minimè mordet humidusque exiſtit. nempe tametſi nihil aduerſus malum fecerit, non tamen magnum & inſigne adferet detrimentum. Cæterum fotus qui ex aceto, vel orobo, vel ſale fiunt, niſi propriam conuenientémque conſequantur adfectionem, non ſolùm non ſalutares erunt, verùm quoque & malum exacerbabũt, vtpote qui fortem efficacémque habeant facultatem.

Προϋποτιθέναι δὲ χρὴ μαλθακόν τι πρὸς τὴν πλευρὴν προσηνείης ἕνεκεν.

*Verùm prius molle quippiam lateri ut & mitior & iucundior fotus fiat, ſupponere oportet.*

Poſteaquam

Poſteaquam in vtre vel veſica vel vaſculo aut æneo aut teſtaceo poſitam aquam lateri exhibendam prçcepit, hac in dictione prius molle aliquid ſupponi his quæ lateri tũ quadrare tum cohærere debeant, vt nullo pacto angat, prorſuſque iucunda ſit eorum quæ exhibentur applicatio præcipit Hippocrates. Cuiuſmodi fuerit lana mollis, vel linteũ, vel quippiam eorum quæ tum tenera tum mollia exiſtunt. Sed paulopoſt de eo qui per ſpongiam ſit fotu agens, nihil ſupponi iubet.

Ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγος μαλθακὸς μέγας, ἐξ ὕδατος θερμοῦ ἐκπεπιεσμένος προστίθεσθαι· περιστέγειν δὲ ἱματίῳ τὴν θάλψιν χρή· πλείω τε γὰρ χρόνον ἂν διαρκέσοι, καὶ παραμένει, καὶ ἅμα ὡς μὴ ἡ ἀτμὶς πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ κάμνοντος φέρηται, ἢν μὴ ἄρα δοκέῃ καὶ τοῦτο χρήσιμον πρός τι εἶναι· ἔστι γὰρ ὅτε δεῖ πρός τι.

*Vtilis autem & ſpongiæ mollis magnæq; ex aqua calida expreſſæ applicatio, ſed fomentum linteo ueſtiendum, ut uis eius longiore ſufficiat tempore, permaneátque, atque ſimul ne halitus ad laborantis ſpiritum feratur, niſi forſan & id prodeſſe uideatur, nempe interdum aliquid prodeſt.*

Cætera quidem quæ in dictione continentur, liquida manifeſtáq; exiſtunt: ſed de halitu eſt diſcutiendum, qui & angit & contriſtat, non ſpirandi difficultatem caloris incremento ſolum proritans, ſed & pulmonis anguſtiam, quam halitu humido repletus habet. Solis igitur laterum doloribus tum ſiccis tum quibus nihil expuitur idonea eſt vaporis halitúſque inſpiratio plus auxilij quàm noxæ adferens. hoc igitur in loco ſcriptum eſt primum fotuum genus, mox ad ſecundum ſeſe conferens, inquit:

Ἔτι δὲ

Ἔτι δὲ καὶ κριθαὶ ἢ καὶ ὄροβοι ἐν ὄξει κεκρημένῳ, σμικρῷ ὀξυτέρῳ ἢ ὡς ἂν πίῃ τις, διέντα καὶ ἀναζέσαντα, εἰς μαρσύπια ἐμβάλλοντα προστιθέναι, καὶ πίτυρα τὸν αὐτὸν τρόπον.

*Prætereà & hordeum & eruum in aceto ita aqua diluto ut paulò acidius ſit quàm ut quis bibere poßit, madefacta perfuſaq́; & feruefacta, & in ſacculos cõiecta lateri apponuntur, atq; in hunc modum furfur.*

Hordeum eruúmque non ſemina (quæ integra ſunt) ex aceto & aqua excoquere præcipit, ſed prius conciſa comminutáque. conſtatque Hippocratem velle id ex verbo διέντα. (διίημι ſiquidẽ madefacio & perfundo ſignificat) atq; maximè ex re ipſa certior fies: nempe hoc pacto tum blandior, tum efficacior erit fotus. furfur denique & hoc pacto parare præcipit. Fotus autẽ huiuſmodi priore efficacior virtute aceti redditur. quòd ſi & ex orobo paretur, conferet ſanè & is non parum, nempe ipſius virtus poteſt tum ſecare tum cõficere tum euaporare craſſos humores: atque òb id fotibus huiuſmodi vtemur, vbi craſſos viſcoſoſq́; humores in ea quæ phlegmone obſidetur parte collectos ſuſpicabimur. Tibi autem ſanè id conſtabit ex antecedente victu, ſi humores huiuſmodi producere natus ſit, ex ægri temperamento, anni temporibus, ætate & locis. prætereà & ſi fotus manſueti blandíque quos memorauit, nihil præſidij attulerint. Nam vbi de corporis totius repletione diſtinxeris, cùm videlicet neque huius notæ apparuerint, neque blandi hi fotus adiuuerint, ſuccorum exiſtimabis craſſitiem, quæ in halitum ſoluitur flatuoſumq́ue ſpiritum, qui ob denegatum exitum cõtriſtat grauatq́ue. Flatum ergo hunc, parientéſq; ipſum humores prefati diſcutiunt fotus, & potiſſimum qui ex eruo parantur. Prætereà & ſermonem percurrens Hippocrates manifeſtè ſimul & optimè metricam aceti ad aquam temperaturam memorauit. Nempe acetum ita dilutum aqua eſſe oportere inquit, vt paulò acidius ſit quàm vt quiſpiam biberit, vt ſcilicet & acrius ob mordendi facultatem,

tatem, & aquoſius propter operationis ignauitatem vitemus. In incidendis igitur atque per halitum digerendis tum craſſioribus tum viſcoſioribus ſuccis aquoſo oxycrato congruentius fuerit quod acrius. Sed quoniam medicamenta huiuſmodi non tolerant quæ phlegmone obſidentur partes, ob id mediam vtriuſque exuperantiæ temperiem eius fecit: hoc tibi ſit ſecundum fotuum quos ab initio trifariam ſeparauimus, genus,

Ξηρῶν δὲ θερμασμάτων, ἅλες, κέγχροι πεφρυγμένοι ἐν ἐρινέοισι μαρσυππίοισιν ἐπιτηδειότατοι· καὶ γὰρ κοῦφον καὶ προσηνὲς ἡ κέγχρος·

*Siccis ex fomentis maximè conueniunt quæ ex ſale milioq́; frictis torrefactisq́;, atq; in ſacculis laneis cõcluſis parantur: lene ſiquidẽ & blandum eſt milium.*

Cùm de ſale & milio agit Hippocrates, ad tertium fotuum, quos ab initio diſtinximus, genus ſeſe trãsfert. Eſt autem communis vtriq; ſiccitas, ſali verò peculiariter ineſt mordacitas. Milium autem morſu caret.

Μάλθαξις δὲ λύει ἡ τοιήδε, καὶ τὰς πρὸς κληΐδα περαιούσας ἀλγηδόνας·

*Fomentum huiuſmodi & dolores ad claiculam pertinentes ſoluit.*

Ex adiectione huius cõiunctionis, &, oſtẽdit & dolores alios ſoluere: vtpote eos qui ad hypochondria pertinent.

Τομὴ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν μὴ πρὸς κληΐδα περαίνοιτο ἡ ὀδύνη.

*Sectio autem non ſimiliter tollit dolorem, niſi is ad clauiculam pertingat.*

Sectio inquit, venæ ſcilicet, quam non ſimiliter ſoluere inquiens, auxiliari & ipſam non negauit. ſed de huiuſmodi auxilio in ſequentibus, fuſius latiúſque ſcribit.

Ἢν δὲ μὴ λύηται πρὸς τὰ θερμάσματα ὁ πόνος, οὐ χρὴ πολὺν χρόνον ἐκθερμαίνειν· ξηραντικὸν

ραντικὸν γὰρ τοῦ πνεύμονος τοῦτο, καὶ ἐμπυητικόν.

**Verùm ſi ad calfactoria dolor non placetur, non multo tempore calfacere oportet. nempe hoc deſiccat pulmones, atque ad ſuppurationem excitat.**

Fomenta varia, alia quidem humida alia ſicca, alia mordentia & alia morſu carentia vbi percurreris, ſi ab horum experientia dolor non leuetur, totum corpus vacuabis à fomentis deſiſtens, cùm pulmonem exiccent & ſuppurationem excitent: fit autem hoc lateris inflammatione non exhalante, ſed in pus tranſeunte, mox pure ipſo in mediam thoracis pulmoníſque regionem confluente.

† ἢν μὲν σημαίνῃ: † ἐς τὸν βραχίονα.

Ἀλλ' † εἰ μὲν συμβαίνῃ ὀδύνη ἐς κληῗδα, ἢ † ἐν βραχίονι βάρος, ἢ περὶ μαζόν, ἢ ὑπὲρ τῶν φρενῶν, τάμνειν ἀρήγει τὴν ἐν ἀγκῶνι φλέβα τὴν εἴσω, καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρέειν τὸ αἷμα ἕως ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥυῇ, ἢ ἀντὶ καθαροῦ τε καὶ ἐρυθροῦ πελιδνόν· ἀμφότερα γὰρ γίγνεται.

***Si uerò dolor ad clauiculam conſenſum ſignificauerit, uel ad brachium grauitas uel circa mammam, uel ſuper ſeptum tranſuerſum, internam cubiti uenam ſecare expedit. Neque ut copioſè ſanguis detrahatur eſt cunctandum: ſed eouſque eſt auferendus, donec rubidior multò, uel pro puro rubidóque liuidus fluxerit: nam utrunque contingit.***

Pro eorum qui inflammationẽ pariunt humorum vergentia inclinationéque vacuationes facit Hippocrates. Nempe quod dicitur: quò natura vergit per loca conferentia, eò ducere veriſſimum exiſtit. Contingit autem interdum id ob differentiam partium eius quæ coſtas ſuccingit membranæ. Nam ſuperiores partes cum inflammantur, ad humerum brachiumque & mammam condolentiam

lentiam extendunt: inferiores verò ad ſeptum tranſuerſum & hypochondrium. Cùm igitur ſuperiorum condolentia ſignum fecerit, venam in cubito eam ſecare oportet, quæ ſanguinem ab adfecta parte & magis & velocius tum reuellere tum vacuare poſſit. At ſi partibus infernis adfectus conſenſum ſignificauerit, purgatione vacuationem facere expedit. Rectè autem grauitatem circa brachium eſſe, & non dolorem dixit. Nempe quòd hoc in loco ſanguis magis aceruetur perrepátque, ſignum eſt grauitas quæ ex multitudine fit. Tenſiones autem & in ſola affectus participatione fieri conſueuerunt, cùm ſcilicet partes his quæ inflammantur continuæ citra ſanguinis in ipſis redundantiam tenduntur. ſunt autem in interno cubiti articulo plures, quas ſecare conſueuimus venæ, de quibus abundè quidem in anatomicarum tractationum tertio, atque in alio libro qui ſeorſum de venarum arteriarumque diſſectione ſcriptus eſt, diximus. Sed impræſentiarum de ipſis ſummatim agemus ab initio ducentes orationem. Caua vena ex gibba hepatis ſurſum ad dextram cordis aurem ſanguinem deferens partibus quidem interiacentibus exiguum quiddam diſtribuit: ſed cordi ipſi plurimum elargitur. deinde ab eo tanquam ab initio progreſſa ad collum recto feſtinat tramite, atque in duas rectas ſcinditur in thoracis parte venas eáſque inſignes, quas iugulares vocant. Propagantur autem ab ipſa priuſquam ad cor pertingat inſignes quidem venæ ad ſeptum tranſuerſum, paruæ verò ad inferiorem thoracis partem, quæ octo coſtis conſtat, contendentes. Pars hæc ab vna quæ coniugio caret nutritur vena, quæ in quibuſdam animalibus ſupra cor adnaſcitur, in cæteris verò vt in hominibus, ex ea emergit parte qua iam cordis aurem vena caua tangit. Hinc ſiquidem emergens humilius depreſſiuſque per cor defertur. atque in ſpinam contorquetur. Vena itaque quę ad inferiorem thoratis partem defertur, vtrinque coſtis octo ad ſeptum vſque tranſuerſum diſtribuitur. Cæteræ autem ſubliminores thoracis coſtæ quatuor ab alio venarum nutriuntur coniugio, quod à vena caua propagatur priuſquam ea in iugulares venas ſcindatur. Ab his autem dua-

bus

bus venis deinceps ſunt quæ ad manus per axillas pertingunt. Verùm quæ humerariæ appellantur, ab ipſa caua poſteaquam in iugularias fiſſa eſt vtrinque vna, iam thoracem extrà progignuntur, habentque radices his quæ in ſuperficie extant iugulariis communes. A iugulariis ſiquidem quæ in ſuperficie extant, vt partes ferè omnes tum colli tum capitis in ſuperficie conſtitutæ nutriuntur, ſic & à iugulariis altius profundiusque latentibus partes omnes altius profundiúsque latentes ali contingit. Verùm qui circa ſcapulas atque in collo dorſali exiſtunt loci, venas habent quæ ex inferioribus præfatæ radicis communis partibus ad ipſos aſcendunt. Communem dico radicem, quam proximè dixi & his qui in ſuperficie conſtitutæ ſunt iugulariis & humerariis communem eſſe. Non immeritò igitur humeraria ſuperiores clauicularum partes, eáſque quæ & in collo & capite exiſtunt, tum magis tum velocius euacuat. Axillaria verò thoracis partes, & magis eas quæ in ſublimi ſitæ ſunt, & præſertim in ipſis hominibus. Nempe infernas demiſſaſque omnes vena vna altera nutrit, quæ ſub corde à vena caua procedit. Venæ autem illius quæ infernas thoracis partes alit, atque ad coſtarum radices prona fertur, ex ſiniſtra parte ad ſeptum vſque tranſuerſum, ſingulis intercoſtalibus ſpatiis tum ſiniſtris tum dextris rami diſtribuuntur. Verùm quod reliquum ex ea eſt, ad ſeptum tranſuerſum penetrat, primíſque ab ipſo corporibus diſpenſatur. Cæterum quæ per axillas ad manus feruntur venæ, radices habent proximas venis his quæ ſublimes thoracis coſtas quatuor alunt. ſuntque quàm quæ per humerum ad manus contendunt longè maiores. Aſcendunt autem ad internam brachij vtriuſque regionem, atque cum ipſa pronæ feruntur, muſculis ipſis qui inibi ſitum habent, diſpenſant ramos. At verò vbi ad cubiti articulationem propè venerint, venas brachij internas ad ipſius cubiti oſſis nodum qui hîc poſitum habet producũt. quicquid verò reliquum eſt bifariam ſciſſum diuiſumque per cubiti flexum defertur parte ea quæ in ſuperficie conſtituitur, venam eã quæ in eo cubiti flexu ſecatur efficiens: penitiore ve-

rò eam

rò eam quæ cũ arteria diuiditur. Secatur quoque & vena alia in cubito obliqua: veluti & ea quæ in vtraque manu vna eſt humerariæ non exigua portio. Nempe ipſa per brachium ſubtus cutem conſpicuè percurrens diuiditur in cubiti dearticulatione qua ſublimiores extant partes, figurata ſcilicet, vt Hippocrates oſtendit in libro de fracturis, manu. Quæ igitur ſublimior venæ ipſius à fiſſura portio per externa cubiti loca defertur, ea poſt fiſſuram ipſam ſecatur qua primæ venę radici è directo maxime reſpondet. Eam ob cauſam & ſublimiora clauicularum loca citiſſimè euacuat. Portio autem quę in cubiti flexum obliquè fertur, minus quidem ea, ſed cæteris magis eas euacuat partes. Pars verò quæ ab interna notabili vena obliquè etiam fertur, minus quidem præfatas vacuat partes, verùm maximè thoracis ſuperiora, quòd radices tum eius quæ per axillam ad manum fertur, tum eius quæ ſuperiores thoracis alit partes, vicinæ admodum exiſtant. Hanc itaque ſecare iubet Hippocrates priuſquam venæ quæ ex humerariæ ſiſſura prouenit concurrat inſeratúrque: quæ ſi aliquando non apparuerit, vice huius ſecamus aliquam ex internis quas in os cubiti rectà deferri didicimus: quibus non apparentibus accedimus ad eam quæ ex præfatarum duarum venarum obliquarum inſitione progignitur. Et cum aliquando ea non apparere poſſit, humeraria apparente ſeca humerariam, qui ſcilicet vacuationes vndecunque fiant, in vniuerſum animalium corpus diſtributas eſſe noſti, quanquam neque celeriter, neque ſimiliter ex vena omni vacuent. Nos verò partem eam quæ phlegmone obſidetur, tum celeriter tum quàm cæteras partes magis in acutis præſertim morbis vacuare contendimus. quod ſanè interna cubiti vena facit, multóque magis vbi ſanguinis redundantia ad ſuperiora vergere videatur, aut ſuperiores thoracis partes adfectæ ſint: nempe in eo malo tum brachium, tum mamma grauari ſolent. Verùm quæ partes thoracis inferiores prope ſeptum tranſuerſum infeſtant phlegmonæ, non abs re dolorem ad hypochondrium tranſmittunt. quo fit vt dolores huiuſmodi non admodum iuuet, quæ in cubito fit vacuatio: corde ſci-

licet

licet medium occupante. Nempe venam quæ inferiores thoracis alit partes, ſub corde emergere audiuiſti. Dicta quidem mihi hæc ſunt ſuper eo quod ab Hippocrate bene ſcriptum eſt de ſecanda ſcilicet interna cubiti vena. Sed quòd vacuandi ſanguinis terminum coloris mutationem poſuerit, deinceps eſt diſſerendum. Quicquid ergo ſanguinis in phlegmone continetur, id caloris abundantia colore permutatur, reliquum autem in partibus omnibus ſimile manet: Eam ob cauſam ſanguine qui in totum corpus ſpargitur pituitoſiore exiſtente, rubicundior ſanè erit qui in eo quod phlegmone obſidetur latere continetur. Quòd ſi ſanguis in corpus totum diffuſus rubidus fuerit, is proculdubio qui ad phlegmonem eſt ad uſtus aſſatúſque in nigrum permutabitur. liuidus autem in ea quæ fit à rubido ad nigrum permutatione, medium obtinet. Coloris igitur mutatio, ſanguinis ex particula inflammata tranſmutationem ſufficienter commonſtrat. Vacuationis igitur modum menſurámque quæ adfectui peculiaris ſit diximus. Sed cùm interdum virtus tantum vacuare prohibeat, parti ipſi quæ phlegmone obſeſſa eſt, minus quidem futurum auxilium ſcire oportet. quo fit vt non virtutem exoluere melius ſit, quàm ſanguinem vacuare redundantem.

Ἢν δὲ ὑπὸ τὰς φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα, ἐς δὲ τὴν κληῗδα μὴ σημαίνει, μαλθάνειν χρὴ τὴν κοιλίην ἢ μέλανι ἐλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ· μέλανι μὲν δαῦκον, ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ ἄνισον, ἢ ἄλλο τι τῶν εὐωδέων μίσγοντα· πεπλίῳ δὲ ὀπὸν σιλφίου· ἀτὰρ καὶ τὰ μισγόμενα ἀλλήλοισιν, ὁμοιότροπα ταῦτα ἐστίν· ἄγει δὲ μέλας μὲν, καλλίω καὶ κρισιμώτερα πεπλίου· πέπλιον δὲ μέλανος μᾶλλον φυσῶν καταρρηκτικώτερόν ἐστιν, ἄμφω δὲ ταῦτα ὀδύνην παύει· παύει δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ὑπηλάτων· κράτιστα δὲ ταῦτα ὧν ἐγὼ οἶδα ἐστίν· ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥοφή-

μασι διδόμενα ὑπήλατα ἀρήγει, ὁκόσα μὴ ἄγαν ἐστὶν ἀηδέα λύειν, ἢ διὰ πικρότητα, ἢ δι' ἄλλων τινὰ ἀηδείην, ἢ διὰ πλῆθος, ἢ χροιὴν, ἢ ὑποψίην τινά.

*Si uerò eas quæ ſub ſepto tranſuerſo ſunt partes dolor infeſtat, nullamq; ad clauiculam ſignificationẽ fecerit, uentrem uel nigro ueratro, uel peplio mollire oportet. ſed ueratro nigro uel daucum, uel ſeſeli, uel cyminum, uel aniſum, uel aliud quippiam boni odoris miſcebis: peplio uerò ſilphij ſuccum, quãquam & hæc inter ſe mixta non diſsimiliter agant. ſed ueratrum nigrũ tum melius, tum ad iudicationẽ iuuantius quàm peplium uentrẽ ſoluit: ſed peplium flatum magis excutit. Dolorem præterea ambo hæc ſedant, ſedant quoq; & alia multa, quæ ſubducunt medicamẽta. Verùm omnium quæ nouerim uiderímq; hæc potiſsima exiſtunt. Nẽpe & quæ dãtur in ſorbitionibus ſubductoria medicamenta ſoluere poſſunt, quæcunq; ſcilicet nõ ualde inſuauia exiſtunt uel propter amaritudinẽ, uel aliam quampiam iucunditatem, uel copiam, uel colorem, uel ſuſpicionem aliquam.*

Quòd medicamenta purgantia per experientiam inueniantur, & quóſnam expurgẽt humores, & ſi omnino purgent, in libris de ſimpliciũ medicamentorum viribus didiciſti. Quòd verò purgationis neceſſitas ſit, ſi redundantes humores deorſum repant, eſt quoq; ratione ſcitũ animaduerſumq;: ſed id teſtimoniũ, ratamq; fidem ab experimentis habet. Edocuit autẽ te Hippocrates facultatem medicamentorũ, quæ in huiuſmodi adfectibus propinat, veratrum quidem nigrũ κρισιμώτερα, id eſt ad iudicationem iuuantius vacuare: peplium verò flatus magis excutere adfirmans. Quæ autẽ ab Hippocrate κρισιμώτερα, id

eſt ad criſim iuuantiora dicuntur, ea morbi iudicium faciunt magis: quod facultate verbo huic, ὠφιλιμώτερα, id eſt iuuantiora idem exiſtit. At cùm purgantia omnia medicamenta ventrem & præſertim os ipſius (quòd maximè tum neruoſum, tum ſenſile exiſtat) affligant lædantq;, ob id eorum quæ boni ſunt odoris mixtio excogitata eſt, ne ſola ſynceraque purgantium medicamentorum virtus os ventris tangat. Permixta quoq; inter ſe tum peplium tum helleborum ὁμοιότροπα, id eſt modi ſimilis eſſe ait, quod eſt facultatibus conuenire, & in nullo controuerſa eſſe. Nam & in purgantium medicamentorum permixtione controuerſia eſt, non quando aliud quidem bilis (ſi contigerit) aliud verò pituitæ excretorium fuerit: (nam eodẽ tempore vacuari tum bilis tum pituita poſſunt) ſed quando aliud quidem protinus, aliud verò longo à propinatione tempore purgationem mouere natum ſit. Nempe hoc pacto inæqualis eorum quę ſimul ingeſta ſunt fit vacuatio: inæqualem dico cùm altera quidem deſinere, altera verò incipere videatur. Nempe quod citius purgare conſueuit medicamentum, id & ex alio quippiã ſimul vacuat. quo fit vt quod exiguum ipſius relinquitur, imbecillius reddatur, & longè tardius ſuam inchoet purgationem. Præfinito igitur vacuationis termino ſimile eſt helleboro peplium, poteſtq; helleboro ſimiliter nigrum ſubducere humorẽ. Cætera tum dictionis huius tum ſequentium patent. Conſiderare igitur hæc atque in memoria tenere nos oportet: ſed nõ perpetuò in pleuriticis vti debemus, ad memoriam reuocantes aphoriſmum illum vbi dicitur: in acutis morbis raro, & in principiis, purgantibus medicamentis eſt vtendum. vbi igitur (inquit) non ſolum acutus morbus fuerit, cuiuſmodi eſt pleuritis: verùm & cum febre vehementiſſima, multò magis vitanda eſt purgantis medicamenti adminiſtratio, atque per ſectionem venæ vacuandum, magis etiam ſi ad hypochondrium dolor pertineat. Nempe etſi minus quidem auxilium quàm per purgationẽ ſequatur, ſecurius tamen multò exiſtit, imò nullum ex eo quòd per venæ ſectionem fit periculum impendet, eo diſcrimen maximum ſubeunte quod per purgationem tentatur: & potiſſimum, ſi laborantis natu

tis naturã expertus quis nõ fuerit. alij ſiquidem difficulter naturâ purgantur, alij modica pharmaci potione purgantur copioſè. Quibus igitur dare quadrabit, his medicamenti tantum propina, quantum in plurimis mediocriter vacuare tum noſti tum ſis expertus. Si enim hominis naturam non noueris, metus eſt ne plus iuſto vacues, vel nullo pacto vacuationem moueas: aut ſi moueris, non tamen ſufficienter vacues, quę omnia magnas in morbis acutis pariunt offenſas: quod non facilè, vt in non febricitantibus, emendatur. Cùm igitur febris vehemens non fuerit, naturamque laborantis expertus fueris, ad medicamenti purgantis potum te cõferes, his quæ ab Hippocrate dicta ſunt, vel etiam aliis quibuſdam ſimilis naturæ vſus. quo è numero eſt quod ex colocyntide paratur medicamentum, quod iam ex vſu hieram vocant: id ſanè variis parant modis. ſed quod helleborum accipit ſcammoniamque nõ habet, his qui medicamen ſubductorium omnino adſumere poſſunt, eſt optimum.

Τὴν μέντοι πτισάνην ὁκόταν πίῃ τὸ φάρμακον, ἐπιῤῥοφεῖν αὐτίκα χρὴ διδόναι, μηδὲν ἔλασσον ἀξίως λόγου, ἢ ὁκόσον εἴθισται.

*Vbi autem quis medicamentum ebibit, ptiſanam protinus ſorbendam dato, neque inſigniter minore quàm conſuetum eſt quantitate.*

Et maximè quidem vẽtris ori (quod & ſtomachum vocant) vt in ipſis purgantium medicamẽtorum potibus illæſum maneat cõſulere oportet, & præſertim vbi febrientibus tale quippiam propinatur. Verùm præcipua ne offendatur cautio eſt, ſi medicamentum purgans quod propinatur, purum non ſit ſed cum aliis quæ malitiam ipſius hebetare nata ſunt, temperatum mixtumq;. Nempe purgantium omnium medicamẽtorum natura, corporũ quæ expurgantur naturis contraria eſt, atq; vt quiſpiã dixerit lethalis & deleteria. Vt autem ſucci papaueris, mandragoræque, & hyoſcyami, atq; aliorum huiuſmodi multorum medicamentorum, quę nobis & ſubſtantia & viribus aduerſa, corpus perimere nata ſunt, portionem exiguam

adſumentes magnã percipimus commoditatem:ſic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus noſtris aduerſa eſt, exiguam aliquam partem præcidentes ad ſuppetias ferendas vtimur. Quo item modo in horum medicamentorũ potu ſeminum aliqua quę boni ſunt odoris miſcemus, quę & malitiam obtundere nata ſint, & operationem ipſorum non prohibeant, tenuentque & incidant, ita vt craſſos incidant humores, & vias quibus vacuatio fiat aperiant patefaciantque: ſic & à ſumpto medicamento, ptiſanam ſorbere confert. Nempe purgans medicamentum ipſum tanquam exiguum ad ventris quidem fundum peruenit: verùm dum tranſit, ſtomachus & quæcunque ventris ſublimior pars, non qualitatem purgantis medicamenti modò, verùm & ſubſtantiæ quæ in tranſitu hæret, aliquid adſumens vehemẽter læditur. Ptiſanæ igitur cremor ſuperingeſtus commoditatem adfert. Nempe & detergere, & deorſum trahere quod viæ adhæret, & qualitatem medicamenti quod his adhæret partibus, tum temperare tum permutare poteſt. Ob eas igitur cauſas à purgantis medicamẽti potu ptiſanã ſuperſorbere pręcipit. ſed vbi purgatio cœpit, ab ea vult abſtinendum: purgantis medicamenti operationem exolui veritus, atque ob eam rem ait:

Ἐπεὶ καὶ κατὰ λόγον ἐστὶ, μεσηγὺ τῆς καθάρσεως μὴ διδόναι ῥοφήν. ὅταν δὲ λήξῃ ἡ κάθαρσις, τότε ἔλασσον ῥοφεέτω, ἢ ὁκόσον εἴθισται. μετὰ δὲ τοῦτο ἀναγέτω ἀεὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον, ἢν ἥ τε ὀδύνη πεπαυμένη εἴη, καὶ μηδὲν ἄλλο ἐναντιῶται.

Et *quoniã ab re non eſt, purgatione in media ſorbitionem dare non conducit. At ubi purgatio deſierit, tunc ſorbitio detur, ſed conſueta minor. Deinde liberalius perpetuò exhibeatur, ſi & dolor ceſſauerit, & nihil aliud obicem fecerit.*

Contrà quàm pleriq; huius temporis medici rem hanc

docuit

docuit Hippocrates: nempe hi vbi vacuauerunt, copioſe nutriunt. Hippocrates verò à purgatione, ptiſanæ minus miniſtrari iubet. Nam corporũ quæ expurgata ſunt natura expurgatione agitata labefactatáq; tolerare alimoniã non poteſt, neq; probè eam conficere niſi omnino pauca fuerit. Purgatis igitur tãtum cremoris prima die exhibendum, quãtum domare poſſint. deinde ſenſim paulatimq; adaugere oportet, ſi & dolor (vt inquit) ceſſauerit, & nihil aliud prohibuerit. quod de dolore ait eſt manifeſtum: ſed nihil aliud prohibere, ad præfatas referre oportet diſtinctiones, in quibus demonſtrauit quónam pacto morbis acutis laborantes abſque ſorbitionibus regere oporteat. Summa verò horum eſt, cùm vel morbum ante iudicationem nulla ſorbitione indigere ſperabimus, vel in quibus ſumma eſt ſucci in phlegmone cruditas.

Αὐτὸς δέ μοι λόγος ἐστὶ, καὶ ἢν χυλῷ δέῃ, πτισάνης χρέεσθαι.

*Sermo autem mihi idem eſt, ſi & ptiſanæ cremore utendum ſit.*

Tempus exhibendorum tum ptiſanæ tum cremoris ipſius & anteà ſimile eſſe demõſtrauit, re vna duntaxat differentiam horum definiens, nempe à cremore principium exhibitionis facit.

Φημὶ γὰρ ἄμεινον εἶναι αὐτίκα ἄρξασθαι τὸ ἐπίπαν ῥοφεῖν, μᾶλλον ἢ προκενεαγγήσαντα ἄρξασθαι τοῦ ῥοφήματος, ἢ τριταῖον, ἢ τεταρταῖον, ἢ πεμπταῖον, ἢ ἑκταῖον, ἢ ἑβδομαῖον, ἤν γε μὴ προκριθῇ ἡ νοῦσος ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ.

*Melius ſiquidem eſſe dico ut protinus à morbi initio ſorbere incipias, quàm inanitis uacuatiſque uenis uel die tertio, uel quarto, uel quinto, uel ſexto, uel ſeptimo. ſi ante hoc tempus morbus haudquaquam iudicatus fuerit, ſorbitionem inchoare.*

Quod in aphoriſmis ſcripſit Hippocrates, id & impræſentiarum perſequitur, in morbi omnis vigore tenuiſſimo vtendum victu præcipiens. Si igitur quinto die morbi vigor futurus ſit, & æger ſolo vſus potu ſufficere non poſſit, melius eſſe ait ſi protinus ab initio ptiſanam dederis, & neque tertio die, neque quarto ſorbitionem inchoaueris. Sic ſanè & eos qui vel quinto, vel ſexto, vel ſeptimo ſorbitioné inchoant, falli circumueniríque ait, ſi ante hoc tempus morbus non fuerit iudicatus. Per iudicationem intelligo (vt dixi) non perfectam morbi mutationem ſolum, verùm quoq; & effatu dignam tranſmutationem.

Αἱ δὲ προπαρασκευαὶ καὶ τοῖσι παραπλήσιοι ποιητέαι, ὁκοῖαι περ εἴρηνται. περὶ μὲν οὖν ῥοφήματος προσάρσιος οὕτως γινώσκω.

*Præparationes autem & his tales fiant quales dictæ ſunt. de ſorbitionis itaq; exhibitione ita ſentio.*

Et quibus ab initio ſorbitionem daturus ſis, præparationem ſimiliter fieri præcipit: id eſt, ſiue ſectionis venæ, ſiue clyſmatis, ſiue balani neceſſitas fuerit, illud autem faciendum iubet.

Αὐτὰρ καὶ περὶ ποτοῦ, ὁκοῖον ἄν τις μέλλῃ πίνειν τῶν γραφησομένων, αὐτός μοι λόγος τὸ ἐπίπαν ἐστί.

*De potu quoque qualemcunque ex declarandis potaturus quiſpiam ſit, eadem omnino mihi eſt ratio.*

Si laborantem potu ſolo citra priſanæ ſorbitionem rexeris, præfatas quoque præparationes te facere iubet, id eſt aut venam ſecare, aut clyſmate vel balano vti.

Οἶδα δὲ καὶ τοὺς ἰητροὺς τὰ ἐναντιώτατα ἢ ὡς δεῖ ποιέοντας· βούλονται γὰρ ἅπαντες ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους, ἢ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας ἢ καὶ πλείονας,

νας, οὕτω προσφέρειν τὰ ῥοφήματα, καὶ τὰ ποτά· καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέῃ αὐτέοις εἶναι, μεγάλης τῆς μεταβολῆς γιγνομένης τῷ σώματι, μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν· τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν, οὐ ἔχει μὴ ὀλίγον· ὀρθῶς μέντοι μεταβιβαστέη γὰρ ἡ μεταβολή· καὶ ἔκ γε τῆς μεταβολῆς ἡ πρόσαρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον·

*¶ Verùm & medicos contrà omnino quàm oportet agere ſcio. Nempe omnes, ægros ipſos per initia morborum duos uel tres uel etiam plures dies inedia ſiccare, atque ita tum ſorbitiones tum potus exhibere uolunt: idque forſan, quòd magnæ corporis mutationi, ualde magnam quampiam obiicere mutationem ipſis decens eſſe uideatur. Verùm mutatio ipſa benè quidem habet non parum: ſed rectè transferenda uenit. Iam autem & ciborum exhibitio mutationis rationem maximè ſubit.*

Medicos culpat Hippocrates, qui ægros ipſos primis diebus in abſoluta ciborum abſtinentia ſeruant, deinde eos protinus alij quidem ad ſorbitionem, alij ad potuum ingeſtionem deducunt. Non tamen fecit mentionem eorum qui cibos validiores ante morbi concoctionem miniſtrant. Conſueuit ſiquidem (vt anteà dixi) interdum non repræhenſis quæ maxima ſunt erratis, culpare minora, & eam quæ ex illis oritur demoſtrare offenſam. Qui autem ita tranſmutant, forſan (inquit) rationabiliter tranſmutare arbitrantur, in magna corporis tranſmutatione effatu dignam victus permutationem facientes. quod ſanè benè eos exiſtimaſſe ait, non tamen de tranſmutatione omni, ſed benè aliqua eſt putandum: de qua partim prædixit, & partim quippiam eſt dicturus, ſermoni adſtruens declinandas eſſe repentinas mutationes.

μάλιστα μὲν οὖν βλάπτοιντο ἂν, εἰ μὴ ὀρθῶς μεταβάλλοιεν οἱ ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεόμενοι· βλάπτοιντο δ' ἂμ καὶ οἱ μούνῳ τῷ χυλῷ χρεόμενοι· ἥκιστα δὲ οὗτοι·

*Maximè ergo lædentur qui tota utentur ptiſana, niſi rectè transferantur. lædentur quoq; & qui ſolo utentur cremore, quanquam minus. lædentur prætereà & qui ſolo utentur potu, ſed hi minimè.*

Dictam paulo antè ſubitam victus mutationẽ qua primis diebus in abſoluta ciborũ abſtinentia ſeruatos ægros circa diem quartũ nutrire incipiunt, maximè quidem nocere ait, ſi in ptiſanam totam transferantur: minus verò, ſi in cremorem: ſed ἥκιστα, id eſt ἐλάχιστα, id eſt minimum indicat offendi eos qui ad ſolos procedunt potus. Nempe ex magnitudine virtutis eorum quæ offeruntur, magnitudo oritur offenſæ.

χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιέεσθαι ἐν τῇ διαίτῃ τῶν ἀνθρώπων ἔτι ὑγιαινόντωμ ὅια ξυμφέρει· εἰ γὰρ δὴ τοῖσι γε ὑγιαίνουσι φαίνονται διαφέροντα μεγάλα τὰ τοῖα ἢ τοῖα διαιτήματα, καὶ ἐν ἄλλῳ πού τινι καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι, πῶς οὐχὶ καὶ ἐν τῇσι νούσοισι διαφέρει μεγάλα; καὶ τουτέωμ ἐν τῇσιμ ὀξυτάτῃσι μάλιστα.

*Oportet autem & ex ſanorum hominum uictu diſciplinam quæ conferat, facere. Nam ſi ſanis tales uel tales cibi uariare plurimũ uideantur, cùm in aliis quibuſdam tum in mutationibus, quomodo & in morbis & maximè in acutis non euariabunt?*

Incipit Hippocrates præfatam ab ipſo de victu ſententiam demonſtrare, redarguens vnà & eos qui contrario

victum inſtituunt modo. ſed vt dilucidus conſpicuúſque reddatur ſermo, ſummam ipſius omnem præfari melius eſſe mihi videtur. Eſt autem earum quę in eam rem adſumuntur ſumptionũ dignitas altera vniuerſalis hæc: Si benè valentibus læſioně adferant repentinæ victus ad contraria mutationes, multò magis ægris ipſis. quod variis etiam modis poſſumus interpretari, aliud in aliam tranſſumentes dictionem, vt hoc modo: in repentinis victus mutationibus qui ſani ſunt, ægris minus læduntur. vel ſic: Aegri ſanis magis læduntur: vel ad hunc modum: Detrimenta ſanos minus quàm ægros adficiunt. Generalior hæc interpretatio: validiores minus adficiunt, imbecilliores magis detrimenta. licet & aliter vim ſermonis interpretari, aut ex eo quòd per ſe & primum vtile ſit ad quod demonſtratur: aut ex aliqua continentium ipſum vel dignitatum vel ſumptionum. Talis quidem tibi ſit altera ſumptionum ex ſe credibilis, quas & dignitates vocare conſueuit Ariſtoteles. ſed alteram cui fides per experientiæ lucem acceſſit deinceps audi: Sanos & repentina victus mutatio offendit. Ex vtraque hac ſumptione concluditur ægros à repentina victus mutatione lædi magis: ſed multò magis qui acutis infeſtantur morbis: hæc eſt vis ſermonis. Verùm Hippocrates alterá ex ſumptionibus quæ ex ſe prius veriſimilior exiſtat, protinus citra probationem accipit. Alteram verò his quæ ſingulatim per experientiam fide donat & authoritate: quod & ſequens declarat oratio.

Ἀλλὰ μὴν δὴ καταμαθητόν ἐστιν, ὅτι φαύλη δίαιτα βρώσεως καὶ πόσεως αὐτὴ ἑωυτῇ ἐμφερὴς ἀεί, ἀσφαλεστέρη ἐστὶ τὸ ἐπίπαν ἐς ὑγείην, ἢ ἐάν τις ἐξαπίνης μέγα μεταβάλλοι εἰς ἄλλο κρέσσον.

*Atqui quòd uitioſus tum cibus tum potus ſemper ſibi ſimilis, ad ſanitatẽ tutior prorſus ſit, quàm ſi quis ſubito ad alterum uel meliorem ſe transferat, facilè diſci poteſt.*

Alteram

Alteram ſumptionum earum quæ ad præſentis ſermonis demonſtrationem præſtant, nunc ex multis particularibus exemplis adſtruere incipit, fidem ipſius in vnam colligens ſummam quæ talis eſt: Magnæ & repentinæ præter conſuetudinē mutationes non paruam ſanis adferunt læſionē. ſermo hic quanquã conſpicuus ſit, ſi tamen quippiã explanationis indigens intercidere videbitur, his qui exercitati nō ſunt circa horũ conſequentiã, explicare nō cunctabor. Nēpe hic cōmentarius ſcopo & conſideratione nō his modo qui in ſermonibus ſunt exercitati, verùm quoq; his qui exercitati nō ſunt, tum liberalis tũ benignitatis plenus exiſtit. Quòd ſi quis prefatas diſciplinas neque didicerit, neq; expertus fuerit, aliud quippiam agat.

*Ἐπεὶ καὶ τοῖσι δὶς σιτεομένοισι τῆς ἡμέρης, καὶ τοῖσι μονοσιτέουσιν, αἱ ἐξαπίναιοι μεταβολαὶ βλάβας καὶ ἀῤῥωστίην παρέχουσι. καὶ τούς γε μὴ μεμαθηκότας ἀναριστᾶν ἢν ἀριστήσωσιν, εὐθέως ἀῤῥώστους ποιέει καὶ βαρέας ὅλον τὸ σῶμα καὶ ἀσθενεῖς καὶ ὀκνηρούς· ἢν δὲ καὶ ἐπιδειπνήσωσιν, ὀξυρεγμιώδεας, ἐνίοισι δὲ ἂν καὶ σπατίλη γένοιτο, ὁκόταν παρὰ τὸ ἔθος ἀχθοφορήσῃ ἡ κοιλίη εἰθισμένη ἐπιξηραίνεσθαι, καὶ μὴ δὶς διογκοῦσθαι, μηδὲ δὶς ἕψειν τὰ σιτία·*

*Nempe tum his qui bis die comedunt, tum his qui ſemel, noxam imbecillitatêmque pariunt repentinæ mutationes: quique prandere conſueuerunt & non prandent, ſtatim ægrè habent, toto item corpore graues redduntur, & parum ualentes, & deſides. ſi uerò & ſupercœnauerint, acidum ructant, aliósq; alui humida deiectio exercet. Nempe uentriculus præter conſuetudinē grauatur ſuperſicceſcere conſuetus non bis tumeſcere, neque bis cibos coquere.*

Non

Non ſolum quòd in repentina cõſuetudinis mutatione valde lædantur, verùm quoq; & quænam læſiones fiant, & quonã modo ſingulas emendare oporteat ſcribẽs Hippocrates, ob id ſermonẽ prolixum facit. quomodo ſi duntaxat quòd in repentina conſuetudinis mutatione valde lædantur oſtenderet, ob id ſermo illi totus breuis foret. Prima igitur conſuetudinis mutatio, quam nunc ex prompſit, eſt de his qui prandere non aſſueti pranſi aliquando ſunt. Ait enim tales & ægrè habere, & toto corpore graues fieri, parum item valere, & deſides reddi. Contingunt autem hæc ipſis grauata ab alimento, veluti à pondere, facultate. Neque enim ægrè ea habet propria ratione, veluti in cibi penuria euenire conſueuit. Ob eã igitur cauſam hoc in loco ſermoni adiecit, totum corpus grauari his qui bis cibati ſunt, eóſque fieri deſidiores. verùm in aſſuetis prandere & non pranſis, imbecillitatem quidem virtutis ſcripſit, ſed grauitatem non adſcripſit. Nempe & in talibus mutationibus debilitatur ſua ratione virtus. præterea cum deſides fieri in præſenti victus mutatione aſſerat, in contraria timidos eſſe dixit, quaſi opus omne peroſos, ac veluti opus aggredi veritos diceret. nempe res ita habet. Nam qui ita adfecti ſunt, virtutis imbecillitatem verè ſentiunt, atque ob id eas quas antè promptius obibant, obire non audent actiones. Quinetiam & his qui diminutè cibantur, viſcera opinione pendere ait, eoſque tum calidum tum χλωρὸν, id eſt viride meiere: calidum inquiens, id eſt ſolito calidius: χλωρὸν, id eſt viride, iuxta morem quendam Aſiaticorum Græcorum qui & nunc obſeruatur. ὠχροὺς ſiquidem, id eſt pallidos luteóſque quoſdam videntes, cauſam cur ita χλωροὶ, id eſt virides facti ſunt interrogant, χλωρὸν & ὠχρὸν, id eſt viride & pallidum nihil differre exiſtimantes. viſumque quendam χλωρότερον, id eſt viridiorem dicunt, ὠχρότερον, id eſt pallidiorem ita ſignificantes. Eſt autem ὠχρὸν χρῶμα, id eſt pallidus color reuera veluti ignis, & color ὤχρας vocatæ cuius prima ſyllaba acuitur. fitque talis color permixta aquoſo excremento pallida & amara & flaua appellata bile. Nempe flauus color quantum à rubro in albiorem ſecedit, tantum ab hoc pallidus. ſcripſit

& alia

& alia quædam ſymptomata quæ ita adfectis fiunt, de quibus cùm ad eam quæ de ipſis eſt mentionem peruenerimus, agemus: præſentem autem dictionem nunc abſoluamus. Quæ non aſſuetis prandere contingere ait, his adhuc & hoc adiecit: ſi autem ſupercœnauerint, acidum ructant. Quòd autem ructus acidi fiant, & propter ventriculi frigiditatem, & propter pituitam ſæpius in eo aceruatam, & propter ciborum multitudinem: aut ſi modici quidem ſint, poteſtate tamen frigidorum, didicimus. Omnium autem prædictorum commune eſt, calorem ventris ingenitum vinci à cibis, non eos vincere, neque his præſtare, neque probè ipſos conficere poſſe: vt ſi modicæ flammæ lignorum multitudinem ſuperaceruaueris, vel & citra multitudinem tum viridia tum humida ſuperpoſueris. quibuſdam ex his ita cibatis σπατίλην, id eſt liquidam deiectionem fieri ait. In exemplaribus verò non paucis non σπατίλην ſcriptum inuenies, ſed ἄσσην: vt eo vocabulo ῥιπτασμὸν, id eſt proiectum intelligamus corporis hominis huius qui ita cibatus eſt ἀσσομένου, id eſt moleſtè habentis propter cibi multitudinem, & decubitum difficilè ferentis, & ſe ipſum permutantis. Ad finem autem dictionis, quòd cibi confectionẽ coctioni ſimilem eſſe oporteat manifeſtè oſtendit, tanquam à calido fiat non ſicco ſqualentíque, cuiuſmodi eſt febrilis: ſed humido vaporoſoque, cuiuſmodi eſt qui in animalibus ſecundum naturam exiſtit.

Ἀρήγει οὖμ τουτέοισιμ ἀνασηκῶσαι τὴν μεταβολήμ· ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ ὥσπερ νύκτα ἀνάγοντα μετὰ τὸ δεῖπνον, τοῦ μὲν χειμῶνος ἀριγέως· τοῦ δὲ θέρεος ἀθαλπέως. ἢμ δὲ καθεύδειμ μὴ δύνωνται, βραδεῖαν συχνὴν περίοδον πλανηθέντα μὴ στασίμως, δειπνῆσαι μηδὲμ, ἢ ὀλίγα, καὶ μὴ βλαβερά· ἔτι δὲ ἔλασσον πιεῖμ καὶ μὴ ὑδαρές· ἔτι δὲ μᾶλλομ ἂμ πονήσειεν ὁ τοιοῦτος εἰ τρὶς σιτέοιτο τῆς ἡμέρης εὐκόρομ· ἔτι δὲ μᾶλλομ εἰ

πλεονάκις

πλεονάκις· καίτοι γε πολλοί εἰσιν οἳ εὐφόρως φέρουσι τρὶς σιτεόμενοι τῆς ἡμέρας εἰς πλῆθος, οἳ ἂν οὕτως ἐθισθῶσιν.

*Conuenit itaque his permutationem reſarcire: dormire ſiquidem eos oportet tanquam noctem à cœna hyeme quidem citra frigus, æſtate uerò citra calorē agant. Quòd ſi dormire non queant, plures lentè ambulando abſoluant circuitus, neque ſtent. Nihil cœnent, aut pauca & innocua, minus prætereà bibāt, & non aquoſum. magis prætereà & is afficietur, qui ter die replebitur, ac etiā multò magis qui crebrius, quanquam ſint nonnulli qui ter die ſatiati facilè ferant, ut pote qui ita ſunt conſueti.*

Hoc in loco referre hæc non erat neceſſe, nempe docere propoſuerat quónam pacto repentinæ conſuetudinum mutationes nos lædant, non autem quomodo tales læſiones curare oporteat. Sed quoniam Hippocrati hoc tētare eſt viſum, propterea quæ ſcripſit perſequemur. Maximè quidem is dormire ipſos plurimum iubet, & ſi dormire nequeant, plures lenta ambulatione abſoluere circuitus: ídque vt quamplurimi expoſitorū aiunt, poſt cœnam: ſed vt eorū quæ dicuntur ſenſus præcipit, poſt prandium. Nam oratio hæc tanquam noctem agant, de ſomno meridiano non nocturno dici expoſtulat. prætereà quod continuata eſt ſcriptum ſerie: quòd ſi dormire nō queant, plures lentè ambulando abſoluant circuitus, neque ſtent. Nihil cœnent vel pauca & innocua: teſtatur Hippocratē velle eos à prandio dormire non à cœna. duorū igitur alterum. Nam aut emendanda tanquam errati conſcia ſcriptio eiuſmodi, atq; ita ſcribendum: dormire ſiquidem eos oportet poſt prandium tanquā noctem agāt, hyeme quidem citra frigus, æſtate verò citra calorem: Aut ſi ſeruare velimus orationem hanc: à cœna: intelligenda eſt hoc pacto dictio: dormire ſiquidem eos oportet, vt à cœna antè dormiebant, ſic & nunc poſt prandium, tanquam no-

ctem

ctem agant. Quòd autem velit Hippocrates eos vel nihil omnino, vel parcè, vel leuiter cœnare, manifeſta eſt ratio. Ventrē ſiquidem vult requieſcere, laboremq; quo grauatus afficiebatur refoueri, quòd præter conſuetudinem pranſus homo fuerat. huic ſequēs eſt & minus bibere: ſed nō aquoſum. Nempe fluctuationem humiditatémque & refrigerationem vitare oportet, vbi à ciborum multitudine venter grauatus fuerit. Potū autem qui exhibetur non aquoſum eſſe conuenit, ſed vētris tum calefactoriam tum roboratoriam obtinere facultatem. cætera quæ dictioni continuantur, clara ſunt & manifeſta.

Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ μεμαθηκότες δὶς σιτεῖσθαι τῆς ἡμέρας, ἢν μὴ ἀριστήσωσιν, ἀσθενέες καὶ ἄῤῥωστοι εἰσὶ καὶ δειλοὶ εἰς πᾶν ἔργον καὶ καρδιαλγέες. κρεμᾶσθαι γὰρ δοκέει τὰ σπλάγχνα αὐτέοισι, καὶ οὐρέουσι θερμὸν, καὶ χλωρόν· καὶ ἡ ἄφοδος συγκαίεται· ἔστι δ' οἷσι καὶ τὸ στόμα πικραίνεται· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται· καὶ οἱ κρόταφοι πάλλονται, καὶ τὰ ἄκρα διαψύχεται.

*Præterea qui bis die cibum ſumere conſueuerunt, ij niſi pranſi fuerint, ægrè habent, parum ualent, timidique ad quoduis opus fiunt, & cardialgici. nempe his uiſcera pendere uidentur, calidum mingunt & uiride, ſtercúsque exuritur. ſunt quibus os amareſcit, oculi cauantur, & tempora palpitant, partéſque frigeſcunt extremæ.*

Cetera quidem huius dictiouis in eorum comparatione quæ præter conſuetudinem pranſis contingere diximus, ſunt explanata. ſed de reliquis nunc dicam. ἄφοδον, id eſt ἀποπάτημα, id eſt ſtercus ipſorum ſiue alui purgationem incendi exuríqne inquit, à calore ſcilicet aſſatam. nempe corpus magis tum ſicceſcit tum igneſcit his qui conſuetum relinquunt prandium. Aliis os amaricare ait, vt pote his qui bilioſiorem habēt naturam, hisq; caui

fiunt

fiunt oculi ab eadem qua excrementum aduritur cauſa ſiccefcentes. Quòd autem in amaræ bilis naturis vernaculus calor in id quod igneum eſt digrediatur, ob id & tẽpora palpitant, id eſt temporũ arteriæ manifeſtè pulſant. Partes præterea corporis extremæ frigidiores fiũt, quòd venter bilioſis repleatur humiditatibus, quarum morſu contriſtatione adfectus, virtutem diſſoluit, & corporis extrema refrigerat.

Καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἀνηριστηκότων, οὐ δύνανται κατεσθίειν τὸ δεῖπνον. δειπνήσαντες δὲ βαρύνουσι τὴν κοιλίην, καὶ δυσκοιτέουσι πολὺ μᾶλλον, ἢ εἰ καὶ προηριστήκεσαν.

*Plurimi quoque horum qui pranſi non ſunt, cœnare nequeunt. qui ſi cœnauerint, uentris adficiuntur grauitate, ac difficilius cubant multò, quàm ſi pranſi fuiſſent.*

Amarè bilioſi naturâ præter conſuetudinem impranſi permanentes, cibos auerſantur, ventre ſcilicet male adfecto. Verùm qui coacti cibum ſumpſerint grauantur, atque ob id δυσκοιτοῦσι, vt ipſe inquit: quod idem indicat ac ſi dicas, prauè habentes in lecto permanent.

ὁπότ' οὖν ταῦτα τοιαῦτα γίγνεται τοῖς ὑγιαίνουσιν ἕνεκεν ἡμίσεως ἡμέρης διαίτης μεταβολῆς παρὰ τὸ ἔθος, οὔτε προσθεῖναι λυσιτελέειν φαίνεται, οὔτε ἀφελέειν.

*Cùm igitur talia ob dimidiatæ diei uictus à conſuetudine mutationem ſanis contingant, neque adii c quicquam neque ſubtrahi commodè uidetur.*

Rurſus inter exponendum quæ contingũt valentibus his qui ſubitò conſuetudinem permutauerunt, ſermonis ſummam obiter atque veluti appendicem adiecit, cuius gratia omnia hæc exponit, quæ ſanis contingunt. Nẽpe vt conſtat ſi benè valentibus dimidiatæ diei victus permutatio adeò moleſta ſit, quomodo non admodũ lan

guentibus ipſis moleſta erit?deinde rurſus ad explanationem eorum quæ ſanis contingunt reuertitur in ſequenti dictione, quæ in hunc modum habet.

Εἰ τοίνυν οὗτος ὁ παρὰ τὸ ἔθος μονοσιτήσας ὅλην τὴν ἡμέραν κενεαγγήσας, δειπνήσειεν ὁκόσον εἴθιστο, εἰκὸς αὐτὸν, εἰ τότε ἀνάριστος ἐὼν, ἐπόνεε καὶ ἠῤῥώστει· δειπνήσας δὲ τότε βαρὺς ἦν, πολὺ μᾶλλον βαρύνεσθαι. εἰ δέ γε ἔτι πλείονα χρόνον κενεαγγήσας, ἐξαπίνης μεταδειπνήσειεν, ἔτι μᾶλλον ἂν βαρύνοιτο.

*Qui igitur præter conſuetudinem ſemel paſtus toto die exinanitis uaſis quantum conſueuit, cœnauit, ſi tunc impranſus laborauerit, parumq; ualuerit, atque adſumpta cœna tunc grauatus fuerit, multò magis eum grauari par eſt. quòd ſi adhuc diutius uenæ exinanitæ fuerint, atque repente cœnauerit, magis adhuc grauabitur.*

Quod dicit, huiuſmodi eſt: ſi qui præter conſuetudinẽ impranſus manens minus conſueto cœnauerit, nocte grauetur, multò magis grauabitur qui ſolito plura eſt cœnatus. Qui autem diutius exinanitis vaſis repente cœnauerit, magis adhuc grauabitur. Nempe qui impranſi præter conſuetudinem permanent, horum alij ad minus temporis inediam protendunt, alij ad longius interuallum. hos igitur grauandos adhuc magis ait.

Τὸν μὲν οὖν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγήσαντα, συμφέρει ταύτην τὴν ἡμέραν ἀντισηκῶσαι ὧδε, ἀριγέως καὶ ἀθαλπέως καὶ ἀταλαιπώρως· ταῦτα γὰρ ἅπαντα βαρέως ἂν ἐνέγκοι. καὶ τὸ δεῖπνον συχνῷ ἔλασσον ποιήσασθαι ἢ ὅσον εἴθιστο· καὶ μὴ ξηρὸν, ἀλλὰ τοῦ πλαδαρωτέρου τρόπου καὶ μετὰ ταῦτα ποιεῖν μὴ ὑδαρὲς,

μήτε

μήτε ἔλασσον ἢ κατὰ λόγον τοῦ βρώματος, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ὀλίγα ἀριστῆσαι, ὡς ἐκ προσαγωγῆς ἀφίκηται εἰς τὸ ἔθος.

*Quibus ergo præter conſuetudinem uenæ ſunt inanitæ, ii eodem die reficiendi ueniunt ita: uitẽt imprimis frigus, calorem & laborem: nẽpe hæc omnia moleſtè feruntur: deinde cœnam ſolito longe minorem faciant, eámque non ſiccam ſed humentiorem. deinceps bibant neque aquoſum, neque minus quàm ingeſtorum ratio expoſtulat. Poſtero autem die pauca prandeant: ut acceſſione ſenſim creſcente ad conſuetudinem redeant.*

Vt eorum qui præter cõſuetudinem pranderunt detrimenta emendauit, ſic & eos qui quòd ſemel duntaxat die præter conſuetudinem ederunt afflicti ſunt, vult imprimis vitare tum calorem, tum frigus, tum labores. hæc nẽpe moleſtè ferri ait: adde quòd & minus ſolito cœnare ipſos iubet, quanquam plerique maximè contrà agãt. Nam prãdere ob negotium aliquod prohibitos, volũt in cœna & eam quæ in prandio omiſſa eſt adſumere alimoniam, haud ſcientes quòd eget quidẽ verè alimonia omiſſa corpus, ſed ipſam conficere non poſſit ventriculus ob longiorem abſtinentiam læſus afflictúſque. Quinetiam Hippocrates vt alimoniæ minus vult exhiberi, ita & eam humidiorem. Nempe huiuſmodi alimonia exiccatis tum ventri tum corpori vniuerſo peculiare auxilium præſtat. roborare prætereà & ventrem ipſorum iubet vini potu, neque aquoſum, neq; minus quàm cibi proportio exigit, potandum præcipiens. Aquoſum enim vẽtris robur exoluit. Minus verò quàm cibi proportio expoſtulat ventri arefacto inhabile exiſtit. Poſtero tãdem die ita affectos victui proſpicere iubet, qui Hippocratis præcepto cõſuetorum ciborum minus ingerere debeant, vt ſenſim paulatimque in priſtinam redeant conſuetudinem.

Αὐτοὶ μέντοι σφῶν αὐτῶν δυσφορώτερον δὲ τὰ τοιαῦτα φέρουσιν οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω.

*Talia uerò moleſtius ferũt qui parte ſuperiore picrocholi exiſtunt.*

Iam & ego paulò antè dixi picrocholos, id eſt amarè bilioſos ſubitariam eam quæ à victu ad abſtinentiam fit permutationem pituitoſis difficilius moleſtiúſque ferre. bileſcit ſiquidem ocyus his totus tum corporis, tum ventris habitus. ſed quare nõ ſimpliciter dixit picrocholi, ſed parte ſuperiore, adiecit? nempe cum flaua bilis (quam & pallidam & amaram nominant) ſuperiori ſupernatat ventri, iure optimo tales parte ſuperiori picrocholos dicimus: cùm verò per ſedem demittitur, parte inferiori amarè bilioſos aſſerimus. Paulo ſiquidẽ rhetori, qui toto corporis habitu pituitoſus erat, diebus ſingulis ſupernatabat flaua bilis, primámq; ipſam vomebat à lauacro non paucam. Eudemo autem philoſopho, qui temperamento bilioſus erat, per ſedem demittebatur: raróque is, quãquam aliquando, pallidam vomebat bilem. Vt autem Pauli excrementa bilis exiguum habebant, ita & Eudemi multũ. Qui igitur præter conſuetudinem non prandent, ſi & toto corporis habitu & ſuperiore ventre amarè bilioſi fuerint, his neceſſario contingunt quæ paulò antè dixi omnia. At qui ventre duntaxat ſuperiore amare bilioſi exiſtunt, his tolerantiæ difficultas ſimiliter continget: ſed ex reliquis ſymptomatis alia quidem nullo pacto erunt, alia erunt quidem, ſed moderatiora. Prædixit quoque & eos qui præter conſuetudinem non prãdent, timidos ad quãuis operationem eſſe, ſtomachi eroſionibus adfici, pendula ipſis videri viſcera, calidum & viride meiere, atque exuri excrementa, aliis os amaricare, oculos cauari, tempora palpitare, & extrema perfrigere. ſed horum alia toto habitu picrocholis contingunt magis, alia autem ventre dũtaxat ſuperiore talibus. Atque ob id ad quãuis operationem timiditas, extremorũ perfrictio, mictus calidus viridiſque, deiectionum aduſtio, cauatio oculorum, & temporũ palpitatio toto habitu picrocholis vſu eueniũt. Vtriſque

que autem ſuſpéſorum viſcerũ opinio, & amaritudo oris. Nam ob inſuetam abſtinẽtiam tum ſuſpenſa tum pendula percipiunt viſcera. verùm ob bilis exuperantiã picrocholis toto corpore os amaricat, nõ quòd adfectio in ore magis fiat: ſed ꝙ ſentiendi partem eam natura generis humorum diſcretoriam fecit. Venter autem magis quidẽ his exuritur, quibus ex hepate in ventrem bilis effuſa ſupernatat: minus autẽ quibus deorſum mittitur. Nã his quidem inteſtinum proritat ad excretionem: illis verò ſtomachum mordet. Ob eam rem Eudemus diebus ſingulis bis, & interdum ter deiiciebat: Paulus autem interdum nullo pacto excernebat. Niſi enim inteſtina à mordẽte aliquo irritentur, vel copioſo excremento grauẽtur, excretionis cupiditatem non accipiunt. Neutrum horum impranſis contingit. neq; enim mordentur inteſtina bile in os aſcẽdente, atque illa non mordente contriſtantéque: neque grauitas his fit qui nullo pacto comederunt.

Τὴν δέ γε ἀσιτίην τὴν παρὰ τὸ ἔθος οἱ φλεγματίαι τὰ ἄνω, εὐφορώτερον φέρουσι τὸ ἐπίπαν, ὥστε καὶ μονοσιτίην τὴν παρὰ τὸ ἔθος, εὐφορώτερον οὗτοι ἂν ἐνέγκαιεν.

*Non aſſuetam autem cibi abſtinentiam facilius omnino ferunt qui parte ſuperiore pituitoſi ſunt, quo fit ut ſi ſemel die duntaxat præter conſuetudinem cibo utantur, facilius etiam ferant.*

Prius quidem parte ſuperiore picrocholos vſum cibi qui ſemel die fit difficilius tolerare dixit, nunc autem ad pituitoſos ſe transferẽs, pro cibi vſu qui ſemel die fit, inediæ prius meminit, ex habente manifeſtius detrimentum, ad minus noxium tranſlationem ex proportione faciens. Nam ſi magis quidem lædi eos, qui ſine cibo totum præter conſuetum permanſerunt diem æquum ſit, minus autem qui non prandent, & pituitoſi picrocholis cibi vſum qui ſemel die ſit, facilius ferãt, quod ſanè & inediam facilius ferent palàm eſt omnibus. Cauſa autem cur pituitoſi facilius cibi vſum qui ſemel die ſit

 ferant,

ferant, ex his quæ anteà de bilioſis dicta ſunt euadit conſpicua. Nã bilis humor in ipſis inediis amarior redditur, pituita verò temporis proceſſu coquitur, ſanguíſque efficitur, neutra bile in ſanguinis ſubſtantiam redire valente: cum ex ſanguine quidem plus calfacto flaua bilis generetur, ex eodem verò aſſato aduſtóque, atque etiam ex craſſo, atra. Pituitæ autem generatio in pituitoſis eduliis ſanguinem perpetuò antecedit. atque generatione ipſius inedia cibi in ſanguinẽ tranſeũt, neque hoc deterioribus tantum cibis contingit, verùm & quibuſdam eorum qui ſalubres admodum eſſe videntur: vt pani, chondro, ſemidali. Ego ſanè eam quę mihi optima eſſe videtur narraui conſcriptionem. Nempe quod in ea docetur per ſe verũ eſt, atque continuatam cum his quę antè dicta ſunt habet ſeriem, qui optimæ explanationis ſunt ſcopi. Non tamen in exemplaribus omnibus conſimilem inuenies ſcriptionem: ſed in aliis & aliis pugnantem. Cæterum aliter in libris ferè omnibus reperitur dictio hæc falſo ſermone, & nullam quæ antè dictis continuetur ſeriem ſeruante.

Ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο σημεῖον, ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων μάλιστα νοσοποιέουσι.

*Potiſsimum ſanè & hoc argumẽtum, quòd maximæ mutationes eorum quæ circa naturam noſtrã habitúmque contingunt, maximè morbos committunt.*

Multa quidem apud Hippocratem φύσιος, id eſt naturæ nomen indicat: ſed hoc in loco temperaturam ſignificari quiſpiam exiſtimauerit. veluti & partiũ ipſarũ ſtructuram compoſitionémque ἕξιν, id eſt habitum appellari. quo in ſtructuræ genere continetur & bilis ad partes ſuperiores fluctuatio, & ad inferna deiectio, & viſcerum ſuſpenſio magis quàm conſtantia & ſtabilitas. Nempe cùm venter naturâ magnus exiſtit, viſcera confirmat ſtabilítque, tametſi cibis vacuus deſtitutúſq; ſit. Verùm cum paruus eſt, cibis quidem refertus confirmat: vacuatus verò, ſubſidentia relinquit. Hinc fit vt ſuſpẽſa ſentiantur viſcera. Quibus autem bilis flaua ſurſum natat fluctuátque,

antè

antè eſt dictum: meatu bilem ipſam ex hepate ad inteſtinum quod Græci ἔκφυσιν vocant, quaſi è ventre enatum dixeris, deferente neq; ſtructuram habente eãdem. Nam interdum quibuſdam portio aliqua ab ipſo ad ventrem procedit. his ſiquidem ſupernatat bilioſum excremẽtum, cæteris verò totum deorſum voluitur.

οὐκ οἷόν τε παρὰ καιρὸν, οὔτε σφοδρὰς τὰς κενεαγγίας ποιέειν, οὔτε ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν. οὔτ᾽ ἐξαπίνης οἷόν τε ὅλῳ τῷ πρήγματι μεταβάλλειν, οὔτε ἐπὶ τὰ, οὔτ᾽ ἐπὶ τά.

*Non igitur intempeſtiuè, neque fortes uaſorum inanitiones moliri, neque cum morbi uigent, feruorémque habent, cibum dare, neque repente huc uel illuc in toto negotio quicquam mutare licet.*

Dictio hæc præter ordinem ſcripta eſt, copulari ſiquidem debuit cum ea quæ ſcripta eſt antè, vt tota oratio talis foret: Talia verò moleſtius ferunt qui parte ſuperiore picrocholi exiſtunt. At non aſſuetam cibi abſtinentiã facilius omnino ferunt qui parte ſuperiore ſunt pituitoſi. quo fit vt cibi vſum qui ſemel die ſit, facilius etiam ferãt. Non igitur intẽpeſtiuè, neq; fortes vaſorum inanitiones moliri, neque cum morbi vigent, feruorémque habent, cibum dare licet. Nam poſteaquàm ſermonem quo magnas victus mutationes oſtendit ſanos ipſos, non modo ægros lædere, compleuit abſoluitq;, iure intulit cuius gratia mẽtionem de his omnibus fecit, inquiens: Non igitur intempeſtiuè, neque fortes vaſorum inanitiones moliri licet. Quanquã autẽ & inſtitutũ etiã per relata ſufficienter demõſtrauerit, videtur tamẽ & ad alterũ trãſire ſermonem, qui hæc cõmonſtret ex abundãtia teſtimonio vſus. Principium igitur ſequentis ſermonis iure cẽſetur dictio hæc: Potiſſimũ ſanè & hoc argumentum quòd maximæ mutationes eorũ quę circa naturam noſtram habitúmque contingunt, maximè morbos committunt. Cui quidẽ dictioni cõtinua fuerit, quæ ita ſequitur: Multa autem his ger-

mana eorum quæ ventri contingunt, atque alia quiſpiam dixerit. Dictionem hãc quidem ſum explanaturus: ſed nunc ad præſentem reuertar quæ hunc habet intellectum: non intempeſtiuè, neque vehementer fame necare neque in morborum conſiſtentiis ex inedia ad cibi oblationem permutare licet: ſicuti neque ſubitò ad contrariũ, ex quibus ſequitur talẽ inſtituendã victus rationem, qualem is præcepit. Sũma autem horum eſt, declinandas eſſe ſubitas repentináſque ad contraria permutationes.

Πολλὰ δ' ἄν τις ἠδελφισμένα τούτοισι τῶν ἐς κοιλίην καὶ ἄλλα εἴποι, ὡς εὐφόρως μὲν φέρουσι τὰ βρώματα ἃ εἰθισμένοι εἰσίν, ἢν καὶ μὴ ἀγαθὰ ᾖ φύσει, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά· δυσφόρως δὲ φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ μὴ εἰθισμένοι εἰσίν, ἢν μὴ καὶ κακὰ ᾖ· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά·

*Multa autem his germana eorum quæ uentri contingunt, atque alia quiſpiam dixerit. ut exempli gratia: Cibos quibus uti conſueuerunt, facilè ferunt, tametſi natura haudquaquam boni fuerint, ſimiliter & potus. Cibos uerò quibus uti nõ cõſueuerunt, etiã ſi mali non fuerint, moleſtè ferũt. Cõſimili modo & potus.*

Quæ ſimilia conuenientiáque exiſtunt, atque vt quiſpiam dixerit genere iuncta cognatáque, cõſueuit vocare Hippocrates ἠδελφισμένα, id eſt germana & fratrantia, quòd eorum quæ genere iunguntur & familiariſſimi, & genere omnium iunctiſſimi ſunt ἀδελφοὶ, id eſt fratres. Nam propinquitates cæteræ his poſteriores ſunt: vt patrum matrumq́ue fratres ſororéſque, & fratrum ſororumque filij filiæque, & quæcunque id genus ſunt. Cætera dictionis clara ſunt. Nam demonſtrat Hippocrates ſermonem eundem quem ab initio demonſtrauit, cuius ſumma eſt: Conſuetudo maximè poteſt, repentináque ab ea digreſſio corpora non parum offendit.

Καὶ

Καὶ ὁκόσα μὲν κρεηφαγίη πολλὴ παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα ποιέει, ἢ σκόροδα, ἢ σίλφιον, ἢ ὀπὸς, ἢ καυλὸς, ἢ ἄλλα ὁκόσα τοιουτότροπα μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα ἰδίας, ἧσσον ἄν τις θαυμάσειεν, εἰ τὰ τοιαῦτα πόνους ἐμποιέει τῇσι κοιλίῃσι μᾶλλον τῶν ἄλλων· ἀλλ᾽ εἰ καταμάθῃς ὁκόσον μάζα τε ὄχλον καὶ ὄγκον καὶ φῦσαν καὶ στρόφον κοιλίῃ παρέχει, παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα τῷ μὴ μαζοφαγέειν εἰθισμένῳ, ἢ αὐτός γε ὁ ἄρτος θερμὸς βρωθεὶς οἵην δίψην παρέχει, καὶ ἐξαπιναίην πληθώρην, διὰ τὸ ξηραντικόν τε καὶ βραδύπορον, καὶ οἱ ἄγαν καθαροί τε καὶ συγκόμιστοι παρὰ τὸ ἔθος βρωθέντες διαφέροντα ἀλλήλων ποιέουσι, καὶ μάζα τε ξηρὴ παρὰ τὸ ἔθος ἢ ὑγρὴ ἢ γλίσχρη, καὶ τὰ ἄλφιτα, οἷόν τι ποιέει τὰ ποταίνια τοῖσι μὴ εἰωθόσι, καὶ τὰ ἑτεροῖα τοῖσι τὰ ποταίνια εἰωθόσι, καὶ οἰνοποσίη καὶ ὑδροποσίη παρὰ τὸ ἔθος εἰς θάτερα μεταβληθέντα ἐξαπίνης, καὶ ὑδαρής γε οἶνος καὶ ἄκρητος ἐξαπίνης ποθείς. ὁ μὲν γὰρ πλάδον τε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ἐμποιήσει, καὶ φῦσαν ἐν τῇ κάτω· ὁ δὲ παλμόν τε φλεβῶν καὶ καρηβαρίαν καὶ δίψην, καὶ λευκός τε καὶ μέλας οἶνος παρὰ τὸ ἔθος μεταβάλλοντι, εἰ καὶ ἄμφω οἰνώδεες εἶεν, ὅμως πολλὰ ἂν ἑτεροιώσειαν κατὰ τὸ σῶμα, ὡς δὴ γλυκύν τε καὶ οἰνώδεα, ἧσσον ἄν τις φαίη θαυμαστὸν εἶναι, μὴ τ᾽ ὠυτὸ δύνασθαι ἐξαπίνης μεταβληθέντα.

*Si ergo multa præter ſolitũ carnis deuoratio, uel*

*allia, uel ſilphiũ, uel ipſius ſuccus, uel caulis , uel alia cõſimilia quæ ſeorſum inſignibus ſunt prædita uiribus uentriculis quibuſdã magis quàm alia labores inferãt, minus quis admirabitur. At iure admiraberis ſi didiceris quantã maza turbationẽ, tumorẽ, flatũ, torminaq́; mazam uorare non aſſueto pariat, ſi præter conſuetudinem ingeſta fuerit, uel qualem panis ipſe calidus deuoratus ſitim inferat, & repẽtinam plenitudinẽ, quòd tum exiccet, tum tardè deſcẽdat: & quàm uaria inter ſe pariant puriſſimi confuſaneiq; panes, ſi præter cõſuetudinem deuorentur: & maza ſimiliter uel arida, uel humida, uel tenax: qualiter itẽ & polẽtæ adficiãt, recẽtes quidem eos qui recẽtibus uti nõ cõſueuerunt, & aliæ alios qui recẽtibus ex cõſueto utũtur. Adhæc quid faciãt uini & aquæ potationes præter cõſuetudinẽ in aliud ſubitò trãſlatæ: quid dilutũ item uinum, meracumq́; repente pota: dilutũ enim madorẽ in uentre ſuperiore facit, in inferiore flatũ. Meracũ uerò uenarũ palpitationẽ efficit capitíſq; grauitatẽ & ſitim infert. Prætereà quid uinũ albũ nigrúmq; præter ſolitũ mutata. que ſi ambo uinoſa fuerint, corpus ualde alterãt: quocirca dulce uinoſúmq; minus quis dixerit mirũ eſſe non idem poſſe, ubi fuerit repentina mutatio.*

Sermonis huius totius ſenſum intelligẽtiãque vbi prius dixerimus, ad particulares quæ in eo ſunt dictiones ita perueniemus. Orationis igitur totius ſenſus talis eſt: Victus mutationem in eos qui inſigni præditi ſunt virtute tum cibos tum potus nemo qui lædentem corpora viderit, admirabitur. Verùm eã quæ fit neque ſine læſione in cibos potúſq; non inſigni præditos virtute, iure quis admirabitur. Talis quidem eſt ſermonis totius intelligẽtia. Sed vt particulatim dicam, principium orationis totius mentionem

mentionem eorum facit ciborum, qui fortem vehementémque habent facultatem: vt carnium deuorationis, alliorum, ſilphij, ſucci eiuſdem & caulis. Nempe ſilphium totum fortem habet facultatem. Sigillatímque ſuccus ipſius & caulis. Verùm hæc quidem ſimpliciter dixit: ſed cũ carnium deuorationis meminit, adiecit verbum hoc, multa: Nempe multa carnium deuoratio magnã habebit facultatem: mediocris verò, non magnam. Quæ huic ſuccedit dictio ad eos accedit cibos qui non magna conſtant virtute, mazam ſcilicet & panem vel calidum, vel frigidũ, vel purum, vel ſyncomiſton, id eſt confuſaneũ. Quòd panem non purum ſyncomiſton appellet, conſtat & ex ea quæ ad purum eſt oppoſitione. Panem hunc homines huius temporis autopyron appellant, non diſcreto ſcilicet furfuraceo, ſed vnà cum pura ſinceráque farina ſubacto. Poſt hæc de polentis mentionem fecit, recentéſque vocauit ποταίνιας, Ionum voce vſus & antiquiorum. Memorauit poſteà & vini & aquæ potationes præter ſolitum mutatas. Meraciorem item & dilutiorem potum, quibus adiecit dilutum vinum in vẽtre ſuperiore πλάδον, id eſt humiditatem infirmitatémque facere, flatúmque in inferiore. Meracum verò palpitationem temporum, capitis grauitatem & ſitim, idq; caliditate: dilutum autem cõtraria, tum humiditate tum frigiditate. Mentionem quoque & de vinorum ipſorum differentia fecit, ex his omnibus colligens quod in vniuerſum ab initio ipſi propoſitũ inſtitutúmque: omnẽ ſcilicet cõſuetudinis ſubitam permutationem non paruum corpori adferre detrimentum.

Τιμωρητέον δὲ τοιόνδε τι μέρος τῷ ἐναντίῳ λόγῳ, ὅτι ἡ μεταβολὴ τῆς διαίτης τουτέοισιν ἐγένετο, οὐ μεταβάλλοντος τοῦ σώματος, οὔτε ἐπὶ τὴν ῥώμην, ὥστε προσθέσθαι δεῖν σιτία, οὔτ᾽ ἐπὶ τὴν ἀῤῥωστίην, ὥς᾽ ἀφαιρεθῆναι.

*Cæterum partem hanc ſermone contrario iuuare oportet. Nempe his mutatio uictus facta eſt corpore*

*neque*

*neque ad robur, ut cibos adiicere: neque ad infirmitatem, ut cibos diminuere oporteret, permutato.*

Verbum hoc τιμωρητέον valet quod βοηθητέον, id eſt opitulandum iuuandúmque indicat. Neque autem opitulatio alia ſermoni huic fuerit, præter patrocinium quod vera loquitur. Nempe cùm ex duobus ſermonibus vnus ipſi placuerit, alter verò aduerſetur: & quidem qui placuit hucuſque eſt patrocinatus, nunc ad alterius patrocinium deſcendit. cuius ſententia quis conuenire dixerit vt languentes inſigniter à victus mutatione iuuentur, quando & corporis adfectio in contrarium his quidem qui anteà ſani viuebant, nunc verò ægrotant permutata ſit. Sanè & in huius ſermonis gratiam vniuerſaliter anteà eſt loquutus his verbis: tranſmutatio autem bene habet non modicè: ſed ὀρθῶς, id eſt rectè transferenda venit. Deinde quid aduerbium hoc ὀρθῶς indicet nõ paucis oſtendit, quod ad ſummã colligens dixit: Non igitur intẽpeſtiuè neq; fortes vaſorũ inanitiones moliri, neque cũ morbi vigent feruorémque habent cibum dare, neque repente huc vel illuc in toto negotio quicquam mutare licet, quare & ambiguitatẽ ſoluere iã anteuertit quam nuper enunciauit ſermoni auxiliatus, adiicietque ipſi impreſentiarum aliquid cùm inquiet: Coniicere autem oportet & robur, & morbi cuiuſque ſpeciẽ, & cætera quæ his ſuccedunt, quæ in ſequenti dictione explanabo.

Προσεκμαρτέα δὴ καὶ ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ τρόπος τοῦ νοσήματος ἑκάστου, καὶ τῆς φύσεως τοῦ τ' ἀνθρώπου καὶ τοῦ ἔθεος τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος, οὐ μόνον σιτίων, ἀλλὰ καὶ ποτῶν.

*Cõiicere autem oportet & ualiditatem & modum cuiuſque morbi, hominis item naturam, atque ægri in uictu conſuetudinem non in cibis ſolum, uerùm quoque & in potionibus.*

Conuenienti in acutis morbis victus inſtitutioni quá docuit, & validitatis conſiderationem, & morbi ſpeciem præterea

prætereà & hominis naturam conſuetudinemque ipſius adiicere iubet Hippocrates. Summa enim quam adſtruit eſt, non permutandam eſſe victus ſpeciem priuſquam ſigna coctionis manifeſta ſint: id autem fiet ſi quot diebus ad vigorem morbus venturus ſit, præcognoueris. At cùm victus quem manifeſtabo pro maioris minoríſve ratione permutari poſſit, quòd ægri inter ſe differant virtutis tum robore tum infirmitate, naturali item temperamento & morbi modo, atque antecedente conſuetudine, ſi ad ea reſpexeris poteris artificioſè tum magis tum minus in victus genere obſeruare, ſi videlicet vel oxymelite vel melicrato ægrum regere debeas, aut ſolam aquã bibendam aduſque coctionis notas dare, aut ptiſanam, aut ptiſanæ ſolum cremorem. Deinde ſi bis, aut ſi ſemel die. In victu igitur tum magis tum minus per ea quæ dixit coniicere oportet. Nam ſi ægrum ptiſanæ cremore indigere comperias, iam tibi conſtat quantum de eo ſis propinaturus. Conſimili modo de oxymelite, melicrato & aqua. Verùm quomodo ad generis victus inuentionem operęprecium eſt vt cognoſcas an robuſta vel infirma ſit laborantis facultas, quot item diebus morbi coctio futura ſit: ſic & nunc conſiderandum, quantum vel robuſta vel infirma fuerit. Nempe in virtutis tum robore tum infirmitate, magis & minus valde diſcrepant: ſic morbi quoque diſcrimina & differentias coniicere oportet. Neque enim ſatis cognoſcere quòd pleuritis vel peripneumonia ſit, ſed & qualiſnam ea ſit cognoſcere oportet in dolore, febre, & ſputis. Nempe pleuritidum quæ cum dolore ſunt, aliæ quidem magis, aliæ verò minus tales exiſtunt, febremque vehementem habent tum magis tum minus particulares pleuritides. Cæterum non parua eſt in his quæ expuuntur differentia: vt in prognoſtico eſt dictum. Cùm igitur particulatim in dictis differentiis varient ægri, fieri nequit vt in empiricorum appellatis concurſibus reperiatur diſciplina. Neque enim eorum qui in virtute comperiuntur exceſſuum differentiæ ſcribi poſſunt, neque febris vehementia, neque ſputorum quantitas, neque in particularibus coloribus

diſſimi-

diſſimilibúſve eductionibus plus & minus. Verùm cuiuſque rei virtute intellecta omnes priuatim inter ſe comparare, ſummámque vnam ex ipſis colligere oportet. Qua quidem in re tum meliores tum deteriores reperiuntur medici, quanquam eadem didicerint. Nempe qui perſpicaci magis pollent ſenſu, his qui hebetiorem habent euadunt probatiores, laboris item amantiores ſegnioribus, exercitatioréſque minus exercitatis, atq; qui memoriam tenaciorem habent his qui minus ea valent. Ex particularium igitur omnium virtute colligere in vnam ſummam formam totam, ſingulorumque ciborum quantitatem cõmodius eſt. Nam imbecillitas ſæpius quidem ſed modicè cibandum indicat: fidémque rei huic facit quòd æger bis cibari ſuetus ſit. facultatis autem robur contrarium indicat. Nam ſi in homine ſemel cibari ſueto videatur, ſemel ipſum cibare oportet, quod indicant ambæ coniecturæ. ſic & corpus bene difflabile ad cibationẽ ſtimulat, quod ægrè difflatur ad contraria agit. Quod item tenues habet ſuccos, id cibandum indicat: quod his caret, contrarium commonſtrat. Atque in ſingulis quę dicta ſunt maius minúſque proportionabiliter ſibi & auxiliorum vſum tum auget tum remittit. Sed huiuſmodi omnia in methodo medendi deinceps & ordine ita exarata ſunt vt tum citiſſimè condiſcere, tum facillimè ad memoriam reuocare poſſis. Fieri ſiquidem nequit vt libro vno præſenti bene omnia ſcribat Hippocrates atque ordine doceat, vtpote qui primus horum inuentionem molitus ſit: qui tamen hæc ab Hippocrate tum peruerſim tum inordinatè ſcripta didicerit, totamque ſuam vitam in eam quæ ex operibus docetur, meditationem exercitationemque deuouerit, is & lucem & ordinem doctrinæ adiicere poterit. quod ſi & pluribus libris fecerit, quanta futura ſit claritatis eorum quæ docentur exuperantia, liquido patet. Nemo ergo deſperet, ſi hoc in loco confundatur Hippocrates ſcoporum multitudine affatim circunſeptus. nam ſi quòd particulatim horum vnumquodq; à nobis in methodo medendi demonſtratum ſit intellexerit, atque ad illam tranſlatus laborioſè ſingula didicerit, ea ſanè quæ nunc incompoſitè inordinatèque dicuntur, liquidò cognoſcet,

gnoſcet, ſpeculationemq; in ipſis artis operibus exercēs, veritatem ipſius laudabit.

Πολλῷ δὲ ἧττον ἐνδεῖ τὴν πρόσθεσιν ἰτέον, ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελέει, ὅκου διαρκέειν μέλλῃ ὁ κάμνων, μέχρις ἂν τῆς νόσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ.

*Ciborum autem adiectioni intendendum multò minus: ſubtrahere uerò omnino ſæpenumero expedit, cum æger ſufficere poßit, dum morbi uigor matureſcat.*

Quoniam victus cuiuſque ſpecies ex his quæ anteà dixit inuenitur, atque inde quæ in antè ſcripta dictione referuntur coniicere operæprecium ſit, vt in ſingulis victus formis quantitas reperiatur, præſenti dictione: Ciborum autem adiectioni intendendum multò minus, prorſus verò ſubtrahere ſæpenumero expedit: cognoſcens præſidiorum ſingulorum quantitatem artificioſa egere coniectura, artificioſè autem coniicere viri eſſe qui vires omnium quæ in arte ſunt didicerit, memoriæ mandauerit, atque diligentia omni adhibita ſeſe in operibus artis exercuerit, paucíque omnino tales exiſtant, iure optimo quæ præſenti inquam dictione referuntur aſcripſit in quantitate ipſa ad id quod minus ſit, procedendum eſſe magis quàm ad id quod exuperat, vbi quis à iuſto modo abſcedit admonens. Nempe quod plus eſt exuperatque, noxas interdum inemendabiles facit. Verùm quod minus eſt, facilè emendatur. Nempe ſi virtus labi videatur, cibi exiguum miniſtrare poſſumus. Verùm ſi in ventrem abſorptus fuerit cibus, quod redūdat ſuperfluitque, ſi aliàs, multò magis in acutis morbis tollere eſt difficile. Nempe prorſus ſubtrahere ſæpenumero expedit, cùm æger ſufficere poſſit donec morbi vigor ad maturitatem perducatur. Rurſum præfatæ dictionis partem hanc adſumpſit, nos familiaris huius ſcopi admonens qui tum hîc tum in aphoriſmis habetur: nempe ſi æger ad morbi vſque vigorem ſine cibo ſufficere poſſe videatur, in omni ciborum

abſtinen-

abſtinentia eum & potu ſolo moderaberis,cùm tibi videbitur neceſſitas.

Ἐν ὁκοίοισιν δὲ τὸ τοιόνδε ποιητέον γεγράψεται.

*Quibus autem id faciendum ſit ſcribetur.*

Quod prædixerit Hippocrates commonſtrata vniuerſali victus ratione in hoc libro,ſe tranſiturum ad cæteras omnes acutas ægritudines,liquidò conſtat. Veruntamen opus huiuſmodi non reperitur.nempe quæ in hoc libro à balneorum conſideratione extant, ſi quis veluti in typo ab Hippocrate ad futurã memoriã ſcripta in domo reperiẽs poſt viri mortẽ deprõpſit,forſan ratiõe quidẽ hoc fecit,veruntamen vt liber,digna Hippocratis virtute non ſunt: ſicuti neq; ea quæ de morbis & adfectibus inſcripta ſunt,quãquã multa in his bene ſcripta ſint. ſed ſuper ea re in his quæ ĩ ea ſcriptæ ſunt expoſitiõibus diſceptabimus.

Πολλὰ δ' ἄν τις καὶ ἄλλα ἠδελφισμένα τοῖσιν εἰρημένοισι γράφοι.

*Multa autem & alia his quæ dicta ſunt germana quis ſcribere poteſt.*

Rurſus ad eundem reuertitur ſermonem, quem multis certum ratumque fecit exemplis, mutationem conſuetudinis languentibus noxam adferre demõſtrans.ſed quoniam à ſanis in eos tranſiit, ob id quæ ſimilia ſunt inter ſe,& communicant,& cognationem habent, bene ἠδελφισμένα,id eſt germana & fratrãtia dixit:quod autẽ poſteà dicturus eſt,ſermonis huius teſtimoniũ exiſtit:quãquã nõ ſimile,nõ cõmunicans,nec germanũ fratránſq; vt ipſe appellauit,ſed id quod perueſtigatur. Patebit autem tibi mens Hippocratis in ſequentis dictionis expoſitione.

Τόγε μὴν κρέσσον μαρτύριον· οὐ γὰρ ἠδελφισμένον ἐστὶ τῷ πρήγματι περὶ οὗ ὁ πλεῖστος μοι λόγος εἴρηται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρῆγμα ἐπικαιρότατόν ἐστι διδακτήριον· οἱ μὲν γὰρ ἀρχόμενοι τῶν ὀξέων νούσων, ἔστιν ὅτε οἱ μὲν σιτία ἔφαγον αὐθημερὸν, ἠργμένοι ἤδη, οἱ δὲ καὶ τῇ ὑστεραίῃ,

οἱ δὲ καὶ ἐρόφεον τὸ προσυχὸν, οἱ δὲ καὶ κυκεῶνα ἐρόφεον. ἅπαντα δὲ ταῦτα κακίω μὲν ἐστιν, ἢ εἰ ἑτεροίως τις διαιτηθείη. πολλῷ μέντοι ἐλάσσω βλάβην φέρει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἁμαρτηθέντα, ἢ εἴ τις τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας δύο ἢ καὶ τρεῖς κενεαγγήσει τελείως, τεταρταῖος δὲ ἂν τοιάδε διαιτηθείη, ἢ καὶ πεμπταῖος. ἔστι μέντοι κάκιον εἰ ταύτας πάσας τὰς ἡμέρας προκενεαγγήσας, ἐν τῇσιν ὕστερον ἡμέρῃσιν οὕτω διαιτηθείη, πρὶν πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον. οὕτω μὲν γὰρ θάνατον φέρει φανερῶς, τοῖσι πλείστοισιν εἰ μὴ πάμπασιν τις ἡ νοῦσος εὐήθης εἴη. αἱ δὲ κατ᾽ ἀρχὰς ἁμαρτάδες, οὐχ ὁμοίως ταύτῃσιν ἀνήκεστοι εἰσὶν, ἀλλὰ πολλῷ εὐακεστότεραι.

Hoc autẽ uerius efficaciusq́; teſtimoniũ. Neq; enim rei de qua plurimus factus eſt mihi ſermo, germanum exiſtit: ſed res ipſa commodiſſimum eſt documentum. Nempe quidam per acuti morbi exordia eodem quo laborare cœperunt die comederunt, alij poſtero die, alii quiduis, alii potionem miſtam ſorpſerunt. ſanè hæc omnia deterius quidem habẽt quàm ſi modo alio cibaretur quis, ſed quæ hoc tempore peccata fiunt, ea minus multò lædunt quàm ſi primis quidem diebus uel duobus uel tribus uaſa quis integrè inaniuerit, mox quarto uel quinto talia miniſtrauerit. Sed ſanè deterius aget qui omnibus his diebus uaſa antè exinaniuerit, & ſequentibus quibuſdam diebus ita pauerit, priuſquam morbus maturus reddatur. Nempe hoc pacto mortẽ plurimis liquidò adfert, niſi morbus omnino mitis fuerit. Quæ uerò in prĩcipio cõmittũtur delicta, ea

*non ſimiliter his inuincibilia exiſtunt, ſed facilius domari poſſunt.*

Antè ab his quæ benevalentibus, ex conſuetudinis mutatione contingunt, ad languentes ipſos per ſimilitudinẽ tranſiit: tranſiturus autem & nunc atque ipſum quod nũc inſtituitur apertè habere ita eſt demõſtraturus. ſed quidnam id fuit? ſanè quod neque à principio neque primis diebus fame cruciatos ægros cum prope vigorẽ iam peruenerint, replere oportet. Tota autem dictione vult oſtendere grauiorem contingere ægris offenſam cũ prope vigorem erratum ſit, quàm ſi in morborum principiis quippiã delinquatur. Inquit enim: quæ hoc tempore peccata fiunt, ea minus multò lædunt, quàm ſi primis diebus duobus vel tribus vaſa quis integrè exinaniuerit, mox quarto vel quinto talia miniſtrauerit, atque etiam antequam morbus (vt inquit) πέπειρος reddatur. Quòd πέπειρον appellet πεπεμμένον, id eſt quod ad maturitatem eſt perductum, palàm eſt omnibus. Morbos præterea εὐήθεις id eſt mites dixit, non malignos, quos κακοήθεις vocãt, ſed εὐτρέπτους, id eſt qui facilè ad bonum vergunt. Scimus et enim veterum multos ita vti dictione, ita quoque & Hippocratem, vt alibi eſt demonſtratum.

Τοῦτ' ὦν ἡγεῦμαι μέγιστον διδακτήριον, ὅτι οὐ στερητέαι αἱ πρῶται ἡμέραι τοῦ ῥοφήματος, ἢ τοίου ἢ τοίου, τοῖσι μέλλουσιν ὀλίγον ὕστερον ῥοφήμασιν, ἢ τοίοις ἢ τοίοις χρέεσθαι.

*Hoc ſanè maximum reor eſſe argumentum, quòd primis diebus quanuis ſorbitione nequaquam eos priuemus quibus futurum eſt ut paulopòſt ſorbitionibus quibuſuis uti debeant.*

Sermonem hoc in loco eundem dixit quem ſæpius anteà enunciauit, nutrire ſcilicet ab initio eos præcipiens qui ſorbitionibus ſufficere non poſſunt ad vigorem vſque citra ptiſanæ adſumptionem. Nam eos prope vigorem nutrire compellemur, cum eo tempore ad tenuiorẽ

victus

uictus formam, etiam ſi anteà plenius cibati fuerint, tranſcundum ſit.

Πυνθάνομαι γὰρ δὴ οὐκ ἴσασιν οὐδ' οἱ τῇσι κριθώδεσι πτισάνῃσι χρεόμενοι, ὅτι αὐτέῃσι κακοῦνται ὁκόταν ῥοφέειν ἄρξωνται, ἢν προκενεαγγίσωσι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἢ καὶ πλείους. οὔτ' αὖ οἱ τῷ χυλῷ χρεόμενοι, γινώσκουσιν ὅτι αὐτέοισι βλάπτονται ῥοφέοντες, ὁκόταν μὴ ὀρθῶς ἄρξωνται τοῦ ῥοφήματος, τότε μὲν φυλάσσουσι καὶ γινώσκουσιν ὅτι μεγάλην τὴν βλάβην φέρει, ἢν πρὶν πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον, κριθώδεα πτισάνην ῥοφήσῃ ὁ κάμνων, εἰθισμένος χυλῷ χρέεσθαι. πάντ' οὖν ταῦτα μεγάλα μαρτύρια, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἄγουσιν εἰς τὰ διαιτήματα οἱ ἰητροὶ τοὺς κάμνοντας. ἀλλ' ἐν ᾗσί τε νούσοισιν οὐ χρὴ κενεαγγέειν, τοὺς μέλλοντας ῥοφήμασι διαιτᾶσθαι, κενεαγγέουσιν, ἐν ᾗσί τε οὐ χρὴ μεταβάλλειν ἐκ κενεαγγείης εἰς ῥοφήματα, ἐν ταύτῃσι μεταβάλλουσι.

*Prorſus ergo qui hordeacea utuntur ptiſana, quòd ægri lædantur ignorāt ſi duobus uel tribus diebus, uel etiā pluribus anteà exinanitis uaſis ſorbere incipiant: neq; etiā qui ſolo utuntur cremore, quòd ſorbentes lædentur intelligunt, ubi non rectè ſorbitionem inchoabunt. ſed tunc cauent, magnámq; intelligunt læſionē ſi æger ante maturationem morbi ptiſanam hordeaceam ſorbeat, cremore uti ſuetus. Quæ omnia efficaciter demōſtrant medicos nō rectè ægrotantes ad cibos inducere, quippe qui uaſa exinaniant in his in quibus exinaniēda nō ſunt, ſed ſorbitionē dare oportet.* Et cō

*trà in quibus ex uaſorum inanitione ad ſorbitiones tranſeundum non ſit, in illis tranſeant.*

Aduerbiũ hoc πυθμενόθεν, vel παντελῶς.i. funditus, prorſus, uel ἐξ ἀρχῆς.i. ab initio, Hippocrati indicat. Nã medicos ignorare ait quãdo primũ vel ptiſanã vel cremorẽ ægris dare oporteat. benè tamẽ ſcire, ſi ante morbi coctionẽ ptiſanam hordeaceã dederint, ſe ægrũ læſuros. Sequentem autẽ dictionis huius ſeriẽ quæ eadẽ ex eiſdem ſæpius dictis oſtendit, de induſtria ob claritatem tranſgrediar.

Καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀπάρτι, ἐνίοτε δὲ ἐν τοῖσι τοιούτοισι καιροῖσι μεταβάλλουσιν εἰς τὰ ῥοφήματα ἐκ τῆς κενεαγγείης, ἐν οἷς πολλάκις ἀρήγει ἐκ τῶν ῥοφημάτων πλησιάζειν τῇ κενεαγγείῃ, ἢν οὕτως τύχῃ παροξυνομένη ἡ νοῦσος.

*Et ut plurimũ exquiſitè. Interdum autẽ eo tempore ex uaſorũ inanitione ad ſorbitiones tranſeunt, quo ſæpius à ſorbitionibus ad uaſorum inanitionẽ tranſire expedit, ſi ita ex morbi exacerbatione cõtigerit.*

Hoc aduerbium ἀπάρτι & apud authores Atticos, & apud Hippocratẽ pro ἀπηρτισμένως & ἀκριβῶς, id eſt exquiſitè abſolutéque dicitur, in quo ſignificatu & nunc eſt vſus Hippocrates, demõſtrare volens medicos in illo maximè tempore permutare victus rationem ex abſtinentia cibi ad ſorbitiones, quo ad abſtinentiã accedere oportet, atq; hîc manifeſtè oſtẽdens cum morbi vigor adeſt, tunc tenuiſſimo de neceſſitate victu eſſe vtendum.

Ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπιπωρῶνται, ἀπό τε κεφαλῆς καὶ τοῦ περὶ θώρηκος τόπου χολώδεα, ἀγρυπνίαι τε συμπίπτουσιν αὐτέοισι, δι᾽ ἃς οὐ πέσσεται ἡ νοῦσος· περίλυποί τε καὶ πικροὶ γίνονται, καὶ παραφρονέουσι, καὶ μαρμαριγώδεα σφέων τὰ ὄμματα· καὶ

τα. καὶ αἱ ἀκοαὶ ἤχου μεσταί, καὶ ἀκρωτήρια κατεψυγμένα, καὶ οὖρα ἄπεπτα, καὶ πτύσματα λεπτὰ καὶ ἁλυκὰ καὶ κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι σμικρά, καὶ ἱδρῶτες περὶ τράχηλον, καὶ διαπορήματα καὶ πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ πυκνὸν ἢ μέγα λίην, ὀφρύες διηνώσιος μετέχουσαι, λειποψυχώδεα, πονηρά, ἐκ τῶν ἱματίων ἀπορρίψιες ἀπὸ τοῦ στήθεος, καὶ χεῖρες τρομώδεες, ἐνίοτε δὲ χεῖλος τὸ κάτω σείεται.

*Interdum autem & cruda tum à capite tum à thorace attrahuntur bilioſa, uigiliæq; his accedunt ob quas non coquitur morbus, triſteſq; & amari fiunt, deſipiuntq;, incerti & diſcurrentes lucis ſplendores oculis obiiciuntur, aures implētur ſono, frigent extrema, urinæ crudeſcunt, ſputa tenuia fiunt, ſalſa colore ſyncero & exigua, ſudores circa collum, anxietates inquietationesq;, & ſpiritus interciſus in ea quæ ſurſum fit aeris latione, frequens aut ualde magnus. ſupercilia quadamtenus amplificantur, deliquia animæ fiunt mala, ueſtiū à pectore reiectiones, manuum tremor, atq; interdum labij inferioris concuſsio.*

Vniuerſa hæc contingere his ait qui perperam à medicis cibati ſunt, qui primis diebus exiccatos ęgros die tertio vel quarto, vel quinto, vel ſexto repente ad edulia nō peracto morbi vigore permutauerunt, quaſi peracto morbi vigore conuenienter eos victū permutaſſe dicat. Quod autem dicebat: permutare quidem oportet ſanorum victū in morbis, neque tamen temerè id agendum: iam patere ex prædictis arbitror. Nempe cùm vna quidem corporis conditio ſana ſit, altera quæ à morbi initio ad ſtatum vſque extenditur, mox & tertia quæ ad perfectam vſque

 morbi

morbi ſolutionem ſeſe prorogat, deinde & quarta quæ totius conualeſcentiæ tempus aduſq; ſanitatis habitum occupat. in nulla harum quatuor cōditionum permutationes victus inſignes facere oportet, niſi prius in alterā conditionis ſpeciem peruētum ſit. Qui igitur ęgros morborū exordiis in omni ciborum abſtinentia ſeruant, ſi ad vigorem vſq; talem victus ſpeciem ſeruare poſſunt, nemo eos culpauerit: quod ſi facere non poſſunt propter interlabentes ægrorum vires, quòd perperam inedia vtantur, προταριχεύσαντες, id eſt exiccantes ægros palàm eſt omnibus. hoc autem verbo, abſtinentiæ importunitatē plus iuſto corpus exiccantem euidenter demonſtrat. vbi etenim quo tempore prope vigorem tenuius cibandum fuit, in eo cibum dare coacti ſunt, quòd ægros abſtinentia immoderatè exiccauerint eſt manifeſtum, quod vocatur ταριχεύεσθαι. Ob id igitur modo cibandi huic ſuccedere ait ſymptomata multa, & praua. quæ omnia continuata recenſet ſerie à bilioſis crudis exorſus. Nempe bilioſa cruda ita appellauit, quoniam & excrementorum concoctionem appellat: quāquam mutata corpus nutrire non poſſunt. vt bilis vtraque & qui græcè ἰχῶρες dicuntur. Veruntamen quoniam & talia euincit natura, cocta quidem conſueuit vocare Hippocrates excrementa huiuſmodi quæ à natura ipſa euicta ſunt: cruda verò, quæ non ſunt euicta. Ob id & pus in phlegmonis quæ concoquuntur fieri ait, quanquam pars nulla ex pure alimoniam accipiat, veluti accipit ex crudis appellatis humoribus & pituita, quæ reliquum perfectionis aſſecuta, & prorſus cocta, corpus nutrire poſſunt. Sic igitur bilioſorū humorū cōcoctio exiſtit, vt ſanguinis qui in phlegmone eſt in pus migrantis, intelligentibus nobis coctionis nomen in ſuo vniuerſaliore ſignificato. Eſt autem vniuerſalius, cùm natura cauſis fortior fuerit, permutaueritque eas ſuo robore. Quæ igitur veluti in anima carente corpore putreſcunt, nihil ad permutationem conferente ipſis innato calore, à coctionis ratione degenerant: hoc ſanè interdum contingit his humiditatibus quæ per vrinas excernūtur, atq; ob id crudas vrinas concoqui dicimus, quanquā corpus ex coctis vrinis ali non poſſit. Generali præstereà hoc

coctionis

coctionis ſignificato vtimur, cùm vel catarrhũ, vel coryzam, vel fluẽtes ex his humiditates, vel eas quæ ex oculis manant, aut crudas aut coctas eſſe dicimus. Ad hunc modum & bilẽ vel crudam, vel incoctam, vel coctã eſſe pronuntiamus. Cruda quidem, flaua admodum eſt, & acris, & male olens: cocta autẽ, & pallidior, & minimum malè olens. bilem igitur crudam incoctamq; ait ad ventrem de neceſſitate confluere, quæ ob prauam victus rationẽ tum ex capite tum ex thorace trahitur, idque cùm fame ægros necant, nullo vtili ſolatium ventri præſtãtes, atq; cùm ex inedia ad validos cibos prope vigorẽ intempeſtiuè tranſeunt. Recẽſet deinceps & ſymptomata alia, quę prauam ob victus rationẽ ortum habent: imprimis quidem vigilias, quæ longam inediam cibóſq; intempeſtiuè exhibitos conſequuntur, quæ vtroque nomine medicorum culpant victus rationem. Quòd autẽ vigilias morbi cruditas conſequatur manifeſtum ſanè exiſtit, ſi ſomnos concoctio ſequi debeat. Cæterum pertriſtes (inquit) fiunt ob vtraq;, ſcilicet tum ob longam inediam, tum ob validum repentinum alimentum. quo grauatur venter, grauatúſque languidos reddit & mœſtos ægrotantes. Adde quòd & amaros fieri ait, quippiam manifeſtè præfato ſimile adſtruẽs. Vt etenim ſunt qui ex melancholia tum languidi tũ mœſti fiunt, ſic alij quidem ſæpius acriter excandeſcunt, tanquam collecta aceruatáq; in ſtomacho bile. Vel ſanè cum amaros fieri ait, eam quæ in ipſorum ex tali bile fit amaritudinem indicat. Deſipientiæ & acres excandeſcentias, & bilem amarã vel in ſtomacho vel in cerebro collectam conſequi natæ ſunt. Incerti & diſcurrentes lucis ſplendores qui μαρμάρυγες græcè dicuntur, oculis fiunt propter eam quæ à ventre eſt exhalationem euaporationemq;, & propter ſanguinis qui ad caput fertur abundantiam. atq; ex his prius quidem ex importuna interdum fit ciborum oblatione, alterum autem propter eam quæ iudicatoria eſt ſanguinis eruptionem, vel delirium imminens. Conſimiliter & aures ſonis implentur tum propter eos qui à ventre ſurſum feruntur vapores, tum propter flatuoſum ſpiritum qui in capite oritur ipſo. Corporis extrema quæ ſunt pedes & manus, promptè perfrigere malè habente

ventris ore, haudquaquam nos præterit. vtpote cùm vel propter longam inediam vehemẽter à mordentibus mordetur humiditatibus, vel ob importunam cibi multitudinem grauatur. Patitur autem vtrũq; ex ea quæ antè dicta eſt victus ratione, qua medici ægros primis diebus vbi fame exiccauerint, tunc cùm tenuiter cibandum ſit, ad frumentacea repente trãſeunt edulia. Ob eandem rationem neque eorum qui ita cibantur vrinæ concoquuntur. Nam in ea quę citra vel cremoris ptiſanæ vel melicrati, vel oxymelitis oblationem fit exiccatione, ſanguis proptereà quòd non purgetur, bileſcit. propterque ſubitam ad eſculenta permutationẽ venter compatiente ipſi facultate vitali grauatur. quo fit vt ſtomachicæ appellatæ ſyncopæ manifeſtò nobis indicent facultatis vitalis ad os ventris condolentiã. hoc ſiquidem tum magis tum primum ex importunis tũ inediis tum cibis affligitur Ob id igitur ſputa & tenuia & ſalſa & parua & ſinceris coloribus fieri ait, & ſudorem circa collum duntaxat, & anxietatem inquietationemque & ſpirandi difficultatem. Crudus ſiquidem manet morbus propter exceſſum vtrunque, longam ſcilicet inediam, & intempeſtiuam cibi oblationem. Cruditatem autem ipſam conſequuntur ſputa commemorata, veluti & circa collum ſudores, virtute & ob famis anginam langueſcente, & ob cibum intempeſtiuum grauata. Conſimili modo & anxietas inquietatióq; quam græcè ἀπορίαν dixit, commune eſt vtrique ſymptoma, & ob longam inediam, quæ ventrem humiditatibus replet, & propter cibum intempeſtiuum grauantem. Verùm ſpirandi difficultas qua ſpiritus intercidit ob cibum intempeſtiuum magis quàm ob inediam oritur. Nam ſpiritum inter inſpirandum & intercidere & quaſi ſiſti tum anguſtiæ tum conuulſionis eſt nota. latio etenim quæ ſurſum fit expirationę facit. Tali autem ſpiritui contrarium tum in ſecundo tum in tertio de morbis populariter vagantibus libro percurrit, inquiens: duplex intrò reuocatio veluti ſuper inſpirantibus. Quòd autem, ob cibum intempeſtiuum & non propter penuriam talis fiat ſpirandi difficultas patet ex ſermone Hippocratis ſpiritum frequentem vel magnum valde perperam cibatis fieri aſſerentis.

ſit ſiquidem

fit ſiquidem frequens magnusque acto in anguſtiam ſepto tranſuerſo ab ea quæ in ventre continetur alimonia, cùm videlicet neque victa neque probè à ventre confecta inflationem parit. Nempe tunc ob ſepti tranſuerſi anguſtiã de neceſſitate minus aëris inſpiratur, quãquã thorax ſe ea, qua prius dilatabat, dilatatione dilatet. ergo quod nunc aëris deeſt priori qui inſpirabatur, id deficientẽ diminutúmque reſpirationis vſum facit. atque ob eam rem animal maiorem reſpirationẽ facere cogitur, vel frequentiorem, vel vtranque. Dictum autem abundè de ſpirandi difficultatibus omnibus in libris de ſpirandi difficultate, vbi tum harum tum aliarum difficultatum ſpirãdi cauſas vnà cum propriis demonſtrationibus ſcripſimus, verùm quantum ad præſens attinet hæc ſufficiant. Ait præterea & ex præpoſtero cibatu ſupercilia quadamtenus amplificari: verùm id bifariam ſcriptũ reperitur. Nempe in quibuſdam exemplaribus ſingulari numero ad hũc modum: ὀφρὺς διινώσιος μετέχουσα, id eſt ſupercilium quadamtenus amplificatur: in cæteris verò pluraliter, ὀφρύες διινώσιος μετέχουσαι, id eſt ſupercilia quadamtenus amplificantur. ſignificatur autem ex ea dictione ſupercilia ipſa quodammodo euelli vel retrahi, fitq; illud interdum quidem ambobus cõuulſim intentis, aut altero ſolo, interdum autem & altero reſoluto. Deinceps ait deliquia animæ mala fieri, ſermonem ad ſymptomata referens: per quæ & veſtium reiectiones fiunt, ardentibus ægris. Interdum autẽ & manus totæ tremulæ fiunt, plus aucto malo. Concuſſio autem labri inferioris morſum in ore ventris vehementẽ ſignificat. quo fit vt tale ſymptoma, vomitus acrium humorum etiam ſignum ſit.

Ταῦτα δὲ ἐν ἀρχῇσιν ἐπιφαινόμενα, παραφροσύνης εἰσὶ δηλωτικὰ σφοδρῆς, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀποθνήσκουσι.

*Hæc ſi ab initio apparuerint, delirium graue ueheménsque indicant, atque ut plurimum ægri moriuntur.*

Dicta (inquit) ſymptomata ſi circa morborum initia

 fiant,

ſiant, deliriũ vehemens denunciant. Morbi initium nunc intelligere te oportet totũ illud tempus, in quo nondum exiſtunt concoctionis notæ. Nempe & in libris de iudicationibus dictum eſt, nomen principij & plura ſignificare & ſignificatum quod nunc dictum eſt, ſecundum eam eſſe diuiſionem qua morborum tempora diuidentes, morbos ipſos conſtare ex principio, augmento, vigore & declinatione aſſerimus. Ergo cùm nuper dicta ſymptomata vbi prope morbi vigorem apparent, iudicationem futuram in conſtantibus morbis ſignificent: ſanè ſi in principio ſiant, iudicationem quidem non denuntiant (nihil enim in principio iudicari poteſt) ſed delirij notæ exiſtunt. Scriptum autem & de his abundè in libris de iudicationibus, ex quibus totum qui de his eſt ſermonẽ perdiſces: cum illic plenior ſit quàm vt nũc prorſus percurrere oporteat. Sed ſanè vt in cæteris, ita in his ſummatim perſtringere ſatis erit. Ergo quoties natura ad excretionem properat, effatu digna in corpore ſit perturbatio, ob quam ſymptomata huiuſmodi cum manifeſtiſſimis coctionis ſignis apparent. Verùm cùm perturbatio ſit ſimilis nullo à natura ad infeſtantium excretionem facto apparatu, tunc periculoſiſſimum eſt ſignum. dictum iam & cæteris in commẽtariis de iudicatoriis ſymptomatis qualia ſint, & quænam ipſorum natura, & quónam pacto ab his differant quæ ἐπιφαινόμενα, id eſt ſuperapparentia vocantur: quo in genere erunt & ipſa coctionis ſigna. Nempe & prognoſticum & librum de humoribus, & aphoriſmos iam ante hunc librum expoſuimus. Sanè ſemper de eiſdem eadem dicere, ad eum ſpectat qui prolixioribus vti conſueuit ſermonibus.

οἱ δὲ διαφεύγοντες, ἢ μετὰ ἀποστήματος, ἢ αἵματος ῥύσιος ἐκ τῆς ῥινὸς, ἢ πύον παχὺ πτύσαντες διαφεύγουσιν· ἄλλως δὲ οὔ.

*Qui autẽ euadunt, hi uel cum apoſtemate, uel ſanguinis è naribus fluxione, uel puris craßi excreatione euadunt, neque aliter.*

Cùm mori ipſos dixit, non ſimpliciter dixit, ſed: vt plurimum:

rimum: adſcripſit. Quapropter quónam pacto quidam ex ipſis ſeruentur, dicere ſequens erat, quos nunc percurrit: atque quoſdam ex ipſis ſeruari ait, aut per ſanguinis eruptioné, aut per apoſtema, aut puris abundè cocti excreationé, ex his quæ dixit, ægros huiuſmodi incurrere ſymptomata propter copiam conſignificans.

οὐδὲ γὰρ τῶν τοιουτέων ὁρέων ἐμπείρους τοὺς ἰητροὺς, ὡς χρὴ διαγινώσκειν τὰς ἀσθενείας ἐν τῇσι νούσοισιν, αἵ τε διὰ κενεαγγείην ἀσθενέονται, αἵ τε δι᾽ ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, αἵ τε διὰ πόνον, καὶ ὑπὸ ὀξύτητος τῆς νόσου· ὁκόσα τε ἡμέων ἡ φύσις καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτεκνοῖ πάθεα, καὶ εἴδεα παντοῖα· καί τι σωτηρίην ἢ θάνατον φέρει γινωσκόμενα ἢ ἀγνοεύμενα τὰ τοιαῦτα.

*Neque ſanè horum ita peritos uideo medicos, qui ut oportet dignoſcant eas quæ in morbis contingunt uirium infirmitates, & quæ ob uaſorum inanitionem, & quæ ob aliam quampiam irritationem, & quæ ob laboré, & quæ ob morbi acumen fiant, quas item natura noſtra habitúſque ſingulis adfectuum ſpecies omnigenas fabrefaciat, quamuis cognitæ ſalutem, & mortem ignoratæ ferant.*

Quoniam de ægri robore imbecillitateque ſermonem fecit, qui victus ſcopi ſunt nō vulgatiſſimi, ob id nunc ſermonem de imbecillitate eiuſdem virtutis repetit, quibus hæc fiat modis medicos cognoſcere debere aſſerens: nempe quòd quędam fiat ob vaſorum inanitionem (hoc enim vocabulum κενεαγγία id propriè & primùm ſignificat, atque ob id ἀσιτία, id eſt ciborũ abſtinentia κενεαγγία, id eſt vaſorum inanitio dicitur ſæpius, tãquam nomine generis etiã in ſpecie homines omnes vti cõſueuerint) alia ob πόνον, id eſt laboré, ſeu propriè dictũ vt dolori idé ſit, ſeu vt quiſpiã dixerit malam affectionem, qua in acutis morbis malè

malè ægri adficiuntur. Aliam prætereà virium imbecillitatem ob aliam quandam fieri ait irritationẽ. Nam ſi morſum dixit vel ventris vel inteſtini, ſymptoma hoc ſub dolorum nomine intellexiſſe eſt viſus. Verùm ſi vel vigilias vel oris vẽtris affectionẽ dixit, non propriè interpretari eſt viſus. Cæterum virtus exolui videtur & ob euacuationem quæ fit vel ſanguinis eruptione, vel vomitu, vel deiectionibus, vel ſudoribus, & ob longiorem quàm par ſit inediam: & propter tum dolorem aliquem, tum vigilias, tum aſſiduas purgandi ventris gratia ſurrectiones. atque etiam cùm os ventris ita affligatur, vt ſyncope inſultet: idque vel propter grauantis alimoniæ copiam, vel contriſtantem quandam ipſius qualitatem: nempe hæc virtutem celerrimè tum fatigant tum diſſoluunt. Omnes igitur hæ virium offenſæ ex manifeſtis quidem fiunt cauſis: ſed aliæ ex non manifeſtis. vt quando abſque manifeſta vacuatione vel vigiliis vel inedia, vel oris ventris ſenſu ægri ad talem ſubtrahuntur corporis affectionem, qualem in prognoſtico circa initium ſcripſit Hippocrates, inquiens: Naris acuta, oculi concaui, collapſa tempora, & quæ deinceps ſunt. Nam hæc corporis conditio fit quidem & ob vigilias, & ob excretionem quandam quæ multa ſit, & ob inediam: fit quoque & abſque his, cùm ſcilicet corporis humores tenues fuerint, & febris calor acris. Nam euaporantur qui ita extenuantur per inſenſibilem euacuationem. Nonnullis autem & ob intemperaturam principis vnius partis adfectæ imbecilla redditur facultas. Primùm ſiquidem adfecta prima laborat, deinde affectuum participatione & reliquæ duæ. Didiciſti enim vnam eſſe in neruis facultatem, quæ principium habet cerebrum: alteram in arteriis, cuius principium eſt cor: tertiam verò in venis, quæ ex hepate oritur. Ergo partis vnius quæcunque illa fuerit, intemperatura propriam interdum facultatem violauit, cui adfectus participatione conſenſerunt reliquæ duæ facultates. Velociſſimæ igitur fiunt corde patiente mortes, deinde adfecto cerebro, tardiſſimæ ab hepate prodeunt. vt enim partes hæ intemperie adfectæ maximam facultatis vnaquæque ſuæ offenſam incurrunt: ſic partes

aliæ

aliæ principio vnicuiq; propius adpoſitæ,ſi forti intemperatura affligantur,virtutū principia ad ſympathiam agunt. Sunt etiam aliæ quæ quãuis propius adpoſitæ non ſint,ob generalem tamen communitatē,vel quandam affectionis proprietatē, partes virtutū principia continentes lædunt. Os igitur vētris cùm vitalem facultatē ad ſympathiā agit,ſyncopas infert:cùm verò propriè animalem appellatam,deſipientias vel conuulſiones. Vterus interdum & apnœas quas non ſpirationes propè dixeris,interdum & neruorū conuulſiones. Verùm ſingula hæc cōpleta ſimpliciter cognoſcūtur: cùm verò fiunt & ſenſim increſcūt, medicos pleroſq; latent. quę ſanè non quando ob magnitudinē auxilio iam carent cognoſcere oportet: quod vulgò contingit:ſed & cùm incipiunt & fiunt. hoc ſiquidem optimū eſt:quod ſi fieri non poteſt,ſaltē omnino cùm increſcunt, dignoſcere eſt neceſſe. ſanè hæc omnia Hippocrates ſignificaſſe in hac dictione mihi videtur,cū inquit: quas item natura noſtra habituſq; ſingulis adfectionū ſpecies omnigenas fabrefaciat. vbi naturam tēperaturam dixit, & habitum ſtruem corporis compoſitionemq; . Nam qui rarā ex natura texturā habent,tum euaporantur,tum ſyncopā facilè incurrunt. qui verò denſiore conſtant textura,hi in morbis cunctantur,diutiúſque trahunt. ſic autem & partes nonnulli habent alias quidem frigidiores, alias calidiores,alias ſicciores,& alias humidiores. Sed omnibus peculiaris temperamento morbus.

Μεῖζον μὲν γὰρ κακόν ἐστιν, ἢν διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς νόσου ἀσθενέοντι προσφέρῃ τις ποτὸν, ἢ ῥόφημα πλεῖον ἢ σιτίον, οἰόμενος διὰ κενεαγγείην ἀσθενέειν· ἀεικὲς δὲ καὶ διὰ κενεαγγείην ἀσθενέοντα, μὴ γνῶναι, καὶ πιέζειν τῇ διαίτῃ· φέρει μὲν γάρ τινα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτὰς, πολλῷ δὲ ἧσσον τῆς ἑτέρης. καταγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρης. εἰ γὰρ ἄλλος ἰητρὸς, ἢ καὶ ἰδιώτης εἰσελθὼν καὶ γνοὺς

τὰ

τὰ ξυμβεβηκότα, δῴη καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν ἃ ὁ ἕτερος ἐκώλυσεν, ἐπιδήλως ἂν δοκέῃ ὠφεληκέναι. τὰ δὲ τοιάδε μάλιστα καθυβρίζεται, τῶν χειρονακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· δοκέει γὰρ αὐτέοισιν ὁ ἐσελθὼν ἰητρὸς, ἢ ἰδιώτης, ὡς περ καὶ τεθνειότα ἀναστῆσαι.

*Maius ſiquidẽ malum eſt ſi ob laborẽ morbiq; acumen debilitato porrexerit quis potũ uel ſorbitionẽ copioſiorẽ, uel cibum, debilitatẽ eã ex uaſorũ inanitione cõtigiſſe arbitratus. Neq; calũniã effugere poteſt qui ægrè ualentẽ ex uaſorum inanitione non cognoſcit, torquétq; uictus genere. periculũ ſiquidem affert aliquod erratũ hoc, ſed longè minus q̃ alterum: atq; riſu dignus magis quàm alter, hic error. Nã ſi medicus alius uel plebeius ægrũ interuiſerit, cognoueritque ea quæ cõtigerũt, dederitq; tũ edendũ tum bibendũ quod alter uetuerit, is præſidiũ manifeſtè attuliſſe exiſtimabitur. Talia aũt maximè ſi artifices cõmiſerint, uulgò uituperãtur. Nam ipſi qui ægrũ interuiſit uel medicus uel plebeius, ueluti à mortuis ſuſcitaſſe uidetur.*

Ob dolores ſæpius ægri ſine pulſu reddũtur, animæq; deliquia incurrunt, & nullo pacto queunt moueri, ſimiliter & ob morbi acumen. ſunt autem quibus non ob hæc virtus offenditur, ſed ob vaſorum quomodolibet factam euacuationem. ſiue igitur ob euacuationẽ ſenſui manifeſtam, ſiue ob eam quæ per halitũ fit diſcuſſionem, ſiue ob inediam virtus labefactata fuerit, qui ita adfecti ſunt, cibari quamcelerrimè expoſtulant. Contrà autẽ qui ob dolorem vel morbi acumen parũ valentem habent facultatem, vacuatione interdũ magis quàm repletione indigẽt. imò qui cibum his exhibet, maximum adfert detrimentum. Verùm qui ex vaſorũ inanitione parum valent, hos ſi diæta tenui preſſerit, lædet, quanquam non æquè euidenter

denter vel celeriter. Ignorare autẽ ſi æger parum valeat ob vacuationem magis quàm ob dolorem, probro vertitur. Cætera dictionis manifeſta ſunt.

Γεγράψεται δὲ καὶ περὶ τούτων σημήϊα, ὅισι δεῖ ἕκαστα τουτέων διαγινώσκειν.

*Scribemus autem & horum notas quibus ſingula dignoſci poßint.*

Rurſum & hîc pollicetur Hippocrates ſicuti paulò antè, ſe librũ alium quendam de morbis acutis ſcripturum.

Παραπλήσια μέντοι τοῖσι κατὰ κοιλίην ἐστὶ καὶ ταῦτα. καὶ γὰρ ἢν ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύσηται πολὺ παρὰ τὸ ἔθος, οὐκ αὐτίκα ἐῤῥωται μᾶλλον· ἢν δὲ δὴ καὶ πλείονα χρόνον διελινύσας, ἐξαπίνης εἰς τοὺς πόνους ἔλθοι, φλαῦρόν τι πρήξειεν ἐπιδήλως. οὕτω δὲ καὶ ἓν ἕκαστον τοῦ σώματος. καὶ γὰρ ἢν πόδες, τοιόνδε τι πρήξειαν καὶ τὰ ἄλλα ἄρθρα μὴ εἰθισμένα πονέειν, ἢν διὰ χρόνου ἐξαπίνης εἰς τὸ πονέειν ἔλθῃ· ταῦτα δ᾽ ἂν καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ οἱ ὀδόντες πάθοιεν καὶ πᾶν ὁτιοῦν. ἐπεὶ καὶ κοίτη παρὰ τὸ ἔθος μαλακὴ πόνον ἐμποιέει, καὶ σκληρὴ παρὰ τὸ ἔθος, καὶ ὕπαιθρος παρὰ τὸ ἔθος εὐνὴ σκληρύνει τὸ σῶμα.

*Similia porrò his quæ uentriculo contingunt, hæc etiã ſunt. Nã ſi corpus totũ præter conſuetudinẽ otiatũ fuerit, nõ confeſtim robuſtũ magis euadit. quod ſi diutius otiatum ad labores ſeſe repente uerterit, uile profectò quippiam euidenter operabitur. Ita autẽ & de cæteris corporis partibus eſt exiſtimandũ. Nempe & pedes tale quippiam operabuntur, atque alij articuli laborare non conſueti, ſi longo pòſt interuallo ad*

*lo ad laborẽ ſubitò ſe uertant. hæc patientur oculi & dẽtes, & quicquid huiuſmodi eſt. Præterea & cubile præter conſuetudinẽ & molle & durũ laborem facit. Cubile item ſub diuo præter ſolitũ corpus indurat.*

Rurſus ad inſtitutum rediit Hippocrates abſoluto de virtutis imbecillitate ſermone, in quem per digreſſionem inciderat, aitque quæ nunc dicentur, ſimilia quodammodo eſſe his, quæ ventri contingere dicta ſunt. Nempe ſcopum dirigit ad ſummam eandem, in qua mutationes ſubitas magnam ægris adferre læſionem adſtruit. Quod autẽ hoc in loco ſcribit, huiuſmodi eſt: vt venter diutius omnino otiatus functionẽ perficere probè nõ poteſt, niſi prius ſenſui rurſum aſſueſcat, & ſuas exerceat operationes: ſic corpus vniuerſum, ſingulæq; aliæ partes. deinde & partes aliquas ſerie cõtinuata nominatim commemorat, atq; tandem in fine ſermonis, eius quę ex cubili fit mutationis mentionem fecit, probans ſanè & nunc quod ab initio de conſuetudinis mutatione eſt ab eo propoſitum.

Αὐτὰρ καὶ τῶν τοιῶνδε πάντων ἀρκέει παραδείγματα γράψαι. εἰ γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ, μήτε λίην ἐπίκαιρον μήτε λίην εὔηθες, μήτε ἄγαν δυσελκὴς ὢν, μήτε ἄγαν εὐελκὴς, αὐτίκα ἀρξάμενος ἐκ πρώτης κατακείμενος ἰητρεύοιτο, καὶ μηδαμῆ μετεωρίζει τὸ σκέλος ἀφλέγμαντον ἂν οὕτω εἴη, καὶ ὑγιὴς πολλῷ θᾶσσον οὕτω γένοιτο, ἢ εἰ περιπλανώμενος ἰητρεύοιτο. εἰ μέν τοι ε. ἢ ϛ. ἢ καὶ ἔτι ἀνωτέρω, ἀναστὰς ἐθέλει προβαίνειν, μᾶλλον ἂν πονέοι τότε, ἢ εἰ αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς πλανώμενος ἰητρεύοιτο. εἰ δὲ καὶ πολλὰ ταλαιπωρήσειεν ἐξαπίνης, πολλῷ ἂν μᾶλλον πονήσειεν ἢ ἐκεῖνος ἰητρευόμενος ταῦτα, ταλαιπωρήσειεν ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσιν.

*Sed horum*

*Sed horum omnium exempla ſcribere ſatis fuerit. Nam ſi quis ulcus neque admodum inſigne, neque ualde uile in tibia acceperit, fuerítque homo cui neq; admodum difficulter, neque ualde promptè ulcera ſanātur, & prima protinus die ita iacens curetur, ut nequaquam crus extollat, hoc ſanè pacto ſine inflammatione manebit, citiúſque ſanitati reſtituetur quàm ſi oberrans curaretur. Quòd ſi uel quinto uel ſexto uel ſuperiore adhuc die ſurrexerit, atque obambulare uoluerit, magis laborabit quàm ſi ab initio errans curatus fuiſſet. Porrò ſi & multum & repente ſe fatigauerit, multò magis laborabit, quàm ſi ita curatus in diebus eiſdem ſeſe laſſum & defatigatum reddiderit.*

De repentina adhuc mutatione vt anteà in exemplis aliis ita & nunc in vlcere ſermonem facit Hippocrates. Nam ſi quiſpiam (inquit) vlcus in tibia habens, quem & quieſcere & iacere oporteat, quiete obambulet, hoc enim ſignificat: oberrans curaretur: lædetur quidem prorſus, ſed minus quàm qui primis diebus quieuerit: deinde ſubito circa quintum vel ſextum, vel diem etiam ἀνωτέρω, id eſt ſuperiorem, tertium videlicet vel quartum ambulare cœperit. ſunt qui vocabulum hoc ἀνωτέρω de ſequentibus dici diebus exiſtiment, ſeptimo ſcilicet & octauo & nono. quod ſi ipſis placebat, eos principium vocabuli per ε & ξ ἐξωτέρω & nō ἀνωτέρω per α & ν ſcribere oportebat. quid itaque (inquient) tale fieri non poterit vnquam vlcus, vt ſcilicet non parum lædatur qui ſeptimo vel octauo ambulare cœperit, & anteà quieuerit? & grauiter dixerim, ſi vlcus magnum fuerit, vel laborans fuerit, vnus ex eis quibus vlcus difficulter curatur, & magis ſi ambo concurrerint. Quòd ſi neque vlcus magnum fuerit, neq; laborās fuerit cui difficulter vlcera ſanētur, curetur autem conuenienter (nempe & hoc ſubaudire in ſermone oportet. Iā circa ſeptimū aut octauū bene habebit, & ambulare

ambulare citra læſionem poterit: quam ob cauſam ſermoni adiecit: vlcus neque admodum ἐπίκαιρον, id eſt notabile inſignéque, neque valde εὐήθης, id eſt vile. ſimplex ſcilicet εὐήθης vocans. Fueritque item homo cui non admodum difficulter vlcera ſanentur. Is ſiquidem ſi nihil aliud circa curationem erratum ſit, ſolum quia moderatè ambulet cùm iacere debeat, lædetur quidem, ſed non ita grauiter vt ſi primis diebus quieuerit, mox tertia vel quarta vel quinta vel ſexta obambulare cœperit. Qui verò magnum vlcus habuerit, atque is ſit cui difficulter vlcera ſanentur, non mediocriter ſed grauiter lædetur ab initio obambulans. Veluti & qui paruum vlcus habuerit, atque is ſit cui facilè admodum vlcera ſanentur, ſi primis diebus quieuerit, & quinta vel ſexta die ambulare cœperit, non grauiter ſed mediocriter offendetur. Ob eam igitur cauſam Hippocrates de eo qui in vtraque oppoſitione medium obtinet, ſermonem fecit. Oppoſitionem autem dicit tum eam quę in magno & paruo vlcere comperitur, tum eam qua homo dicitur δυσαλθὴς & εὐαλθὴς, id eſt cui tum difficile tum facile vlcera ſanantur. liquet autem quòd nihil referat dicere ἐπίκαιρον vlcus, id eſt inſigne, vel μέγα, id eſt magnum: ſicuti neque μικρόν, id eſt paruum, vel εὐήθης, id eſt ſimplex. Nempe ἐπίκαιρον propter loci naturam tale fit: magnum verò virtute perficitur, etiam ſi ſectione corporis paruum ſit: vel ipſa ſectionis magnitudine inſigne fiat. εὐήθης verò, id eſt vile quod ſimplex eſt & paruum; vel propter loci naturam quæ vilis & abiecta eſt, vel propter ſectionem ipſam paruam factam dicitur.

Διὰ τέλεος οὖν μαρτυρέει ταῦτα πάντα ἀλλήλοισιν, ὅτι πάντα ἐξαπίνης μείζω πολλῷ τοῦ μετρίου μεταβαλλόμενα, ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τὰ βλάπτει.

*Omnia igitur hæc inter ſe ſubitam omnem ſupra modum huc & illuc mutationem nocumentum inferre perpetuò teſtantur.*

In exemplis

In exemplis ſingulis præſentis ſermonis mentionem facit Hippocrates: quapropter & nunc in exemplo quod de vlcere facit, idem eſt exequutus. Nempe διὰ τέλεος, id eſt perpetuò idē ſignificat quod διὰ παντὸς & ἀεὶ, id eſt vbique & ſemper.

πολλαπλασίη μὲν οὖν κατὰ κοιλίην ἡ βλάβη ἐστὶν, ἢν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης ἐξαπίνης πλέον τοῦ μετρίου προσάρηται· ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα, ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθοι, πολὺ πλείω βλάψει, ἢ ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς ἐς κενεαγγείην μεταβάλλοι. δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τουτέοισιν ἐλινύειν, κἢν ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς σχολήν τε καὶ ῥαθυμίαν ἐκπέσῃ, δεῖ δὲ καὶ τουτέοισι τὴν κοιλίην ἐλινύειν πλῆθος βρώμης. εἰ δὲ μὴ, πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιήσει, καὶ βάρος ὅλου τοῦ σώματος.

*Multò itaque maior in uentre eſt læſio ſi ex multa uaſorum inanitione repente quid plus iuſtò ingeratur. ſimiliter ſi reliquum corpus diutius ociatum ſubito ad laborem uehementiorem ſeſe uerterit, multò magis lædetur: quàm ſi ex multo cibo ad uaſorum inanitionem tranſferatur. Corpus reuera his ceſſare oportet, & ſi ex multa fatigatione ſubito ad otium ignauiámque deſciuerit. Oportet & illis uentrem à ciborum ceſſare multitudine, alioqui læſio in corpore fiet, corpúſque totum grauabitur.*

Quod primum omnium demonſtrare decreuerat, id de ſubitis in ventre mutationibus fuit. Deinde ab hoc ad generalius quod & vniuerſalius dicunt tranſiens, de repentina omni conſuetudinis mutatione hucuſque percurrit.

Nam cùm ſpecialiora in generalioribus & particularia in vniuerſalibus contineantur, ventríſque permutatio cũ ſubita omnium mutatione demonſtrata ſit, nũc rurſus ad ventrem reuerſus, mutationum quæ in eo fiunt differentias edocet: aitque longè grauiorem in victus mutatione eſſe læſionem, cùm ex multa inedia repente plus modico ingeritur, quàm ſi ex multo cibo ad inediam tranſmutatio fuerit. ſimile huic fieri in toto corpore depręhẽditur. Nam minus lędunter qui ex motione ſubito ad quietem tranſeunt, quàm qui ex quiete ad motionem tranſmigrãt. Rurſum & hoc in loco permutatiõis intẽpeſtiuæ emẽdationes veluti & in antedictis adſcripſit, quãquã id ad præſentẽ nõ videatur pertinere ſpeculationẽ. quæ autẽ adſcripſit hęc ſunt: qui ex motu quidẽ actionéq; in ociũ & ſegnitiem tranſeunt, eos ἐλινύειν, id eſt ceſſare, id eſt toto quieſcere corpore præcipit, quod idem huic ſententiæ exiſtit: vbi fames, laborandum non eſt. At qui ex multa fatigatione ad quietem trãſeũt, eos pauciora ingerere iubet, quod eſt & ventriculũ quieſcere: quoniã qui toto corpore non laborans conſueta ingeret, is multitudinem ſubalet. qua efficitur ratione vt totum corpus grauetur, laboretque. πόνος autẽ, id eſt labor, nunc Hippocrati læſionem indicat, multis particularibus læſionibus genus exiſtens.

Ὁ δὴ ὦν πλεῖστος μοι λόγος γέγονε περὶ μεταβολῆς τῆς ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τά, ἐς πάντα μὲν ὦν εὔχρηστον ταῦτ᾽ εἰδέναι· ἀτὰρ περὶ οὗ ὁ λόγος ἦν, ὅτι ἐν τῇσι ὀξείῃσι νούσοισιν ἐς τὰ ῥοφήματα μεταβάλλουσιν ἐκ τῆς κενεαγγείης. μεταβλητέον γὰρ ὡς ἐγὼ κελεύω ἤδη· ἔπειτα οὐ χρηστέον ῥοφήμασι, πρὶν ἢ νοῦσος πεπανθῇ, ἢ ἄλλό τι σημεῖον φανῇ, ἢ κατὰ ἔντερον κενεαγγικόν, ἢ ἐρεθιστικόν, ἢ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ὁκοῖα γεγράψεται σημεῖα.

*De mutatione quæ in hæc uel illa fit, plurima ſum loquutus, ꝙ reuera hæc nouiſſe cõmodiſſimũ ſit, cùm*

*ad omnia*

*ad omnia tum ad id de quo nunc agitur. Nempe quòd in morbis acutis ex uaſorum inanitione ad ſorbitiones tranſitur, tranſeundum quidem præcipio ego: ſed ſorbitionibus haudquaquam utendum, priuſquã morbus ad maturitatem perductus fuerit, aut ſignum aliquod aliud apparuerit: ut in inteſtinis uacuatorium uel proritatorium, uel qualia in hypochondriis ſcribentur ſigna.*

Rurſus ſermonem totum in ſummam vnã coëgit Hippocrates, in habentibus quidem ſimiliter victum haudquaquã permutare præcipiẽs: verùm in his qui ex ſanitate ad morbum tranſeunt, permutare quidem, non tamen vt cæteri permutant. Deinde compendio quodam victus ſcopum in acutis morbis declarauit. Nam ſi morbus maturuerit, tranſeundum ad cremoris ptiſanæ exhibitionẽ præcepit: & ſi adhuc crudus fuerit, non tranſeundum niſi forſan ſymptoma aliquod quod vires proſternat apparuerit. vt vel vacuatio ventris immodica, vel aliud quippiam quod proritet. Cõmuni autẽ proritationis nomine comprębendit omnia quæ quouis modo virtutẽ ad infirmitatem agũt. quo in numero cenſentur & morſus quem acris humor ſiue in inteſtinis, ſiue in vẽtriculo, & præſertim ipſius ore parit, & vigilia, & ira, & mœror & lũbrici elmynthes, qui ab inteſtinis ad ventrem vſque aſcẽdunt, & cutis totius aut mẽbri alicuius q̃ nocte aggreditur, pruritus. ita vt virtus non ſolũ ob irritationem, verùm quoque & propter vigilias, exoluatur. Prætereà inquit: vel in hypochondriis qualia ſcribentur ſigna. Nam & ipſa dandam vel non dandam commonſtrabũt alimoniam. fieri ſiquidem poteſt vt intelligatur vtrumque: ſed alterum magis pro ſermonum conſequentia. Nempe pręcipiens à ptiſana abſtinendum ante morbi maturationem, cum ſcilicet æger ſufficere poſſit, adiecit: niſi ſignum aliquod apparuerit, vel in inteſtinis vacuatorium aut proritatorium, vel in hypochõdriis qualia ſcribentur, tãq̃ hæc cremoris exhibitionẽ ante morbi maturitatẽ aliquãdo admoneãt.

Fortè hypochondria dicit quę vehementer exaruerunt, & ſqualida admodum exiſtunt. Talia nempe contingunt & mortiferæ faciei, de qua in prognoſtico dixit: naris acuta, oculi concaui, & collapſa tempora: Nempe is ſignorum concurſus hypochondrium habet ita depreſſum, vt quempiam ex inexercitatis fallat: tanquam retractum videatur. Verùm deprimi vehementer ob ſiccitatem & propter phlegmonem retrahi idem non eſt, quanquam exuberans corporis ſiccitas tenſionem ſepto tranſuerſo & hypochondrio pariat maiorem. ſed maximè animaduertas diſtinguáſque à ſiccitate phlegmonem oportet, quòd ſanatio non vna ſit. Nempe qui hoc ipſum ob phlegmonē tale habent, tenuiſſimo egent victu: qui verò ob ſiccitatem, contrario, vbi ſæpiuſcule paucum exhibemus ptiſanæ cremorem.

Ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ, πόμα καὶ σιτία ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα ποιέει, καὶ ἡ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὖ μεταβολὴ, διαλύει τὸ σῶμα καὶ ἑφθότητα καὶ καρηβαρίαν ἐμποιέει.

*Fortis uigilia potus cibóſque tum crudos tum incoctiores reddit. Verùm ea quæ in alia fit tranſmutatio corpus diſſoluit, excoctionémque & capitis grauitatem parit.*

Sæpius exiſtimaui librum hunc in typis repertum poſt mortem Hippocratis fuiſſe publicatum. Nō ſecus etenim quàm hoc pacto facta eſſe videtur inordinata ſermonum compoſitio. Nam quæ ab Hippocrate inueniebātur exēpla, hæc in libro ad fidē vniuerſalē ſcripta ſunt, alia quidem in facie, alia in tergo. Neque enim vnicuique tum aſcripto tum addito ſuum aſſignare ordinem potuit. Ergo quod ab Hippocrate impræſentiarū dicitur, id manifeſtè tum incompoſitum tum inordinatum exiſtit. Neq; enim hoc in loco aſcribendæ rei huius occaſio fuit, quanquam bene pauloante, cùm de ea quæ præter conſuetudinem ad contrarium fit mutatione exempla ſcripſit. Nempe illis adſcribi hoc quoque debuit, quæ etenim ad vigiliam

inſueta fit mutatio, crudiores tum cibos tũ potus efficit, quæ verò ad ſomnum multum, eumque ſtudio quodam accerſitum ſegnitiem corporis & capitis grauitatem. quã enim dixit ἑφθότητα, id eſt excoctionem & diſſolutionem & capitis grauitatem, verbo vno coniunctam compræhẽſamque manifeſtat roboris exolutionem. Commonſtrat autem & nomen ἑφθότητος excoctionem quæ ob calidam humiditatem fit, non ob ſiccitatem. Nempe vigilia per halitum digerere, non quæ in imo ſunt coquere nata eſt: ſomnus verò humectare, ſpiritumque & effluuia cohibere. Non igitur abſque ratione in eorum qui plurimum præter conſuetudinem dormiunt corpore halituoſa redũdant excrementa, atque ob eam rem tota ipſorum conſtitutio excoctis ſimiliter exoluta redditur.

Secundi commentarij Finis.

# Galeni in librũ

## HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN *morbis acutis commentarius tertius.*

Ioanne Vaſſæo Meldenſi interprete.

Γλυκὺν δὲ οἶνον καὶ οἰνώδεα, καὶ λευκὸν, καὶ μέλανα, καὶ μελίκρατον, καὶ ὕδωρ, καὶ ὀξύμελι, τοῖσι δὲ σημαινόμενον, χρὴ διορίζειν ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν.

*Qvibus autem uinum dulce uinoſumq;, & album & nigrum, melicratúmque, & aqua & oxymeli in morbis acutis imperẽtur, diſtinguere oportet.*

Non incompoſitè ſolum inordinateque, verùm quoq; & diminute vinorum catalogum fecit. Eſt ſiquidem vna ipſorum differentia in colore: alteram qualitas in guſtatu facit: tertia conſiſtentiam reſpicit: & quartam odor progignit. & quinta in virtute reperitur. Ea itaque quæ in colore eſt, in album, nigrum, fuluum, flauúmq; & rubrum ſectio fit, exiſtentibus quidẽ & aliis quæ medium obtineãt differentiis: at vt in colore, ſic & in virtute permixtæ exiſtunt. Quæ autem ex guſtatu vinorum eſt differẽtia, ea vinum in dulce & auſterũ diuiditur, & ex his medium, tum quod neutram habeat quæ manifeſta ſit qualitatem, tum præter id quod ex vtraque conſtet, qualitate, præterea & in id quod acre appellitatur. Quæ verò in conſiſtẽtia reperitur vinorum differẽtia, in aquoſum ſecatur & tenue, & in valde craſſum, & in horũ medium: deinde rurſus in ea quæ medium hoc & extrema interiacẽt. At ſecũdum eam quæ in odore eſt vinorum differentiã, alia quidem boni odoris ſunt, alia nõ boni, ſed feriẽtem quãdam & inſuauem nacta ſunt qualitatem: alia nullo pacto odorem habent, ſed ſunt aquæ inſtar inodora. Differẽtia verò vinorum in virtute eſt quatenus hoc quidem potẽs, aliud verò infirmũ, & aliud medium, atque aliud quod medium hoc & extrema interiacet. Vinum potens vehementer celeriterque corpus calfacit, & caput replet: infirmum verò contrario modo agit. Quæ verò medium obtinent, nota ſunt ſi ab extremis diſtinguantur. Potens vinoſum appellatur, infirmum aquoſum. Nempe vbi vinum aqua ſuperius exiſtit, id cũ in aliquo vehemẽtiſſimum eſſe videbimus, iure vinoſum appellabimus: ſicuti & contrarium aquoſum quod aquæ maximè in omnibus ſimile ſit, tenuitate ſcilicet, & colore & odoris carentia, & non manifeſta calfactione. Hæ itaque ſecundum propriam naturam ſunt in vinis differentiæ. Adiecerunt his quidam eam quæ ex tempore deſumatur, differentiam: quoniam nonnulla quidem ſunt valde vetuſta, alia recentia, & alia quæ medium horum obtineant. ſed quòd differentiæ eiuſmodi eorum ſint quę extrinſecus accidãt, palàm eſt. Nempe quatenus tempore acriora & calidiora fiunt vina, atque vnà cum his tum colorem, tum ſub-

ſtantiam tum odorem mutant, eatenus differentiam aliquam in vinis tempus facere videtur. Quòd ſi nihil horum immutetur, neque ab aliquo vinum vetus dicetur, neque recens. Imò neque nunc ita dicunt tanquam vini ipſius annis opus prima ratione habentes, ſed tãquam ſimul cum annis virtutem commonſtrantes. Non enim ob tempus vina vel iuuant vel lædunt, ſed ex propriarũ differentiarum mutatione id habent. Per accidens itaque temporis mentionem facimus in vinorum differentiis, non proprie, neque primùm. Differentiarum verò ipſarum propriarum quæ in vinis reperiuntur, quædam quidem iuuant lædúntque propria ratione, aliæ verò non propriè ſed per accidens. Dulcitudo quidem, & auſteritas, propria ratione: ſic tum potentia, tum imbecillitas, tum tenuitas, tum craſſities. Sed differentiæ quæ tum à colore, tum odore deſumuntur, non primùm ſed per accidens: quoniam ex vinis alia quidem tum aquoſa tum alba ſunt, & fulua & nigra, alia verò aquoſa & inſtar aquæ inodora, vel inſtar aromatis vnguentique beneolentia. ſi itaque vinorum hæ ſint differentię & ſecundum peculiarem virtutem, & per accidens connumeratæ, tam tibi cõſtat de eo tũ ordinis ipſarũ tũ numeri qui in præſenti dictione ſit defectu. At ſi in ſequentibus omnium quæ cõmodæ ſint differentiarum meminiſſe Hippocrates videatur, veniam inter exponendum defectis ipſius dabimus.

Ὁ δὲ γλυκὺς ἧσσον ἐστὶ καρηβαρικώτερος τοῦ οἰνώδεος, καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος, καὶ διαχωρητικώτερος δή τι τοῦ ἑτέρου κατ' ἔντερον· μεγαλόσπλαγχνος δὲ σπληνὸς καὶ ἥπατος, οὐκ ἐπιτήδειος δ' ὦν οὐδὲ τοῖσι πικροχόλοισι· καὶ γὰρ δ' ὦν διψώδης τοῖσί γε τοιουτέοισιν ἐστίν· ἀτὰρ καὶ φυσώδης ἐντέρου τοῦ ἄνω, οὐ μὴν πολέμιός γε αὖ τῷ κάτω ἐντέρῳ κατὰ λόγον τῆς φύσεως. καίτοι γε οὐ πάνυ πορίμη ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ γλυκέος οἴνου φῦσα, ἀλλ' ἐγχρονίζει περὶ ὑποχόνδρια.

*Vinum dulce uinoſo minus caput grauat, minúſq; mentem ferit, atque quàm alterum magis deiectoria quadam pollet in inteſtinis facultate: ſed lienem hepárque tumefacit, picrocholiſqne nullo pacto idoneũ. Nempe & his ſitim facit, ſuperiúſque inflat inteſtinũ, non tamen inferiori pro ratione flatus eſt inimicum, etſi non admodum penetret, qui à dulci uino eſt flatus, ſed circa hypochondria cunctetur.*

Vinum dulce ſecundum guſtandi qualitatem nominatur: qua & auſterum & acre, vt aquoſum prætermittamus quod nõ prorſus ab adſtrictione degenerauit, tametſi lãguidam prorſus exolutamque habeat adſtringendi qualitatem. Nam ſi aquæ ipſum comparaueris, percipies manifeſtè ex ea comparatione guſtum eiuſmodi vinorũ eorum eſſe quæ modicam nacta ſint adſtrictionem. Aquoſum autem vinum appellant homines quod tum colore tum ſubſtantia aquæ ſimile ſit: perſpicuum ſiquidem vt aqua, ſplendidúmque & purum & ſubſtantiâ tenue videtur. Protinus autem & virtute aquæ ſimile exiſtit, neque caput imbecillum feriens, neque neruos imbecillos, quãdo ne quidem manifeſtè calfacit. Sed de vino hoc rurſus dicetur. Dulce autem vinum vocatum quidem ita ab ea quæ ſecundum guſtum eſt qualitate, ſed multis numeris ab aqua & colore & ſubſtãtia receſſit. Neque enim tenue exquiſitè, neq; album videbis vnquam vinum dulce, ſed plus minus à dictis recedens, & neutrum ipſorum habẽs. Dulcia autem vina maximè ſunt Theræum & Scybelites craſſa vtraque & nigra. Dulcia quoq; & ea quæ in Mæonia ſunt, Therinum & Caryinum, tantò dictis & craſſitie & nigritie ſuperiora, quantò dulcitudine inferiora. præterea & quod appellatur epſema & ſiræon (nos ſapã vocamus) ex cocto muſto confectum quantò dulcius vino redditur, tantò & nigrius colore, & ſubſtantia craſſius apparet. Quarto autem de ſimplicium medicamentorum viribus dulcem omnem ſaporem à caliditate quæ non immoderata & vehemens ſit, fieri demõſtrauimus: ſicuti & acrẽ à vehe-

à vehementer calefacientibus,acrimonia ſiquidem ab his inſeparabilis. In vſu verò vinum dulce mediocriter calefacere videtur,ſitimq́ue facit propter tum caliditatem tũ craſſitiem. Sic itaque & muſtum quò diutius in igne manet,eò tum craſſius tum nigrius tum dulcius euadit:quãquam ſupra modum coctum amaritudinẽ cõtrahat, quomodo & melipſum,quod quanquã omniũ dulciſſimũ ſit, ipſum tamen plurima coctione amarũ redditur. Sed(vt iã retuli)de qualitatibus omnibus guſtabilibus in quarto de ſimpliciũ medicamẽtorũ viribus eſt tractatum,atque hoc in loco vt in aliis ſuper Hippocratis libros expoſitionibus non demonſtrationes,ſed concluſa ex ipſis tantummodo recẽſeo. Cũ itaque vinũ dulce viſcus calefaciat, ſitque(vt dictũ eſt)ſubſtãtia craſſum,particulares ipſius virtutes quas potũ oſtẽdit,ſecundas qualitates cõſequuntur. Color ſiquidẽ ſua ratione nullo pacto vel iuuare vel lædere poteſt. Vinum ergo huiuſmodi pro ſubſtãtiæ craſſitie tardè meat:quapropter tãtũ abeſt vt ex obſtructis partibus aliquid adimat,vt etiã obſtuctiones adaugeat, atq; ob id hepati adfecto maximũ adfert detrimentum: præſertimq́ue vbi vel phlegmone aliqua, vel ſcirrhus ipſum occupauerit. Sed moderatius lædit, vbi vel ab humorum craſſitie viſcus oppilatur,vel ob imbecillitatẽ affligitur:vt in propriè appellatis hepaticis adfectionibus. Poſt hepar lien à craſſis vinis læditur:nõ tamen pulmo, cum in brõchiis craſſum habẽt humorẽ. Nempe in hepate ex amplis portæ vaſis ad anguſta ſtrictáque vaſorum extrema tum gibbę partis tum ſimæ proceditur,per quę eorũ omnium quæ in corpus totum diſtribuuntur fit tranſmeatio. At in pulmone contrario euenit modo. Nam per venas multas digeſta confectáque in ipſis in amplam bronchiorum & primùm minorum incidunt capacitatem,atque ab his ad maiora aſſumuntur, ſecum & craſſos tollentia humores, quibus non calidiora ſolùm,verùm quoque & tenuiora exiſtunt. Scis autem pulmonẽ ipſum ab humoribus craſſis viſcoſiſq́ue per tuſſes expurgari. Nempe qui aquoſi ſunt & exquiſitè tenues,aërem qui tuſſiendo extramittitur circunfluũt. Nempe is aër tanquã manus quædã exiſtit quæ ſurſum craſſos humores ſecum ferat, ſed craſſitiẽ

humorum

humorum talem eſſe oportet vt ab aëre ſurſum ferri poſſint,& non vt lutum bronchiis infarctos eſſe: ob id ſanè & viſcoſos humores tuſſes non expurgant: nempe manēt, & interna viſci inſtar occupant bronchia. quæ itaque ad eductionem eorum qui in pulmone continentur craſſorum humorum futura ſunt idonea medicamenta, vt moderatam humiditatem habeant oportet. Quòd ſi viſcoſi humores fuerint, non humiditate ſolùm eſt opus, verùm quoque & ea quæ ab acidis ſuccis fiat deterſione: atque ob id melicratum quidem conuenientiſſimum exiſtit ad craſſorum humorum excreationem, oxymeli verò ad viſcoſorum. Poſt melicratum ptiſana eſt, atque ab ea vinum dulce, coctis iam tum peripneumonia tū pleuritide potum, phlegmone non amplius vexatis corporibus. Quòd ſi vinum huiuſmodi epotum ſitim fecerit, minus conueniens ad excreationem exiſtit. Verùm vt vno abſoluam verbo, vinum dulce in acuto morbo ad excreationem idoneum exiſtit tū propter dictas ipſius actiones, tum propter communem vinorum omnium qua vires roborant rationem: & maximè his qui quæuis humida, quæ tum in thorace tum in pulmone continētur, expuunt. Didiciſti autem humida illa varia tum ſubſtātiis, tum qualitatibus, tum virtute eſſe ex prognoſtico opere, in quo ſputorum differentias oſtendi. Nullum autem bonum aliud habet vinum eiuſmodi febrientibus exhibitum: at minus quidem quàm vehementer calefaciens vinoſum lædere poterit. Nullum autem commodum aliud habet præter prædicta, niſi quòd parum aliquid conferat ad permeationem eorum quæ in ventre exiſtunt. Ob id itaque Hippocrates vbi à minus lædentibus quæ multa ſunt, doctrinæ exordium fecit: ad iuuamenta propria ipſorum quæ pauca ſunt, circa finem ſermonis tranſiit. Percurramus itaq; quæ dicit, dictionē ipſius proſequuti. Vinū dulce minus quàm fortia potentiáque mentē ferire ait, id eſt minus deliria progignere. Nēpe fortia vehementer calfaciētia caput replent tū humoribus, tū vaporibus, tū caliditate. vina itaq; dulcia quò magis à vehementi caliditate abſunt, eò minus caput grauant, & læſionē mentis adferunt. ſed plus aliis ipſum ſubductoriū eſſe ait, & μεγα-

λόσπλαγχνον, id eſt viſcerum tumores augere. Sed de his paulò antè dixi. Prætereà dulce vinum non idoneum eſſe ait picrocholis, id eſt his qui amaram bilem ſibi aceruant. Nempe medici χολὴν, id eſt bilem ſimpliciter & pallidam & flauã dicere cõſueuerunt, μέλαιναν verò χολὴν, id eſt nigram bilem hoc toto appellare, & non bilem ſimpliciter, ſed hæc quidem acida eſt, amara eſt autem quæ flaua, atque ob id picrocholos appellat Hippocrates redundanté habentes huiuſmodi bilem. permixta itaque aquoſis tenuibus humiditatibus, & liquidiſſima, & pallida videtur: ſola verò cum exiſtit, & craſſa, & flaua eſt. Calidę autem & ſiccæ tẽperaturæ ſunt quæ talem progignũt bilem. Idonei verò ad generationẽ ipſius ſunt omnes dulces ſucci: atque ob id mel omnium ipſorum maximè bileſcit, quòd dulciſſimum ſit, deinde à melle vina dulcia. Nõ ſolum autẽ quòd multa caliditas tales ſuccos pariat amaros, propterea vinum dulce febriẽtibus, & præſertim vbi calidi & ſicci temperatura fuerint, idoneum non eſt: verùm quoque & quòd craſſa exiſtentia, neque celeriter in vrinas permeent, neque citò diffluentur: quo fit vt neque bilioſos humores ſecum agant excernántque. Solis ergo his vnum ineſt bonum, quòd ventrem emolliant: quòd ſi non fecerint, prorſus lædunt, prætereà & ſiticuloſa ſunt, hoc ipſo quòd facilè bileſcant commonſtrantia. flatuoſum quoque vinum huiuſmodi eſſe aſſerit. nempe incaleſcentes craſſi humores flatum ſibi ſimilem generant tum vaporoſum tum craſſum: tale autem eſt quod inflationes parit. Quare ex tenuibus vinis non generatur flatus, & ſi generetur aliquando, quod & tenuium partium ſit, & aëroſum non nebuloſum vaporoſúmque. Cæterum vinum dulce inferioribus inteſtinis non eſſe inimicum ait, quãquam tardæ penetrationis exiſtat qui ab eo fit flatus, moretúrque circa Hypochõdrium. Ea autem occaſio eſt, ob quam non admodum turbet inferiora inteſtina, quòd circa hypochondrium moretur, donec perfectè coctus & tenuatus fuerit. Quòd ſi ſemel coctus fuerit, commeabiliorem, & tenuiorum partium habebit naturam. Qua itaque ratione à ſupernis partibus ad infernas expellitur, eadem ab infernis extrà mittitur.

Καὶ γὰρ δὴ οὖν ἧσσον οὗτος διουρητικὸς γίγνεται ἐπίπαν τοῦ οἰνώδεος λευκοῦ.

***Vrinas ſiquidem hoc minus quàm uinoſum album omniuo mouet.***

Quódnam vocauit vinoſum album cõſiderabimus. Nã anteà vinoſum vinum tum eſſe tum appellari conueniẽter dictum eſt, quod aquoſo opponitur. Valenter itaque ipſum & calefacere, & caput replere, & deſipientias procreare, & calorem febrilem augere eſt operępretium. Sed vinum huiuſmodi album non eſt, neque cùm nouum exiſtit, neque cùm vetus: quòd neque aliud quoppiam ex inueteratis vinis album manet, etſi quammaximè inter initia tale fuerit: imò ſemper fuluius redditur, & tandem flauum. Viſus eſt ergo Hippocrates dixiſſe, vinoſum album auſterum, quod neq; vrinas ipſum mouet. At ſi tale craſſum fuerit, circa hypochondrium moratur: ſi verò non craſſum, neque diu moratur vt nigrum, neque albis ſimul & mediocriter auſteris ſimiliter ad vrinas penetrat. Nempe vina hæc vrinas cient: quòd vtramque tardè per vrinas penetrandi effugerunt formam, tum eam quæ aquæ eſt, quam ob frigiditatem nacta eſt, tum eam quam vinum nigrum propter craſſitiem habet. vinum ſiquidem album & auſterum minimè calidum inter vina exiſtit, atque ob id his quæ ad ventrem fiunt deſtillationibus idoneum. Non tamen abundè ciet vrinas hoc vinum. At forſan Hippocrates vino huic nigrum comparans, minus ipſum ciere vrinas ait.

Πτυέλου δὲ μᾶλλον ἀναγωγός ἐστι τοῦ ἑτέρου ὁ γλυκύς.

***Sputum autem quàm aliud efficacius educit, quod dulce eſt.***

Quódnam aliud dicit? vtrúmne præſens ad quod dulce comparans ait: Vrinas ſiquidẽ hoc minus quàm vinoſum album omnino mouet. an non hoc ſolùm: ſed ſimpliciter omne id quod dulce non eſt. Cùm ergo Hippocrates quãtum ad dictionem attinet, obſcurus ſit, credibiliúſque ſit

ipſum

ipſum de vinoſo albo ſermonē nunc intelligere, rurſus & alia oritur obſcuritas, quòd nō valde manifeſtū ſit quódnā ſit vinoſum albū: vtrúmne id quod vehemēter calfacit, an quod valde adſtringit quod & στρυφνὸν, id eſt acerbum Græci appellant: moderatius verò auſterum. quónam igitur pacto habeat quod in dictione eſt, ego impræſentiarum veritatem exponam. Sputum maximè omnium vinorum dulce educit, vbi non ſupra modum craſſum fuerit, & veluti quoties non vſque adeò ad fuluum ſeceſſerit, vt exoluta ipſius ſint tum craſſities tum dulcitudo. fuluū autem vinum in præſidium febris prauū eſt, calidum vehementer exiſtens. Verùm poſt vinum dulce non ſummè craſſum, ad eorum quæ in pulmone ſunt eductionem cōueniens eſt aquoſum vinum, virtutem roborās, & humores tum humectans tum madefaciens mediocriter: quod cæteris vinis innocentius febrientibus exhibetur.

Καὶ οἷσι μὲν διψώδης ἐστὶ πινόμενος, ἧττον ἂν τούτοισιν ἀνάγοι, ἢ ὁ ἕτερος οἶνος· οἷσι δὲ μὴ διψώδης, μᾶλλον ἀνάγοι ἂν τοῦ ἑτέρου.

*Et ſanè quibus epotum ſitim facit, his minus quàm uinum aliud educit. quibus uerò ſiticuloſum non eſt, magis alio educit.*

Vinum aliud nunc dixit, quod omnino ſiticuloſum non eſt. Cur autem vinum ſiticuloſum minus ſputa educat facilè intelliges, ſi quæ antè dicta ſunt ad memoriam reuocaueris. Nempe ſitis in his permanet, qui dulce vinum bibunt, quòd febrilis calor in ipſis malignior ſit, qui ſi talis exiſtat, ſputum deſiccat, craſſiúſque & viſcoſius reddit. quòd autem tale difficulter educatur, verbis non eſt opus.

Ὁ δὲ λευκὸς οἰνώδης οἶνος ἐπῄνηται μὲν καὶ ἔψεκται τὰ πλεῖστα καὶ τὰ μέγιστα, ἤδη ἐν τῇ τοῦ γλυκέος οἴνου διηγήσει, ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πόριμος ἐὼν τοῦ ἑτέρου· καὶ διουρητικὸς δὲ ὢν καὶ καταῤῥηκτικὸς ἀεὶ, πολλὰ πρὸς ὠφέλειαν ἐν

ταύτῃ-

ταύτῃσι τῇσι νούσοισι· καὶ γὰρ εἰ πρὸς ἄλλα ἀνεπιτηδειότερος τοῦ ἑτέρου πέφυκεν, ἀλλ' ὅμως ἡ κατὰ τὴν κύστιν κάθαρσις ὑπ' αὐτοῦ γιγνομένη, ῥύεται ἢν προσφέρηται ὁκοῖον δεῖ· καλὰ δὲ ταῦτα τεκμήριά ἐστι, τῆς περὶ οἴνου ὠφελείης καὶ βλάβης, ὁκόσα ἀκαταμάθητα ἦν τοῖσιν ἐμεῦ γεραιτέροισιν·

*Vinum autem album uinoſum laudatum quidem & uituperatum plurima ex parte, & maximè iam in uini dulcis enarratione. Ad ueſicam autem uino alio magis penetrat, urináſq; prouocat & perpetuò purgat, atque multa ad opem his morbis ferendam facit, nempe etſi uino alio ad cætera inhabilius exiſtat, ueruntamen quæ in ueſica fit ab ipſo purgatio, liberat ſi propinetur quale oportet. Bonæ hæ coniecturæ ſunt de uino tum profectus tum detrimenti, quas ſeniores me non didicerunt.*

De vino hoc in dulcis vini mentione diximus, cùm vires ipſorum compararet perquirerétque: dixi autem non paruam eſſe quæſtionem, ſiue album ſimul & auſterũ vinum vinoſum album dixerit, ſiue vt inter vina alba vehementer calfaciens. Nullum enim ex vinis albis valenter calfacere poteſt. Nam ſummè calidum vinum continuò & flauum exiſtit, veluti quod ab ipſo eſt fuluum, mox ab his rubrum, deinde & dulce. album autem minus quidem his omnibus calefacit, ſed differentias in ſe particulares, aliaque omnia pro pluris minoríſve ratione habet interualla. Quòd autem vinum huiuſmodi dulci facilius ad veſicam penetret, dictum anteà: ſed inhabilius ipſum ad alia dulci eſſe ait: quæ ſunt ventris ſubductio, & ſputorũ eductio. bonas autem aït has coniecturas eſſe, hoc eſt notas facultatis vinorum.

Κιῤῥῷ δὲ οἴνῳ καὶ μέλανι αὐστηρῷ ἐν ταύτῃσι

τῇσι

τῇσι νούσοισιν ἐς τάδε ἂν χρήσαιο, εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη, μὴ δὲ φρενῶν ἅψις, μὴ δὲ τὸ πτύελον κωλύοιτο τῆς ἀνόδου, μηδὲ τὸ οὖρον ἴσχοιτο. τὰ διαχωρήματα δὲ πλαδαρώτερα, καὶ ξυσματωδέστερα εἴη. ἐν δὴ τοῖσι τοιουτέοισι πρέποι ἂν μάλιστα μεταβάλλειν ἐκ τοῦ λευκοῦ, καὶ ὁκόσα τουτέοισιν ἐμφερέα.

*Fuluo autem uino & nigro auſtero in his morbis ad hæc utêris, ſi neque capitis grauitas fuerit, neque mentis concuſsio, neque ſputo uia cohibeatur, neque teneatur urina: deiectiones uerò & humentiores, & ramentoſiores fuerint: in his enim ex albo maximè migrãdum, atque iis quæ huic uirtute ſimilia exiſtũt.*

Dulce quidem vinum continuò & nigrum exiſtit, non tamen nigrum omne continuò & dulce. nempe ex his quædam auſtera ſunt: qualia apud nos in Aſia prope Pergamum in Perperine & Aegis. Quod autẽ in Cilicia eſt Albates, auſterum ſimul & dulce exiſtit, qualitatibus conſtans contrariis. quo fit vt prauum ſit quòd neque diſtribuatur neque penetret: ſed plus iuſto in ventre permaneat ſuperiore, atq; ipſum inflet. At quod citra dulcitudinẽ nigrum auſterum eſt, id ventri vtile exiſtit, quando in eo vel plura iuſto deſcendunt, vel ramentoſa. tunc enim eſt idoneum ſicuti & vinum album auſterum, & quæcunque alia adſtringentia medicamenta. In eum autem vſum ait & fuluum vinum conferre, non ſimpliciter fuluum omne dicens, ſed auſterum fuluum. Nam de vtriſque intelligere oportet, quod à principio dictionis exiſtit: qua dicitur: fuluo autem vino & nigro auſteris in morbis huiuſmodi ad hæc vtêris. Duplex ſiquidem fuluum, vt nigrum: aliud ſiquidem dulce, aliud auſterum. atque cùm tertium præter vtrunque exiſtat ex vtriuſque qualitatis permixtione conſtans, attamen quod vna eſt prẹditum qualitate, id colore vtroq; duplex exiſtit. Caput autem & mentẽ fuluũ

magis

magis ferit, quòd calidius nigro exiſtat, febres quoque ratione eadem auget. quibus idonea ſunt vina ea ſola quæ aquoſa ſunt. Iure itaque prohibuit vinorum vſum auſterorum, ſiue fulua fuerint, ſiue nigra, in capitis grauitatibus & mentis læſione, hoc eſt vbi febris ipſam percuſſerit. atq; amplius in illis tum thoracis tum pulmonis morbis in quibus ſputum detinetur, vina huiuſmodi inhabilia eſſe ait, atque cùm vrinæ ſupprimuntur propter craſſitiem ſcilicet & adſtrictionem.

Προξυνιέναι δὲ δεῖ, ὅτι τὰ μὲν ἄνω πάντα, καὶ τὰ κατὰ τὴν κύστιν ἧσσον βλάψει, ἢν ὑδαρέστερος ᾖ· τὰ δὲ κατ' ἔντερον καὶ μᾶλλον ὀνήσει, ἢν ἀκρητέστερος ᾖ·

*Quòd autem ſuperiora quidem omnia ueſicamq; minus offendet, ſi dilutius fuerit: inteſtina uerò magis iuuabit, ſi meracius fuerit, neminem latere debet.*

vinum meracius inteſtinis vt dixit magis conuenit. iure igitur iuuabit ipſa adſtrictionis ratione propter quam omnino auxiliari poteſt. Verùm adſtrictionem huiuſmodi, aqua temperatum labefactat exoluitque, atque ob eã rem minus ipſa iuuat. Quo autem modo hæc iuuat magis aſtringendi ratione vbi meracius fuerit, ſic thoracem capútque magis offendit. hæc ſunt ſanè quæ declarauit, inquiens: ſuperiora quidem lædit omnia, lædit vero & corpora ea quibus per vrinas expurgari eſt opus. Nempe auſterum vinum excretiones omnes cohibet. De vinis hæc loquutus Hippocrates continuò ad melicratum tranſit. ceteris quidem ferè omnibus de vino demonſtratis, vno verò prętermiſſo quod non abſoluit, quod ego obiter percurram. quòd ſcilicet febrientibus omnibus vinum conuenientiſſimum ſit aquoſum. Eſt autem hoc album quidem colore, ſed tenue ſubſtantia, nullam manifeſtam habẽs qualitatem ex his quæ cæteris vinis inſunt: neque auſteritatem, neque acerbitatem, neque dulcitudinem, neque acrimoniam, neque odorem. Nempe huic ſoli inter vina omnia ineſt, vt tum aquæ tũ vini malitiam effugerit.

Prodeunt

Prodeunt autem talia in vnaquaque gẽte aliqua. in Italia imbecillum Sabinum, quod & febriẽtibus adminiſtrant: in Aſia autem & Titacazenum & Tibicenum. Sed vini huius notas vbi intellexeris, talia facilè in qualibet gente reperies, ubi & valde tenuia & aquoſa producũtur vina. Reperi equidẽ talia in Cilicia, Phœnicia, Paleſtine, Scyro & Creta. imò vt retuli in regionibus vidi omnibus, & quod mirum magis ſit, in Aegypto. Craſſa ſiquidem vina & odora, & valde fortia in calidis regionibus progignuntur. in Italia verò & Bithynia & Aſia ſi multa producantur aquoſa, nihil mirum. Sed quæret quiſpiam, quam ob rem Hippocrates in antecedente dictione peculiarem de his vinis prætermiſit ſermonem, cùm febrientibus quàm cætera omnia ſint minus moleſta? ſanè Hippocratem vinum huiuſmodi neſciuiſſe haud quaquam eſt dicendum. Nempe pòſt paulò cùm de melicrato agit, hæc ſcribit: Cęterum vino albo tenui paucifero & inodoro quodammodo fortius eſt, & quodammodo infirmius. hæc ait Hippocrates melicratum comparãs vino tenui & oligophoro, id eſt parum aquæ ferẽti, & inodoro. Vini itaq; vinoſi notas tum conſpicuè tum exactè recenſens, percurrenſq; quòd tum caput tum mentem feriat, de aquoſo ipſi contrario diſciplinam ſufficientem eſſe exiſtimauit, cùm aduerſa cõtrariáque ipſi ineſſe ratiocinari poſſimus.

Γ Μελίκρητον δὲ πινόμενον διὰ πάσης τῆς νόσου ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι, τὸ ἐπίπαν μὲν τοῖς πικροχόλοισι καὶ μεγαλοσπλάγχνοισιν, ἧσσον ἐπιτήδειον, ἢ τοῖσι μὴ τοιούτοισι.

*Melicratum, id eſt mulſa per totum morbum in acutis epota, prorſus quidem tum picrocholis, tum iis quibus tumefacta ſunt uiſcera minus quàm non huiuſmodi eſt idonea.*

Oratio hęc per totum morbum, oſtendit Hippocratem de his intelligere morbis, in quibus cremorem in cibum exhibere idoneum non eſſe demonſtrauit, priuſquam ad morbi peruentum ſit vigorem. Nam ſi æger acuta febre

laboret, neque tum in thorace tum in pulmone morbus fuerit, vireſque valuerint, & morbus quintum vltra diem ſeſe prorogaturus non ſit, aqua mulſa ſola epota abundè ægro ſufficere poteſt. Cæteris quidẽ omnibus in morbis huiuſmodi eſt conuenientiſſima: ſed picrocholis minus propitia exiſtit. nempe in ipſis bileſcit, niſi prius vel inteſtina vel veſicam pertranſierit: quæ ſi pertranſierit, non ſolum nihil lædit, verùm quoq; & maximè iuuat. nam ſecum villoſa deducit excrementa. Hac ſanè ratione & temperaturam ipſius cõmonſtrauit: nempe in huiuſmodi naturis exhibita mulſa confert. neque enim hoc pacto ſiticuloſa exiſtit, neq; bilem generat. Vt autem picrocholis, ita & megaloſplanchnis haud quaquã idoneã eſſe ait: μεγαλοσπλάγχνους nunc dixit, non eos quibus magna ex natura ſunt viſcera, ſed quibus ea ex affectu aliquo intumuerunt, ſiue ſcirrhum, ſiue phlegmonem, ſiue œdema nacta ſint. praua ſiquidẽ in his eſt, quod citò pertranſire viſcera ipſa nõ poſſit, & facilè bileſcat, & præſertim in phlegmonis propter caliditatis copiam. In cæteris autẽ qui præter naturam ſunt tumoribus minus detrimentum adfert.

Διψῶδες γε μὴν ἧσσον τοῦ γλυκέος οἴνου· πνεύμονός τε γὰρ μαλθακτικόν ἐστι, καὶ πτυέλου ἀναγωγὸν μετρίως, καὶ βηχὸς παρηγορικόν. ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, ὃ μᾶλλον τοῦ μετρίου καταγλισχραίνει τὸ πτύελον.

*Porrò & ſiticuloſa minus quàm uinũ dulce. nempe & pulmonem mollit, & ſputũ mediocriter educit, & tuſſes mitigat. Habet etenim aliquid deterſorij, quod plus quàm mediocriter uiſcoſum facit ſputum.*

Quam ob cauſam mulſa minus quàm vinum dulce ſiticuloſa ſit, dixi anteà, cùm vtraq; quatenus dulcia ſunt, eatenus facilè bileſcere demonſtrarem. Verùm quòd tenuior penetrantiorq; vt prorſus ſubeat, exiſtat, ea ratione minus vino dulci eſt ſiticuloſa. Quo fit vt ſi aliquandò pluſculo tempore in ventre manſerit, tunc vino dulci nõ minus ſiticuloſa reddetur, quod rarenter contingit. Mulſa item

ſa item vino dulci citius ventrem inteſtináque omnia penetrat, atque adhuc hepar ad renes vſque & veſicam non rarò, imò perpetuò hoc mulſæ ineſt. ob hæc ita vino dulci minus ſiticuloſa exiſtit. Hippocrates autem idem dixit: non ita ſed modo alio, virtutem ipſius ex his quæ in pulmone facit demonſtrans, nempe quòd hęc non efficeret, niſi penetraret & detergeret vias ipſius, palàm omnibus exiſtit. Prætereà ſputũ educere non ſimpliciter dixit: ſed quòd mediocriter adiecit. Nempe valenter educere non poteſt vt oxymeli, ſed mitigare poteſt, hoc nullo modo hăbẽte oxymelite. Nempe oxymeli tuſſes incitat, tum irritans tum exaſperans, quatenus ſcilicet vehemẽter detergat. Mulſa verò & pręſertim aquoſa, deterſoria quæ minima ſit participat facultate. vocatur autem talis facultas σμηκτικὴ. i. deterſoria, à qua & nomẽ fecit σμηκματῶδες, id eſt, deterſoriũ, de mulſa ita ſcribens: ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι. i. habet etenim aliquid deterſorij. Mediocri autem participare ipſam facultate huiuſmodi oſtẽdit adiiciens verbo σμηκματῶδες, verbum hoc, τὶ. paucitatẽ indicans quibuſcunque ita adiiciatur. Hoc itaque modicum in mulſa deterſorium, non quòd deterſorium, ob id infirmum: ſed quòd paucum. Nempe ad glutinoſum ſputum valenter detergente eſt opus medicamento, quod detergere poſſit glutinoſum eum qui bronchiis pulmonis continetur humorem. Quòd ſi talis quiſpiam in thoracis pulmonîſque medio aceruatus fuerit, iam & maior vt probè ſpuatur, tum inciſoriæ tum deterſoriæ virtutis eſt neceſſitas, quæ id à ſuccingente coſtas membrana detergat, incidat & tenuet. Nam fieri non poteſt vt talis humor aliter per membranã quę viſcus ambit ad pulmonis bronchia transferatur. Nõ igitur bene eſt vſus dictione Hippocrates cũ huic orationi, habet etenim deterſorij aliquid, eã quæ ſequitur adiecit: quod pluſquã mediocriter καταγλισχραίνει. i. viſcoſum reddit ſputũ. Nam melius dixiſſet, Habet enim deterſorij aliquid quod modicũ ſit, quod pluſquam mediocriter ſæpenumero viſcoſum fieri ſputũ ſinit. Non enim ob mulſam glutinoſum fieri ſputum cõntingit, cùm id ſanè ſputo huiuſmodi proprium inſit. Mulſa autem nihil iuuat, ſed excrementi naturam talem permanere

finit. quapropter melius dixiſſet, viſcoſum ſputũ nihil iuuari, & non tale à mulſa fieri. Nam hoc verbũ καταγλισχραίνειν ab Hippocrate dictum, quòd ſputum à mulſa tale fiat, habet ſignificationem.

*Ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὸν τὸ μελίκρητον ἱκανῶς, ἢν μή τι τῶν ἀπὸ σπλάγχνων κωλύῃ.*

*Ciet autem & urinas abundè mulſa, niſi ex uiſceribus aliquod prohibuerit.*

Mulſam antè, quòd vias omnes quæ ventrem renéſque interiacent facilè penetret, ciere vrinas dixi: atque vbi iecur malè adficitur, potui haudquaquam conuenire demonſtraui: lieni prætereà, ſi phlegmone obſideatur, moleſta eſt: atque multò magis inteſtinis, ventríque. Nam citò igneſcens ob phlegmones caliditatem in bilem tranſit. forſan enim melle ob dulcitudinem delectantur tum viſcera tum venter. quo fit vt tum citius tum raptim magis eliciant. Melli quoq; & dulcia alia idem habere quis dixerit: atque ideo vt ad ventrem, ita ad viſcera accommodari. Venter autẽ his oblectari videtur: nempe vbi ea deglutiuit, manifeſtè quodammodo ab aſſumptis delectatur: veluti è cõtrario ab aſperantibus amaríſque offenditur: neque ſolùm cùm adſumuntur, verùm quoque & vbi adſumpta ſunt ad aliquod vſque tempus. quo fit vt nemo ea, niſi interdum vice medicamenti, vt ob collectos præter naturam in ventre humores, ingerat. vbi enim ſecundum naturam habuerit, iniucunda ipſi talia omnia ſunt: iucunda autem ſola, quæ dulcia ſunt. Sanè in appellato læmo, id eſt gula, maxima ex deuoratis dulcibus exoritur voluptas, corpore ſcilicet loci illius peculiare quippiã cum ſucco huiuſmodi habente: corpus autẽ hoc facit ventriculi interna tunica, vt & ea quæ linguã ambit. Verùm in lingua euidentiſſimam habet dulcitudinis ſenſionem: in gula autem voluptatis. ſenſio verò manifeſta cõtinuò efficitur & in ventris ore, quod dulcibus adſumptis delectatur, modo animans ſecundum naturam habuerit. Viſcera itaque hoc pacto dulci gaudere ſucco par eſt, celeritérque plurimum ipſius attrahentia cum valent eo frui,

alique

aliſque: cùm vero febriunt, & phlegmone obſidentur, in id quod bilioſum eſt dulcem ſuccum cõuertere. Videntur itaque συκωτὰ appellata, id eſt ficata quæ caricarum eſu tum maxima tum ſuauiſſima fiunt, iocinore ipſo vt liquet ex dulcium eſu alimentũ vberius accipiente. At in phlegmonis febribusq́, rerum huiuſmodi ingeſtio non in probam alimoniam, ſed in bilis generationem demigrat. Febrilis ſiquidem calor exuperat, natiuus autem deficit qui benè temperatus erat.

Καὶ διαχωρητικώτερον δὲ κάτω τῶν χολωδέων· ἔστι μὲν ὅτε καλῶν, ἔστι δ᾽ ὅτε κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ ἀφρωδεστέρων. μᾶλλον δὲ τὸ τοιοῦτον, τοῖσι χολώδεσί τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι γίνεται.

*Bilioſa quoque alui deiicit, interdum quidem bona, ſed interdum quàm decet redundantiora ſpumantioraq́;. quod bilioſis magis, atque his quibus tumefacta ſunt uiſcera contingit.*

Reuocare ad memoriã oportet dictionem antè enunciatam, in qua mulſum vino dulci comparans dicebat: Porrò & ſiticuloſa minus quàm dulce vinũ exiſtit. Nam & hoc in loco mulſam eandem ad vinum dulce comparans, bilioſa alui excrementa deiicere magis pronunciauit: nempe & bilioſa deiicere vinum dulce poteſt. Verùm mulſa, bilioſa interdum quæ bona ſunt ſubducit, interdum & vitioſa, quæ ſyncerè admodum bilioſa exiſtunt, bilem ſcilicet ruffam vel flauam habentia craſſámque. bilis igitur ipſa ſpumam accipit ſæpius quidem ratione ea qua in his quæ vehemẽter calefiunt, ſpuma exurgit: ſæpenumero autem & in his quæ à flatu franguntur humidis. Horum quæ dixi primum caliditatis exuperantis nota eſt: ſecundum verò inſtrumentorum anguſtiam, & turbationem flatuoſi ſpiritus intercluſi & viam liberam non habentis denotat. Bilioſa autem huiuſmodi planè ſubducuntur in his febribus quæ liquefaciunt, & ad tabem perducunt. quibus fermè omnium aduerſiſſi-

ma nocentiſſimaque eſt aquæ mulſæ potio, veluti & modo contrario potio aquæ frigidæ iuuantiſſima. Excremétum huiuſmodi ait à mulſa magis generari his qui natura bilioſi, id eſt immoderatè calidi exiſtunt, atque in his morbis quibus viſcus aliquod phlegmone infeſtatur. Cómune ſiquidem nomen hoc in loco eorum quæ inflammantur peculare fieri volumus. neque enim propter ſcirrhum vel œdema febris incenditur. Ergo quòd in acutis morbis, de quibus agit Hippocrates, vbi tumor in viſceribus fuerit, phlegmones ſymptoma ſit, non œdematis vel ſcirrhi cóſtat omnibus. hos autem nunc μεγαλοσπλάγχνους appellauit, quaſi viſceroſos dixeris.

Πτυέλου μὲν ὦν ἀναγωγὴν καὶ πνεύμονος μάλθαξιμ τὸ ὑδαρέστερομ μελίκρητομ ποιέει μᾶλλομ· τὰ μέντοι ἀφρώδεα διαχωρήματα, καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα, καὶ μᾶλλον θερμὰ, τὸ ἄκρητον μᾶλλον τοῦ ὑδαρέος ἄγει.

*Mulſa præterea quæ dilutior eſt, ſputũ educit magis, pulmonémque lenit. Meracior uerò ſpumoſa excrementa & pluſquam conuenit, abundè bilioſa, calidioraq; quàm dilutior agit magis.*

Mel in acutis morbis bileſcere atque ob id nobis moleſtiam adferre anteà dixi. Cùm verò aqua tardè meet, & maneat diutius in hypochondriis, atque ob id fugienda: quod ex ambobus mixtum ſit, cóueniens redditur, quod ea conſtet temperatura, qua aquæ plurimæ tantum mellis permixtum fuerit, vt viam aquæ paret & ad diſtributionem agat. nempe ita temperatis ipſis vrinæ magis penetrant, & ſputorum eductio celerior exiſtit. quòd ſi mel his multum mixtum fuerit, ſitim facit, & viſcoſum reddit ſputum. atq; ob eas res aquoſior mulſa tum ad ſputi eductionem, tum ad permeationem vrinarum idonea magis exiſtit. Meracior verò ad vẽtris deiectiones. nempe quantò magis proritabit, tãtò magis & velocius ſubducet. Clyſteribus

ſteribus autem infuſa quò meracior, eò magis excretoria redditur. cauſaque erit deiectionum tum earum quæ κατακορέως, id eſt ἱκανῶς, quod eſt abundè, bilioſæ exiſtũt, tum ſpumoſarum. talia ſiquidem attrahere magis poteſt inteſtina tum mordendo tum detergendo. Adde quòd & in bilem flauam tranſiens ea occaſione bilioſorum excrementorum copiam ſimul adauget. quo fit vt ipſius vſum non laudet Hippocrates. declarat autem ex horum verborum adiectione καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα, id eſt atque plus quàm conuenit abundè bilioſa. Nam μᾶλλον τοῦ καιροῦ dicere conſueuit, pro μᾶλλον τοῦ προσήκοντος, id eſt pluſquam cõuenit. ſpumoſas itẽ deiectiones & in prognoſtico damnauit. Et κατακορέως, id eſt ἀκράτως, hoc eſt ſyncere bilioſa, mala ſunt. Neque enim abundè neque ſyncerè, ſed mediocriter ipſa talia eſſe oportet. horum igitur non immemor, cùm vel ex mulſa epota vel citra ipſam quis ſpumoſa ſimul & ſyncerè bilioſa deiecerit, febrem ſcito eſſe quæ liquefaciat & ad tabem perducat. atq; ob id ab vſu mulſæ abſtineto: & in ptiſanæ cremorem deuenito, ſignum aliquod concoctionis morbi quantumuis momentaneum ex vrinis obſeruans. Nam ſi tunc frigidam dederis, maximo eris præſidio.

Τὸ δὲ τοιοῦτον διαχώρημα, ἔχει μὲν καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα· οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα σβέννυσιν, ἀλλ' ὁρμᾷ, δυσφορίην τε καὶ ῥιπτασμὸν τῶν μελέων ποιέει. ἑλκῶδες δ' ἐστὶ καὶ ἐντέρου καὶ ἕδρης.

*Deiectiones autem huiuſmodi habent quidem, & alias quæ graues ſunt, offenſas. neq; enim hypochondriorum extingunt ardorem, ſed excitant, inquietationemq; & membrorum iactationem faciunt, inteſtina etiam ſedémque exulcerant.*

Conſueuit Hippocrates βλάβας, id eſt offenſas σίνεα dicere, vt in libris de fracturis & articulis eſt demonſtratũ. Nempe σίνειν Iones dicũt pro βλάπτειν, id eſt lędere. imò

& βλαβερὰ, id eſt nocua σινάμωρα ſæpenumero ipſe appellauit. Graues igitur offenſas habent (inquit) præfatæ deiectiones, id eſt puræ bilioſæ ſimul & ſpumoſæ. Conſueuit autem Hippocrates in ſignis, vocibus vti tum cauſarum tum eorum quæ læduntur corporum. Deiectiones ergo huiuſmodi ſignificare commodius dixiſſet: ſed habere dixit, quáquam corpora adfecta læſiones habeát, cauſæ faciant, & ſigna indicent. Sed quænam ſint quæ à dictis proueniunt deiectionibus offenſæ, ab Hippocrate audi, inquiente: neque enim hypochondriorum extingunt ardorem, ſed excitant. Hoc autem ideo dixit, quoniam ſæpius bilioſorum deiectio, hypochondriorum feruorem protinus extinguit. ob id itaque in malignis bilioſis adiecit, quòd talia excernentibus non extinguatur, ſed vice verſa totú augeatur: neq; ardor hypochondriorú leuatur, quin potius vehementior redditur. Adde quòd ῥιπτάζονται, id eſt ἄσην & δυσφορίαν habent, id eſt implacidi inquietique fiunt. Deiectiones ſiquidem huiuſmodi, flammantis in hypochondriis ipſis affectionis ſymptomata exiſtunt, atq; in tranſitu inteſtinorú acrimonia ramentoſam ipſorum adfectionem parit. huius itaq; adfectionis cauſa exiſtunt ſyncera bilioſa: eius verò quæ in hypochondriis eſt, ſigna. Verùm Hippocrates vt dixi, vocabulis cauſas indicátibus inter ſigna vti interdum cóſueuit.

*Ἀλεξητήρια δὲ τουτέων γεγράψεται.*

*Sed horum auxilia ſcribentur.*

Quòd morborum ſingulorum remedia ſe ſcripturúví anteá oſtendit: ſic & hoc in loco nó minus. An verò Hippocrate digna exiſtát & quæ libro huic poſt ſermoné de balneis, & quæ in libris de morbis vel de adfectionibus ſcripta ſunt, in expoſitione ipſorum conſiderabimus.

*Ἄνευ μὲν οὖν ῥοφημάτων μελικρήτῳ χρεόμενος, ἀντ᾽ ἄλλου ποτοῦ ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι πολλὰ ἂν εὐτυχοίης, καὶ οὐκ ἂν πολλὰ ἀτυχοίης. οἷσι δὲ δοτέον καὶ οἷσιν οὐ δοτέον, τὰ μέγιστα εἴρηται, καὶ δι᾽ ἃ οὐ δοτέον.*

*Qui ergo*

*Qui ergo in morbis huiuſmodi relictis ſorbitionibus mulſa potionis alterius uice utetur, is ut multa feliciter conſequetur, ſic & nequaquam præter animi ſententiam ſuccedent multa. uerùm quibus danda ſit, & quibus non, & quam ob cauſam maximè, eſt dictum.*

Significauit & nunc manifeſtiſſimè ad morbi vſque iudicationem ſola vti mulſa conſulens. Nempe in ſolis colliquefacientibus morbis, vel in quibus hominum virtus ad iudicationem vſque ſufficere non poſſit, ad ptiſanæ cremorem perueniemus: in aliis verò ſolam exhibere mulſam pro victus ratione eſt commodius.

Κατέγνωσται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας, καὶ διὰ τοῦτο ταχυθάνατον εἶναι νενόμισται· ἐκλήθη δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ἀποκαρτερέοντας· ἔνιοι γὰρ μελικρήτῳ μόνῳ χρέονται ποτῷ, ὡς τοιοῦδε δῆθεν ἐόντος.

*Damnatum autem propterea ab hominibus melicratum, quòd bibentes ad ultimum imbecillitatis agat, atque ob id citam adferre mortem eſt creditum. uocatum autem id propter,* τοὺς ἀποκαρτερέοντας *i. qui inedia abſumuntur. ſunt enim qui ſola utuntur mulſa, tanquam huiuſmodi maximè exiſtat.*

Dicere ſummè à mulſa debilitari, & mulſam nullo pacto nutrire, aut pauci nutrimenti ipſam eſſe, idem non eſt: quippe cùm tria hæc inter ſe diſtent. Nam quæ vires euertunt, vt ſanguinis eruptio, deiectio multa, ſudor immodicus, & per accidens cibi abſtinentia, ſummè debilitare iure dicuntur. At quæ nullo pacto nutriunt, vt aqua, ea virtutem neque ſummè debilitare, neque roborare quiſpiam verè dixerit, niſi interdum per accidens id contingat. Aqua ſiquidem nõ vt alimentum vires ægrorũ recreat,

recreat,ſed bene vt medicamentũ ad temperamenti ſymmetriam, quæ propter ipſius immoderationem imbecilla ſunt, reducens. Tertio deinceps loco ſunt, quæ exiguè nutriunt: quibus qui tantummodo vtitur, tametſi interire poſſit, non tamen tanquã vires ſubuertentibus,ſed tanquam non quod ſatis ſit roborantibus: quo è genere eſt mulſa. Nam ſi quis diebus quatuor cibo priuatus interire poſſit: is mulſæ vſu non quintum modò, verùm quoq; & ſextum attingere valebit. Sermonẽ hunc & de melle intelligas. Nempe mellis natura mulſam ipſam inter modicè nutrientia facit. Nam humiditatem cibi vehiculũ eſſe & non cibum cenſuerunt non Hippocrates modò,verùm quoque & probatiſſimi ferè omnes medici. Hæc ſanè eadem quæ nunc dicuntur de mulſa & melle, non obſcurè ſcripſit Hippocrates in ſequentibus.

Τὸ δ᾽ οὐ παντάπασιν ὧδε ἔχει.

*Sed hoc non prorſus ita habet.*

Non omnino ſiquidem verum eſt,ægros ipſos propter mulſam mortẽ obire. moriuntur etenim & ſi aquã ſolam biberint, ſed quòd exiguam corpori præſtet alimoniã ob id ſola vitam ſeruare non ſufficit. Quod etiam accidit vbi quis ſolius ptiſanæ cremorem perpetuò ſorbere velit.

Ἀλλ᾽ ὕδατος μὲ πολλῷ ἰσχυρώτερόν ἐστι πινόμενον μοῦνον, εἰ μὴ ἐκταράσσει τὴν κοιλίην.

*Epota autem ſola mulſa quàm aqua longè potentior exiſtit,niſi uentrem turbauerit.*

Quòd & aqua ipſa alimenti quippiam præſtare poſſit, per vocem hanc,potentior,indicare videtur. Poſſunt autem qui aquam biberunt diutius quàm qui non biberunt permanere, ob madefactam corporis ventriculi ſiccitatẽ. De mulſa autem agẽs ſecurè, niſi ventrẽ turbauerit adiecit. Nempe quibus ventrem turbat,hos ad deterius ob vacuationem agit, non mediocrem deiectionem turbationis verbo,ſed exuperantẽ oſtendente Hippocrate. Quòd autem incocta mulſa aluum magis ſubducat, probè verò cocta magis alat,nemo ignorare debet. verùm id tibi obiter ad-

ter admonitum ſit. videamus autem quæ deinceps mulſam vino conferens ſcribat.

Ἀτὰρ καὶ οἴνου λευκοῦ καὶ λεπτοῦ καὶ ὀλιγοφόρου καὶ ἀνόσμου, ᾗ μὲν ἰσχυρώτερόν ἐστιν, ᾗ δὲ ἀσθενέστερον.

*Cæterum uino albo tenui, paucifero & inodoro quodam modo fortior eſt, & quodam modo infirmior.*

Sunt qui dictionem ſcribant ſine hoc verbo, eſt: hoc pacto: Cęterũ vino albo tenui paucifero & inodoro quodam modo fortior & quodam modo infirmior. Alij pro quodam modo legunt interdum, ad hunc modum: Cæterum vino albo tenui paucifero & inodoro interdum quidem fortior, interdum verò & infirmior. Sed ex omnibus vis eſt eadem, atque idem intellectus. Nam Hippocrates mulſam vino huiuſmodi quadamtenus fortiorem, & quadamtenus imbecilliorem, dicit. feci autem mentioné vini huius in ea quam de vinis feci tractatione: ſed ipſum Hippocrates, vt ignorans ſubticuit. ſed nunc maniſeſtè docuit, tum ſubſtantiam ipſius memorans ex verbo tenui, tum virtutis imbecillitatem cùm adiecit paucifero. vocatur ſiquidem oligophorũ vel pauciferum, quod vt bibatur, minima eget aquæ mixtione. Contrario autẽ modo polyphorum vel multiferum, quod vt bene temperetur, multam exigit aquam, appellatur. æquiualenter dixeris quod multũ aquæ ſuſtinere debeat ad temperatam mixtioné. Quod verò pauciferum appellatur, tum exolutum, tum infirmũ, tum inutile ad potũ redditur, ſi multa dilueris aqua. Atqui quæ in vino hoc eſt carentia odoris, ea imbecillitatis frigiditatiſque maximum eſt argumentum, atque ob id aquæ ſimile exiſtit: veluti & eorum quæ fortem habent odorem, odor eſt maximum roboris ſignum. Vinũ ſiquidem aquoſum leuiſſimã habuit in ligno vitis tranſmutationé, leuiſſimam quoq; & elementi terrei permixtioné, vt aqua ſit paulũ terroſæ & calidæ ſubſtantiæ anteà ſortitũ, atq; quod in horũ vnitioné minima indiguit elaboratione. Contrarium autẽ tum vinoſum tum multiferum,

multiferum, neque à modica elaboratione tale fit, vtpote quod ab aqua lõgiſſimo recedat interuallo. Quo itum eſt vt ob idipſum inſignem conſequutum fuerit, tum caliditatem tum odorem.

Μέγα μὴν διαφέρει καὶ οἴνου καὶ μέλιτος ἀκρητότης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν· ὅμως τοίνυν εἰ καὶ διπλάσιον μέτρον οἴνου ἀκρήτου πίνῃ τις, ἢ ὁκόσον μέλι ἐκλείχοι, πολλῷ ἂν δήπου ἰσχυρότερον εἴη ὑπὸ τοῦ μέλιτος μοῦνον εἰ μὴ ταράσσοι τὴν κοιλίην· πολλαπλάσιον γὰρ καὶ τὸ κόπριον διεξίοι ἂν αὐτέῳ.

*Vini autem melliſque meracitas ſi robur utriuſq; contemplatus fueris, inſigne recipit diſcrimen. Nam ſi duplam uini meri menſuram ad mellis delinctũ quis biberit, à ſolo nimirum melle ualidior longè reddetur, niſi uentrem turbauerit. Nempe multò plus ſtercoris deiicietur.*

Si mulſæ & non mellis dixiſſet Hippocrates, manifeſtius fuiſſet loquutus. Nam de mulſa hucuſque egit, ipſamq; vino ex aqua diluto comparauit: neque ipſam per ſe, ſed vt iuxta fieret comparatio, ob eas res ſermonem ſuum ad mel vinumque reuocauit. Sunt autem qui in huiuſmodi comparationibus non reliquos modò volentes, ſed ſemetipſos quoque inuitos circumueniant fallantq;. Cæteri meraciora quædam purioraque experti non meracis ſolis, ſed quouis modo temperatis vires illorum aſſignant. Non ſecus alij aquoſiora experti, ex illis de omnibus quoquo modo temperatis ſententiam ferunt. Non ita tamen de rebus iudicium eſt faciendum. At ſi iuſtam facturus ſis de ipſis comparationem, mulſam ad eorum quæ bibuntur vinorum temperaturam in aquæ permixtione, ita proportione exiſtimabis, vt vinum non meracius & mulſa aquoſior fuerit. ſed quoniam in mixtione proportionem exactè ſeruare difficile ſit, ob id ad ea quæ

verè

verè immixta & propriè acrata, id eſt ſyncera appellata tráſtulit ſermonem Hippocrates, vino nullo pacto diluto mel ipſum comparans: aitq; duplum vini epotum minus alere, quàm mellis ſimplum. Verùm quoniá plura vinorum genera exiſtunt, nó quæ fortia ſunt, caputq; feriunt, & deſipientias creare poſſunt, in hoc exprompſit ſermone, ſed vinum imbecillum aquoſumque, mélq; ipſum huic comparans plus alere enuntiauit. Cæterum cùm vini duplo mel dimidium comparari voluerit, non quòd ſolum vtrunque per ſe & citra aquę mixtionem ęger ſumere debeat aſſeruit: ſed ſi poſt vtrumque dimenſum pro arbitrio ingerat, nó minus ad rem pertinet. Poteſt ſiquidem ſi res tulerit, mellis cyathum vnũ vel per ſe accipere, vel aquæ quantum volet mixtum ingerere, atque id quotidie bibere. Vel denuo vini cyathos duos diebus ſingulis vt volet, aqua temperati ingerere. Tali ſiquidem experimento in pluribus hominibus ſimiliter in reliquis haben tibus, tum etiam in vno magis per idem temporis ſpatium cognoſcetur exquiſita vtriuſque facultas. ſi enim mel nó ex quadam naturæ proprietate ventrem turbat, qui melle vtuntur diebus pluribus ſufficient. Si ergo res ita habet, cur in principio orationis dixit Hippocrates: Cæterum vino albo, tenui, paucifero & inodoro interdum for tior, & interdum infirmior eſt mulſa? non enim interdum fortior & interdum infirmior, ſed ſemper fortior ſecundum nuper dicta videtur. quod priuſquam de iuſta comparatione diſtinxiſſet docuiſſetque, citra diſtinctionem abſoluto ſermone bene & ſecurè dixit: reperietur melicratum vino quadamtenus fortius, & quadamtenus imbe cillius. Nam ſi temperamenti vtriuſque analogiam quis non diſtinxerit, interdum quidé infirmius vinum, interdum verò & mulſa eſſe videbitur. Verùm ſi hæc diſtinxeris vt eſt dictũ, atq; eam quã mel in ventre facit turbationé contemplatus fueris, mulſam ad nutriendum validiorem ſemper depræhendes quàm vinum proportione eadem dilutum temperatumque. Quòd ſi & excrementum quod ex mulſa ita moderatum excernitur, vt virtutem non exoluat, adnotaueris, tibi etiam longè ex mulſa copioſior videbitur nutritio quàm ex vino. Nã etſi duplum

exeat

exeat excrementum, laborans tamen pluribus diebus ex mulſa ſufficiat: certè ad nutritioné mel vino tum potentius, tum validius videtur.

Εἰ μέντοι ῥοφήματι χρέοιτο πτισσάνῃ, ἐπιπίνοι δὲ μελίκρητον, ἄγαν πλησμονῶδες ἂν εἴη καὶ φυσῶδες, καὶ τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια σπλάγχνοισιν ἀσύμφορον. προπινόμενον μέντοι πρὸ ῥοφημάτων μελίκρητον οὐ βλάπτει ὡς ἐπιπινόμενον, ἀλλά τι καὶ ὠφελέει.

*Mulſa tamen poſt ptiſanæ ſorbitionem epota ualde replet inflatq́;, & hypochondriorum uiſceribus eſt inutilis. At ſi ante ſorbitiones bibatur, non ut ſuperepota lædit, ſed iuuat quippiam.*

De ordine ſermo eſt Hippocrati, quem in vſu mulſæ ptiſanæque quis optimè ſeruare debeat. Verùm vno mulſæ ptiſanæque edoctus exemplo, vniuerſalem hunc accipe ſermonem. Nam perpetuò prius ingerenda ſunt quæ & facilius corrumpuntur, & quæ ſubducuntur magis. Poſterius verò contraria. Ptiſana autem quàm mulſa difficilius corrumpitur, & deſcēdit tardius. ſi ergo mulſa primo ſumpta fuerit, ex ea quædam ptiſanæ ad deiectionem fit prouocatio. Verùm ſi ptiſana primùm ſumpta fuerit, ſubduci mulſa prohibetur. inflabit hypochondria, atque tandem in bilem conuerſa ptiſanæ detrimentum adferet.

Ἑφθὸν δὲ μελίκρητον ἐσιδεῖν μὲν πολλῷ κάλλιον τοῦ ὠμοῦ· λαμπρὸν γὰρ καὶ λεπτὸν, καὶ λευκὸν, καὶ διαφανὲς γίγνεται· ἀρετὴν δὲ ἥν τινα αὐτέῳ προσθέω διαφέρουσάν τι τοῦ ὠμοῦ, οὐκ ἔχω· οὔτε γὰρ ἥδιόν ἐστι, ἢν τυγχάνῃ γε τὸ μέλι καλὸν ἐὸν, ἀσθενέστερον μέντοι γε τοῦ ὠμοῦ, καὶ ἀκοπρωδέστερόν ἐστιν· ὧν οὐδέτερον

ἐς

ἐς τιμωρίην προσδέεται μελικρήτου. ἄγχιστα δὲ χρηστέον αὐτῷ τοιῷδε ἐόντι, ἢν τὸ μέλι τυγχάνῃ πονηρὸν ἐόν, καὶ ἀκάθαρτον καὶ μέλαν καὶ μὴ εὐῶδες· ἀφέλοιτο γὰρ ἂν ἡ ἕψησις τῆς κακοτήτων αὐτοῦ τὰ πλέονα τοῦ αἴσχεος·

*Cocta autem mulſa aſpectu quidem quàm cruda longe eſt pulchrior, ſplendida ſiquidem & tenuis & alba & pellucida exiſtit: ſed qua ab ea euariet uirtute dicere non poſſum. neque enim eſt ſuauior ſi mel bonũ fuerit, imbecillior tamen quàm cruda, & minus ſtercoris habẽs. quorum neutro ut auxilietur mulſa opus habet. Cocta tamen probiſſimè utendum ſi mel prauũ fuerit, impurum, nigrum, & mali odoris. nempe coctura, plurimam malignitatum turpitudinẽ tollit.*

Tota dictione coctæ crudæque mulſæ differentias docet Hippocrates: ſed nullam deſiderat expoſitionem dictio.

## DE OXYMELITE.

Τὸ δ᾽ ὀξύμελι καλεόμενον ποτὸν, πολλαχοῦ μὲν εὔχρηστον ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν εὑρήσεις ἐόν· καὶ γὰρ πτυάλου ἀναγωγόν ἐστι καὶ εὔπνοον.

*Oxymeli appellatum, epotum ſæpius quidem in his morbis commoditatem habere reperies. nam ſputum educit, & facilem reddit ſpirationem.*

καλούμενον, id eſt appellatum, & καλεῖσθαι, id eſt vocari, atque his ſimilia adiicere Hippocratem non ignoras, interdum quidem quòd hæc appellatio Græcis omnibus nullo pacto vſitata ſit, interdum verò quòd abrogata, atque interdũ quòd artificioſũ ꝗppiã demõſtret: vt ἐπὶ τῶν

κροταφίτων καὶ μασσητήρων μυῶν, id eſt, temporalibus & manſoriis muſculis declarauimus. Sed quod artificioſum nihil indicet oxymelitis appellatio, conſtat omnibus. appellationẽ igitur ex adiectione τοῦ καλουμένου, vel dãnauit, vel tanquam inuſitatam iudicauit. poteſt autem & vtrunque feciſſe. Nam forſan & primum in communẽ cœpit tum venire vſum. forſan & vocem damnat tanquã ex ſolis aceto & melle conſtare medicamẽtum explanantẽ, vel tanquam mellis differentiam indicantem. quaſi ita quiſpiam diceret: mel autem acetúmque tali ſunt prædita facultate. ergo de verbi huius καλουμένου palã eſt. quapropter ad id quod commodat deſcendamus. nõ enim ex aceti melliſque mixtione tantum oxymelitis eſt compoſitio, verùm ex mulſa paulum aceti accipiente. Sed vt concoquatur melius eſt. Nempe virtus aceti ita coctura imminuitur, vt mulſa quidem ab eo cui miſcetur auxilium ſumat, offenſam autem non habeat. auxilium autem in orationis exordio dixit, & poſt hæc dicet: offenſas verò ad dictionis totius calcẽ adiiciet. dictum eſt itaq; in exordio: ſputũ ſiquidẽ educit: & facilẽ reddit ſpirationẽ. Deinceps aũt quæ in dictiõibus ſũt ſubſequuti ipſũ diſcemus.

Καιροὺς μέντοι τούσδε ἔχει.

*Tempora uerò hæc habet.*

Καιροὺς, id eſt, tempora dixit vel tempora quibus ex cõſuetudine vtendum ſit, vel tempora quibus iuuare ſoleat. Nempe & in hoc ſignificatu, καιροῦ appellatione interdũ vti Hippocratem oſtendi.

Τὸ μὲν κάρτα ὀξὺ ἐὸν ἂν μεῖζον πρήσειεν πρὸς τὰ πτύελα, μὴ ῥηιδίως ἀνιόντα· εἰ γὰρ ἀνάγοι μὲν τὰ ἐγκέρχνοντα, καὶ ὄλισθον ἐμπρήσειε, καὶ ὥσπερ εἰ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, παρηγορήσειεν τὸν πνεύμονα, μαλθακτικὸν γὰρ αὐτέου. καὶ εἰ μὲν ταῦτα συγκυρήσειε, μεγάλην ἂν ὠφελείην πρήσειεν. ἔστι δ᾽ ὅτε τὸ κάρτα ὀξὺ οὐκ ἐκράτησε τῆς ἀναγωγῆς τοῦ πτυέλου, ἀλλὰ προσεγλισχρηνέ τε καὶ ἔβλαψεν.

Quòd

*Quod ualde acre exiſtit, nihil mediocriter, in his quæ non facilè educuntur ſputis efficiet. Nam ſi quæ intus exaſperant educeret, lubricitatem induceret, & ueluti ſi guttur extenderet, pulmonem leniret: eſt ſiquidem ipſius mollitorium. quæ ſi contingerent, magnum adferrent iuuamentum. At interdum accidit cũ ualde acre fuerit, ut ſputum non educat, ſed uiſcoſum reddat, & adferat noxam.*

In quibus acri oxymelite vtendum ſit, in his fieri aliquando ex eo offenſam docet Hippocrates. nẽpe in quibus nemo prorſus tali quod acre eſt medicamento vteretur, tales recenſere offenſas ſuperfluum eſt. Neque enim ſimpliciter de acri oxymelite ſermonem fecit, ſed aduerbium hoc κάρτα. i. valde adiecit, quod λίαν & σφόδρα, id eſt admodum & vehementer ſignificat. Tale igitur oxymeli nihil quod medium ſit in craſſis glutinoſiſque pulmonis ſputis efficere conſueuit, in quibus eo ſolo quiſpiã vtatur: ſed vel inciſa ipſa vel deterſa educit. vel id equidẽ facere non valens exiccat. nempe vt medicamentum huiuſmodi ſecandi vim habet, ita & exiccandi. Vtimur autẽ eo in craſſis pulmonis ſputis non tanquam exiccante. nẽpe hoc pacto detrimentum adferret. ſed tanquam incidẽte & detergente. Cùm igitur hæc facere non valet, tantũ abeſt vt vtilitati ſit, vt etiam maximè noceat. ſed quãdo neque ſecat neque detergit, in ſequẽtibus docebit. Volo autem impræſentiarum de ea quæ in multis libris reperitur ſcriptura agere: non enim per σ, ſecundam huius nominis μίσου ſyllabam: ſed per ζ, ſcriptam inuenimus, vt dictio tota talis ſit: Τὸ μὲν κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μεῖζον ποιήσειεν, id eſt, quod valde acre exiſtit, nihil inſigne fecerit, ſed id falſum eſt. nempe inferens magnum aliquãdo fieri ab eo iuuamentum oſtẽdit, interdum & detrimentum. quare perpetuò inſigne quippiã facit, & nullo pacto leue paruúmq;. De quo autem verum eſt dicere quòd perpetuo magnum vel malum vel bonum facit, de illo melius nihil mediocriter ab eo fieri quiſpiam dixerit.

Μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν οἵπερ καὶ ἄλλως ὀλέθριοι εἰσί, καὶ ἀδυνατοῦσι βήσσειν τε καὶ ἀποχρέμπτεσθαι τὰ ἐνεχόμενα.

*Potißimum autem ita afficiũtur qui maximè pernitioſè habentes, neque tußire neque quæ intus continentur excreare poſſunt.*

Sputa craſſa vehementer glutinari, nihilque ab exhibito quod acre ſit oxymelite iuuari ait his contingere qui maximè pernitioſè afficiuntur, id eſt quibus morbus ſupra modum crudus exiſtit: nempe hi nihil expuunt.

Εἰς μὲν οὖν τόδε, προσεκμαίρεσθαι χρὴ τὴν ῥώμην τοῦ ἀνθρώπου, κἢν ἐλπίδα ἔχῃ, διδόναι.

*Cùm hæc ita habuerint, uires hominis perpende. nam ſi de eo ſperaueris, dabis.*

Poſteaquam eos qui maximè pernitioſè ægrotant ab acri oxymelite nihil iuuari prædixit, paucíq; ex ipſis adiuti liberentur, ob id & ipſius quod raro contingit non tacuit auxilium. Fit autem auxiliũ huiuſmodi ab acri ſupra modum oxymelite cum ægri vires valent. nempe ſi non valent, nõ iuuabit quod tale eſt oxymeli. Duorũ ſiquidẽ alterum efficiet: Nam vel prorſus non ſecabit, ſed quod glutinoſum eſt glutinoſius reddet: vel diſſecabit abſtergétque. Verùm ſubitam vniuerſamque tum eductionem tum vacuationem quam molietur, non ferẽte virtute cõtinget ſtrangulari hominem.

Διδόναι δὲ, ἢν διδῷς, ἀκροχλίαρον, καὶ κατ' ὀλίγον τὸ ποιόνδε καὶ μὴ λάβρως.

*Cum autem dare uolueris, perquam tepidũ & paulatim dabis, & non large.*

Si æger ob ſputorum tum craſſitiem tum viſcoſitatẽ nihil expuerit, virtúſque valida fuerit, oxymeli dari iubet valde acre, & paulatim, & ἀκροχλίαρον quod eſt ἄκρως χλιαρὸν, id eſt perquam tepidum, id autem calidi frigidique exactè eſt medium. Nam quòd vehemẽtem habeat facultatem,

facultatem, propterea copioſè ipſum vno hauſtu propinare veretur. Pari modo & æſtate frigidum porrigere vt anteà pręcepit ideo timet, quia tum pleuritides tum peripneumoniæ, in quibus nihil expuitur crudæ ſunt. Coctioni autem perpetuò calidum opitulatur confertque: frigidum verò renititur & aduerſatur. Sed quam ob cauſam calidum etiā oxymeli deuitat Hippocrates? certè ob morbi malignitatem, ne videlicet protinus ex tali potione cruda perſiſtat adfectio, hominemque à calido oxymelite ſiticuloſiorem fieri contingat. Nempe quòd ſymptoma hoc viſcoſum reddat ſputum eſt demōſtratum. Tutius ergo mediocriter tepidum eſſe oxymeli arbitratur Hippocrates, vtpote qui calidi eam quæ ſuccedere poſſit, frigidique de neceſſitate ſucceſſuram fugiat læſionem.

Τὸ μέντοι ὀλίγον ὀξύμελι, ὑγραίνει μὲν τὸ σῶμα καὶ φάρυγγα. ἀναγωγὸν δὲ πτυέλου ἐστὶ, καὶ ἄδιψον. ὑποχονδρίῳ δὲ καὶ σπλάγχνοισι τοῖσι ταύτῃ εὐμενὲς, καὶ τὰς ἀπὸ μέλιτος βλάβας ταύτῃ κωλύει. τὸ γὰρ ἐν μέλιτι χολῶδες κολάζεται.

*Quod autem parum acre eſt, os faucéſque humectat, ſputum educit, & ſitim ſedat, qua occaſione hypochondrio uiſceribúſque eſt beneuolum, & mellis inhibet noxas: nempe quod in melle bilioſum eſt caſtigat.*

Poſteaquam de ſupra modū acri oxymelite ſermonem abſoluit, ad id quod mediocriter acre eſt tranſiit in hac dictione, humectare ipſum os faucéſq;, & ſputū educere, & ſitim ſedare inquiēs. Habēs ſiquidē omnia quibus iuuari ægritudines huiuſmodi natæ ſunt, eorū quę nocēt nihil habet ob vim tēperaturæ Nā mulſæ tātū aceti eſt admixtū, vt quod in ipſa bilioſum ſit, queat ſufficiēter κολάσαι, id eſt καθελεῖν & ταπεινῶσαι, id eſt caſtigare, inuertere,

 & ſup-

& ſupprimere. Nempe in quarto de ſimplicium medicamentorum viribus, dulcem ſaporem acri maximè potentia aduerſari demonſtrauimus. Cùm itaque mulſæ facultas cætera quidem omnia quibus morbi huiuſmodi opus habent contineat, in vno autem dũtaxat contraria, quòd ſcilicet ſupra modum calefacta ipſa bileſcat, migrationem huiuſmodi permixtio aceti cohibẽs optimum efficit medicamentum. nempe minimè ſiticuloſum erit, atque ob id ſputa quæ non omnino craſſa glutinoſaque ſunt, facilè educet. Has autem quæ duæ numero exiſtunr actiones cõſequitur, partium oris fauciúmque humectatio. qua verò ratione hæc facit, ea tum lieni tum hepati conuenientiſſima eſt, viſcera citra moleſtiam expurgans.

Ἔστι δὲ καὶ φύσεων καταῤῥηκτικόν, καὶ ἐς οὔρησιν προτρεπτικόν.

*Flatum prætereà diſcutit, & urinas mouet.*

De mediocriter acido oxymelite adhuc diſſerens hæc protulit, cùm in pulmonis thoracíſque adfectibus multũ habeat vſum atque effatu digniſſimum adiumentum ob metricam illam tum aceti tum aquæ tum mellis mixturã. hoc ſiquidem oxymeli craſſum flatuoſumque in hypochondrio ſecat ſpiritum, flatúſque abrumpẽs vias omnes perpurgat, atque ad vrinas tum ſeroſa tum biliosa agit excrementa.

Ἐντέρου μέντοι τῷ κάτω μέρει πλαδαρώτερον καὶ ξύσματα ἐμποιέει.

*Sed partem inteſtini imam reddit humẽtiorem, facitq; ramenta.*

Humiditatem eam quæ ſupra id quod ſecundum naturam eſt partibus innaſcitur, πλάδον Hippocratem perpetuo nominare ſcimus. Hoc itaq; efficere ait oxymeli. Nẽpe quicquid craſſi glutinoſique ſucci ſuperius infarcitur, id abradit ſecátque atque ad excretionem ſubducit: facilè item & hac facultate ab iocinore facit excrementorum eductiones, ita vt collectis ſuperioribus cunctis humiditatibus in inteſtinis ipſis & potiſſimũ infernis, ob multitudinem

titudinem quidem innaſcatur ea quæ ſupra naturam eſt humiditas, ob qualitatem verò inteſtini abraſio. Nempe oxymeli detergente præditum facultate tandem abradet inteſtinum. Eiuſdem quoque eſt facultatis quod cum oxymelite deſcendit bilioſum excrementum: quapropter & ſine oxymelite ſi aliquando exuperauerit, inteſtinum abradit.

Ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ φλαῦρον τοῦτο ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι γίνεται· μάλιστα μὲν, ὅτι φῦσαν κωλύει περαιοῦσθαι, ἀλλὰ παλινδρομέειν ποιέει· ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ τε ἀκρωτήρια ψύχει.

*Interdum quoque & in acutis morbis hoc eſt inutile, & potiſſimum quod nõ flatum modò foras prodire uetet: uerùm quoque & reuerti faciat. prætereà & maximè uires frangit, & extremas infrigidat partes.*

In acutis interdum morbis abradi inteſtinum, bonum non eſt. Nempe vlceratio quædam ſuperficiaria eſt ramẽtoſa adfectio. quę cùm talis exiſtat, à pertranſeuntibus omnibus & maximè mordentibus moleſtiam recipit inteſtinum: quod moleſtia adfectum niſi protinus mordentia excreuerit, ad regionem ſuperiorem ea quæ pertranſeũt remittit. quo fit vt ea occaſione flatus etiam ſurſum recurrat. Naturalem ſiquidem functionem obſtringentem obuolutricemque ſortita ſunt inteſtina, vt in commentariis de facultatibus naturalibus eſt demõſtratum. ſi verò quæ continentur, à partibus illis in quibus continentur refundantur, velocitatis eſt opus. Cùm itaque supernè motus exordium habet, quæ continentur deorſum habent excretionem: verùm ſi motio infernè capit exordia, ſurſum feruntur. quod ſanè in habentibus ſecundum naturam vſu euenire manifeſtè videtur: cum ſcilicet vniuerſim, raptimque ſubeunte ad inferna inteſtina bile continemus excretionem, aut propter aliquam quæ vrgeat negocij curam, quæ interpellari non poſſit, aut quòd non propè ſit quo venter exoneretur locus. Nam tunc emergere, ſurſumque

ferri bilem ita percipimus, vt non adhuc excerni poſſit. ſunt quibus ex huiuſmodi bilis recurſu ſtomachus male habet: aliis caput repletur, & ob morſum dolet: alij vtrũq; patiuntur. hoc igitur pacto ramentoſa inteſtinorum adfectio deorſum interdum excernit celeriter, ægrorum moleſtiam nequaquã ſuſtinens, interdũ autẽ & à partibus inferioribus ad ſuperiores, vbi quæ pertranſeunt non protinus per ſedem excreta fuerint: ſed is qui ſedem circulariter ambit muſculus tum contractus, tũ recti inteſtini extremum ipſum cõſtringẽdo complexus, principiũ motionis cõprehenſoriæ ex infernis partibus ad ſuperiores fecerit. Ob eam igitur cauſam non flatus ſolũ, verùm & excrementum in huiuſmodi adfectionibus reuertitur. Contingit autem & vires offendi ob eũ qui in tranſitu ipſo ſequitur morſum. Nam quæ abraduntur, tametſi quod pertranſit pauciſſimum habeat morſum vehemẽter infeſtãt. ſcimus autem dolorem omnem vires exoluere, atque ob id partes infrigidare extremas.

Ταύτην καὶ οἶδα μούνην βλάβην τὴν δι' ὀξυμέλιτος γινομένην, ἥτις καὶ ἀξίη γραφῆς.

*Et hæc ſola eſt quam nouerim oxymelitis noxa, quæ ſcribi digna ſit.*

Oxymeli modicè temperatum noxas omnes quæ ex mulſa vino & aqua emergũt, effugiſſe paulò antè eſt demonſtratũ. quod ſi aliquãdo nocuerit, ſolùm nocet quòd abradat inteſtina, idq; ferè facit in his qui imbecilliorem habent naturam, & pati idoneum inteſtinum.

ὀλίγον δὲ τὸ τοιόνδε ποτὸν, νυκτὸς μὲν ἐπὶ νῆστιν πρὸ ῥοφήματος ἐπιτήδειον πίνεσθαι. ἀτὰρ καὶ ὁκόταν πολὺ μετὰ ῥοφήματος, ἢ οὐδὲν κωλύει πίνειν.

*Exiguũ autẽ eiuſmodi potũ nocte quidẽ & ieiuno ante ſorbitionẽ dare expedit: quãquã & à ſorbitione modò longum interſit tempus, nihil uetet bibere.*

Vbi facultatem quã habet percurrit, ad rationẽ tẽporis quo

quo maximè quis propinare ipſum debeat nũc peruenit, & potiſſimũ cũ quis oxymelite vti debeat, is ſorbitionibus alatur. Nempe vbi quis nõ ſorbitionibus ſed potione ſola regatur, tẽpus in illis poſteà docet. Ait ergo in ſorbitione vtentibus illud dũtaxat obſeruãdũ tẽpus quo ſorbitio ingeri debet. Ptiſanæ autem cremor ſorbitio eſt, qui vt corpus alat, & vires roboret adſumitur. Ad quæ cõfert ſi nutritionis tempore ſolus in vẽtre contineatur. Nempe anteà didiciſti cibos multiplices & præſertim facultate diſſimiles progignere in vẽtre turbationem. Ob eam igitur cauſam non bibendum oxymeli niſi cremor coctus fuerit: qui ſi coctus fuerit, licet tum nocte tum inſequẽte die ante ſorbitionem ſumere. Tempus autem inter ſorbitionem oxymelique medium ſatiſfacit, ſi ptiſanæ cremor vacuum ſimul & purum ex ea quæ ab oxymelite facta eſt deterſione ventriculum ingrediatur.

Τοῖσι δὲ ποτῷ μούνῳ διαιτωμένοισιν ἄνευ ῥοφημάτων, διὰ τόδε οὐκ ἐπιτήδειόν ἐστιν ἀεὶ διαπαντὸς χρέεσθαι τούτῳ, μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν ἢ τρυχισμὸν τοῦ ἐντέρου. ἀκόπρῳ γὰρ ἐόντι, μᾶλλον ἂν ἐμποιέῃ ταῦτα κενεαγγείης παρεούσης. ἔπειτα δὲ καὶ τὸ μελικρήτου τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτ' ἄν.

*Qui autem non ſorbitionibus ſed potu ſolo utuntur, his non ſemper oxymelite uti expedit, maximè quidem propter inteſtini uel abraſionem uel diuexationem. Nam cùm ſtercore uiduum & deſtitutum ſit, uacuæ item uenæ, atque ſublatæ à melicrato uires citius hæc inducuntur.*

Qui victus rationẽ non ex ptiſana ſed ex potu ſolo ſibi inſtituunt, iis non per totum morbũ eſt conueniens oxymeli, quòd vehementius inteſtinum tum nudum tum humore alio deſtitutum abradat. Nempe à ptiſana quodãmodo inungitur, vbi illam adſumpſerint. & cum ex melicrato corpus nihil auxilij acceperit. Mulſæ autẽ auxiliũ quod corporibus adfert cum de mulſa ageret prædixit.

Ἢν μέντοι ἀρήγειν φαίνηται πρὸς τὴν ξύμπασαν νοῦσον, πολλῷ πότῳ τούτῳ χρέεσθαι, ὀλίγον χρὴ τὸ ὄξος παραχέειν, ὅσον μοῦνον γινώσκεσθαι. οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἃ φιλέει βλάπτειν, ἥκιστα ἂν βλάπτοι, καὶ ἃ δεῖται προσωφελέειν, προσωφελοίη ἄν.

*Quòd ſi potum hunc & quidem multum per totum morbi tempus profecturum exiſtimaueris, paulũ aceti adfunde, & tantum ut duntaxat ſentiri poſsit. ſic enim quæ lædere ſolebat minimè lædet, et quæ adiumento indigent adiuuabit.*

Cùm ſiticuloſos quidem reddat mulſa, ſputa autẽ bronchiis pulmonis contineantur vel glutinoſa vel admodũ craſſa, tunc ſolo oxymelite eſt vtendum: recordãtibus nobis, quòd hæc de his qui ſolo potu abſque ſorbitione vtũtur dicta ſint. ſi itaque vt dixi ſolo oxymelite ſit vtẽdum, paulum aceti mulſæ adfundere cõuenit vt aceti vſu fruatur, & effugiat quod ab eo eſt detrimentum. Sed acetum mulſæ commixtum excoquere oportet. Nempe hoc pacto ad nocendum infirmius redditur.

Ἐν κεφαλαίῳ δὲ δεῖ εἰρῆσθαι, αἱ ἀπὸ ὄξεος ὀξύτητες πικροχόλοισι μᾶλλον, ἢ μελαγχολικοῖσι συμφέρουσι. τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται, καὶ φλεγματοῦται, μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτέου· τὰ δὲ μέλανα ζυμοῦται, καὶ μετεωρίζεται, καὶ πολλαπλασιοῦται. ἀναγωγὸν γὰρ μελάνων ὄξος.

*Vt autem in ſumma dicatur, quæ ab aceto eſt aciditas, picrocholis magis quàm melancholicis prodeſt. amara ſiquidem diſſoluuntur deſciſcúntque in pituitam, cùm ab aceto ipſo in ſublime efferũtur: nigra autem fermentantur, in ſublime attolluntur, & multiplicantur. Nigra etenim educit acetum.*

Picro-

Picrocholas naturas appellat quę ſibi ſuccum amarum procreauerunt. veluti eſt flaua bilis. quibus idoneum eſſe acetum ait, quod melăcholicis naturis eſt aduerſiſſimum: quòd & bilem nigram acidam eſſe contigit, vbi iam præter naturam habente corpore & ſincera & impermixta fuerit. nempe cùm rectè valet, plus quidem habet dictæ qualitatis, non tamen exquiſitam ipſam. reliqua dictionis manifeſta ſunt. docet ſiquidem in ea quónam pacto acetum picrocholis qui in temperamento calido cæteros vincunt adiumento ſit, vtpote quod frigidum ſit.

Γυναιξὶ δὲ τὸ ἐπίπαν πολεμιώτατον, ἢ ἀνδράσιν ὄξος· ὑστεραλγὲς γάρ ἐστιν.

*Mulieribus autem longè magis quàm uiris aduerſatur acetum: nempe uterum dolore adficit.*

Quòd acetum quidem neruos lædere natum ſit, teſtatur experimentum, & ratio demonſtrat. Nempe exăgues ſunt & ideo frigidi, faciléque ab his quæ refrigerant, ſimul & tenues habent partes, adficiuntur medicamentis: læduntur prætereà & à reliquis refrigerătibus omnibus. ſed quod ex aceti ſubſtantia tenuium eſt partium, in ipſorum mergitur profundum, atque in omnes ita penetrat partes, vt ne minimum quidem ex eis illæſum ſinat. ſic itaque acetum neruoſas offendit partes. Vterum autem anatomici ferè omnes neruoſum eſſe dicunt. Verùm & abſque illorum affirmatione quam ex anatomica inſpectione fecerunt, poteris & tu de ipſa ratiocinatione colligere. Nempe ad maximam laxatur molem, & ad minimă contrahitur. Quantus etenim fœtus fuerit, tantum ipſum perpetuò ambit circulariter, impleturque ſpacium omne ab eo, ſiue fœtus paruus fuerit, ſiue magnus, veluti venter à cibis. Sed ventris non magna eſt ad contraria permutatio, vteri autem maxima. Plurimum autem dilatari laxarique neruoſorum propriũ eſt corporũ & non carnoſorũ.

## DE AQVA.

Ὕδατι δὲ ποτῷ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω ἔργον ὅ,τι προσθέω· οὔτε γὰρ βη-

χός

† πνευμονικοῖσιν.

χός ἐστι παρηγορικὸν ἐν τοῖσι † περιπνευμονικοῖσιν, οὔτε πτυέλου ἀναγωγόν· ἀλλ' ἧσσον τῶν ἄλλων, εἴ τις διὰ παντὸς ὕδατι ποτῷ χρέοιτο· μεσηγὺ μέντοι ὀξυμέλιτος καὶ μελικρήτου, ὕδωρ ἐπιῤῥοφεόμενον ὀλίγον πτυέλου ἀναγωγόν ἐστι, διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς ποιότητος τῶν ποτῶν. πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει. ἄλλως δὲ οὐδὲ δίψαν παύει, ἀλλ' ἐπιπικραίνει. χολῶδες γὰρ φύσει χολώδει καὶ ὑποχονδρίῳ κακόν· καὶ κάκιστον ἑωυτοῦ, καὶ χολωδέστατον, καὶ φιλαδυναμώτατον, ὅταν εἰς† κενεότητα ἐσέλθῃ· καὶ σπληνὸς δὲ αὐξητικὸν καὶ ἥπατός ἐστιν, ὁκόταν πεπυρωμένον ᾖ· καὶ ἐγκλυδαστικόν τε καὶ ἐπιπολαστικόν. βραδύπορον γὰρ διὰ τὸ ὑπόψυχρον καὶ ἄπεπτον εἶναι, καὶ οὔτε διαχωρητικὸν, οὔτε διουρητικόν. προσβλάπτει δέ τι καὶ διὰ τόδε, ὅτι ἄκοπρόν ἐστι φύσει· ἢν δὲ δὴ καὶ ψυχρῶν ποδῶν ἐόντων ποτὲ ποθῇ, ταῦτα πάντα πολλαπλασίως βλάπτει, ἐς ὅτι ἂν αὐτέων ὁρμήσῃ.

† κενεώτατον.

*Aquæ quæ in acutis morbis bibitur, aliud quidem nullum habeo quod concedam munus. neque enim in peripneumonicis tußim ſedat, neque ſputum educit: imò cæteris minus, ſi quis aquæ potione perpetuò utatur. uerùm ſi inter oxymeli & mulſam modicū aquæ bibatur, ob qualitatis potionum tranſmutationem ſputum educit. Nempe intus inundationē parit. Aliàs neque ſitim ſedat, ſed amareſcit. filioſa ſiquidem bilioſæ naturæ exiſtit. hypochondrio prætereà mala eſt, atq; etiam peſſima eſt, & bilioſiſſima, & uirium maxima*

labefacta

*labefactatio ubi in uacuitatem uenerit. adde quòd lienem auget, iecúrque, ubi phlegmone obſidetur, fluctuátque & innatat. Tarde ſiquidem meat quòd frigida & incoctibilis ſit, neque aluũ deiicit neque urinas mouet. Atque ex eo quoque nocua eſt, ꝙ ſtercoris ſuapte natura expers ſit. quam ſi pedibus frigentibus aliquãdo quis biberit, hæc omnia multò magis offendet, ad quoduis eorum impetum fecerit.*

Neque incidendi vim aliquam habet aqua vt acetum: neque calida eſt vt mel: quod præter id quòd calfacit, detergit quoque adhuc & ſecat. Tarde igitur iure optimo meat aqua, difficulter coquitur, atque ægrè deſcendit: quãquam alioqui & optima ſit, & culpa omni vacet. Nã quæ vel limoſa vel male olens, val ſalſa vel alterius cuiuſpiam medicamẽtoſæ qualitatis particeps exiſtit, ea nõ ſimpliciter eſt aqua, ſed cum tali quadam permiſtione medicamenti, vt ſi mel vicioſum, vel ptiſanam vel acetum vel vinum vel tale quippiam deſignaueris. non enim ex illo genus totum culpabis, ſed id ſolum ad quod mentem conuertis. Cum igitur ſermo in vnoquoque eorum quæ ab ipſo iudicantur de optimis ſit, ita & nunc intellige, ſingula quæ dicuntur ad optimam referens aquam: quæ puriſſima eſt, & omni aliena qualitate deſtituta. Hæc igitur quanquam optima ſit, multo tamen tempore in ventriculo manet, fluctuationes prorſus in ipſo pariens: quo fit vt cum bilioſus ventriculus fuerit, corrũpatur & illa. Prætereà & cùm ex ventriculo ad ieiunum inteſtinum ægre perueniat, non facilè diſtribuitur neque in hepar, & minus in renes, thoracem, & pulmonem: quo fit vt neque vrinas mouere nata ſit, neque ſputum educere: imò neque per totum corpus molitur tranſpirationes. id nanque ſubſtantiæ quæ tenuium partium ſit eſt opus, calidæque non frigidæ & craſſarum partium. Neque prætereà ſitim ſedat, quòd in amplis tum ventris tum inteſtinorum animalis inſtrumẽtis plurimo maneat tempore. Neque imas penetrat ipſorũ partes, neque

ſiccitatem

ſiccitatem humectat. Quòd autem non alat anteà eſt dictum: quo fit vt neq; facultatem vitalem roborare poſſit, atque ea eſt cauſa propter quam Hippocrates ad mulſam oxymelique & ad vinum ſe contulit in ægris,ab aqua abſtinens. iam igitur ob eas cauſas nūquam ea quis vtatur. Vtuntur autem & alij quidam medici, atque etiam ipſe Hippocrates: ſed hic minus, cæteri magis. Nempe ex eo quòd cæteris perperam vtantur, circunuenti ad aquā ipſam recurrunt: quæ non inſigniter quod preter animi ſen tentiam ſuccedat habet, quando ne virtutem quidem. Sic enim Eraſiſtratus dicebat, fortes tum ciborum tum potuū facultates, tempeſtiuè quidem adſumptæ maximum iuua mentum, intempeſtiuè verò maximam offenſam adferunt. Quem autem vitioſum eſſe dico tum oxymelitis tū mulſæ tum vini vſum, is quidem oritur & ob repentinas mutationes vt ipſe demonſtrauit, & magna ex parte ob ſinceram quæ à medicis fit permixtionem. Cùm igitur ſeni cuidam ægrotanti quotidie vinum aquoſum exhiberē, quidam ex huiuſmodi medicis præſens, me vini minimū aquæ ipſi inſtillantem contemplatus riſit, ægrúmque vinum non bibere ſed duntaxat videre dixit, nō ſanè intelligens mixtionis vini quod gratia voluptatis datur ad aquam aliam eſſe ſymmetriam, & aliam eſſe eius quod ad opem ferendam miniſtratur. Nam vini omnino minimū veluti excitationem quandam quæ ad diſtributionem aquam trahat permiſcemus, quò duntaxat aquæ ſynceritatem tollamus, non autem vinum ipſam faciamus. ſunt autem plerique ex ſanis qui vinum aqua dilutum bibāt, ſed in his vt aqua guſtatu ipſo euincat non conuenit, ſed vt vinum. in ægris verò ita vt modica ſit vini repræſentatio: ſic & de oxymelite pauloante dicebat, aquoſum laudans: quòd item tutius quiſpiam ea vteretur quæ aquoſa eſt mulſa. Nam ſincera puráque niſi ventrem ſubducere anticipauerit, magis nocebit: & potiſſimum in amaræ bilis hominibus, & his quibus pręter naturam tumefacta ſunt viſcera: in his & aqua detrimentum adfert, cùm plus iuſto in hypochondriis morata bileſcit. nempe & præter hæc omnia quæ habet mala, ſtercoris adhuc eſt expers, neque vllo pacto aluum ſubducit. Aquam autem in prin-

cipiis

cipiis acceſſionum potam lędere(quod manifeſtauit cum dixit: quam ſi pedibus frigentibus quis aliquando biberit, hæc omnia multomagis offendet)eorum eſt quæ omnibus & nota & certa & confeſſa ſunt. Quando igitur bibi idonea eſt aqua? cũ ſcilicet potu ſoſo æger vſus fuerit, nullo pacto accepto ptiſanæ cremore. tunc enim in potionum aliarum medio aquam tempeſtiuè quis ingeſſerit, & præſertim cùm ęger ſiticuloſus fuerit. Nempe eam πλημμυρίδα quandam, id eſt humidi cuiuſpiam copiam abundantiamque facere ait. Quo fit vt inter mulſam oxymelíque parum aquæ exhibeant, quòd his quæ expui debent conferat ad humectationem. imò & cùm vinum grauiter nocet, tunc aquam propinant, Quónam autem pacto de ea re ſtatuerit Hippocrates, audiamus.

Ὑποπτεύσαντι μέν τι ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν, ἢ καρηβαρίην ἰσχυρὴν, ἢ φρενῶν ἅψιν, παντάπασιν οἴνου ἀποσχετέον. ὕδατι δὲ ἐν τῷ τοιῷδε χρηστέον, ἢ ὑδαρέα ἐς λευκὸν παντελῶς δοτέον οἶνον, καὶ ἄοσμον παντάπασιν, καὶ μετὰ τὴν πόσιν αὐτοῦ ὕδωρ μεταποτέον ὀλίγον. οὕτω γὰρ ἂν ἧσσον τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος ἅπτοιτο τῆς κεφαλῆς καὶ γνώμης.

*Cùm uerò in his morbis fortem capitis grauitatem uel mentis læſionem ſuſpicatus fueris, à uino penitus eſt abſtinendũ. aquámque tunc dare oportet, uel uinũ aquoſum fuluúmque & penitus inodorũ. atque ab ipſius potione aquæ exiguũ ſuperbibendũ. Nempe hoc modo uini potentia caput mentémque minus feriet.*

Mẽs tẽtari lædique dicitur cũ æger febre correptus deſipuerit. & nũc itaque φρενῶν ἅψιν, id eſt mentis læſionẽ ait deſipientiã, in qua vino abſtinendũ præcipit. pari modo & in vehemẽtibus capitis doloribus. de vtroque autem anteà eſt dictũ. ſed impræſentiarũ vbi in prædictis ſymptomatis à vino prorſus abſtinendum prædixit, conſe-

quenter

quenter aquoſum fuluúmque,& quod odore careat dandum ait. Aquoſum itaque & inodorum dare bene dictum eſt: ſed fuluum non admodum recipio. Nam ad ea aquoſum album melius exiſtit. Etiam verò cùm ita adfectis vinum damus, ſtatim ſuper bibendam aquã tutius eſſe præcepit. minus enim inquit vini potẽtia (quæ fortitudo eſt) caput mẽtemq́ue tentabit. ἅπτοιτο quidem verbo vſus ſibiipſi vſitato conſuetóq;, quo ἅψιν τῶν φρενῶν, id eſt mẽtis læſionem ab huiuſmodi verbo quod ἅψιως nomine vſitatius eſt, ſeſe feciſſe oſtendit. Caput autem mentemq́ue vino tentari ait, quòd propter caliditatem celeriter ad caput feratur, feruentéſque in corpore ſecum ferat humores. qua autem ratione caput male afficit, ea & mentem. Nam in capite ſapere ipſum ſitum eſt, & ea animæ pars quæ ratiocinatur.

Ἐμ οἷσι δὲ μάλιστα αὐτῶμ, ὕδατι ποτῷ χρηστέομ, καὶ ὁκότε πολλῷ κάρτα, καὶ ὅκου μετρίῳ καὶ ὅκου ψυχρῷ, καὶ ὅκου θερμῷ, τὰ μέν που καὶ πρόσθεμ εἰρέαται, τὰ δὲ ἐν αὐτέοισι τοῖσι καιροῖσι ῥηθήσεται.

*In quibus autem adfectibus maximè aqua utendum ſit, & quando ualde multa, & quando modica, & quando gelida, & quando calida, partim quidem anteà dictum eſt, partim uerò ſuo dicetur tempore.*

Eraſiſtratus quidem in libro de febribus malitioſe ſatis criminatur Hippocratem diſcipulos ipſius quammaxime accuſans Apolloniũ & Dexippum: quos ait cereos cyathos duodecim in ſextantali cotulæ cyatho effinxiſſe, atque vnum ex his vel duos febrientibus admetiri. Verùm Hippocrates non hîc ſolũ, verũ quoque & in antedictis, potionibus omnibus copioſius largiúſq; manifeſtè vti viſus eſt. quod & in prẹſenti dictione liquido oſtendit, inquiẽs: in quibus autem adfectibus maximè aqua vtendum ſit, & quando valde multa. Nam & τὸ κάρτα πολλῷ τὸ λίαν πολλῷ, id eſt valde multa ſignificat. Sed ſanè ſatis erat dicere multam aliquando dari

aquam ſine adiectione aduerbij huius κάρτα, in oſtenſionem malitiæ Eraſiſtrati qui de Apollonio & Dexippo mentionem facit, neque vllum horum librum oſtendere poteſt. nec Hippocratem ipſum intelligit apertè dicentem: & quando vtendum valde multa. Quinetiam & ſuperiore oratione mulſam inter oxymelique aquam porrigens vtilem eſſe ait, quòd πλημμυρίδα, id eſt humiditatis abundantiam quandam parit. Scripſit & anteà de mulſa & oxymelite aquoſis quòd os humectant & vrinas cient. non vtique cyathum horum porrigens, ſed quantitatem inſignem, qua & os humectari, & vrinæ cieri, & quæ pulmonem infeſtent expui poſſint. Præterea & de oxymelite ita ſcripſit: quòd ſi potum hunc & quidem multum per totum morbi tempus profuturum exiſtimaueris, adiiciens hîc quoque multum. De malitia autem Eraſiſtrati aduerſus Hippocratem dicta hæc ſufficiant. Cæterùm recordemur Hippocratem quomodo antè ita & nūc polliceri ſe in morbis ſingulis peculiarem facturum doctrinam, cùm hoc in libro victus inſtituendi artem non ſufficienter cōficiat: ſed vniuerſalia ſola in exemplo morbi vnius ſcilicet pleuritidis proſequatur.

Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ποτῶν οἷον τὸ κρίθινον, καὶ τὰ ἀπὸ χλόης ποιεύμενα, καὶ τὰ ἀπὸ σαφίδος καὶ σεμφύλων καὶ πυρῶν καὶ κνήκου καὶ μυρτων καὶ ῥοιῆς, καὶ τῶν ἄλλων· ὅταν ὅσω ἄν τινος αὐτέων καιρὸς ᾖ χρέεσθαι, γεγράψεται παρ᾽ αὐτῷ τῷ νοσήματι, ὅκως περ καὶ τὰ ἄλλα τῶν συνθέτων φαρμάκων·

*De reliquis potibus cuiuſmodi eſt hordeaceus, & qui ab herbis uiridibus, & uua paſſa, & uinaceis, & ex tritico, & cneco, myrtiſq; & punico atque aliis parantur, cùm horum aliquo uti tempeſtiuum fuerit, in morbo ipſo ſcribetur, ubi & de compoſitis agetur medicamentis.*

Habet quoque ſuam & hæc dictio doctrinæ alterius quæ de morbis ſingulis ſit, promiſſionem. Verùm quicquid ſit, liquido conſtat vel libros qui de ſingulorum acutorum morborum curatione ab Hippocrate ſcripti ſunt non extare, vel prorſus non ſcriptos. hac ſiquidem occaſione quę nunc inferuntur, præſtantiæ Hippocratis non ſunt, ſunt tamen multa quæ mentem ipſius redoleant. veluti & quæ huic libro adiacent ab eo qui de balneis eſt ſermone. Sed vt dixi de ſingulis in horum expoſitione commodius diſſeremus.

## DE BALNEIS.

Λουτρὸν δὲ συχνοῖσι τῶν νοσημάτων ἀρήγοι ἂν χρεομένοισιν, ἐς τὰ μὲν ξυνεχέως, ἐς τὰ δ' οὔ. ἔστι δ' ὅτε ἧσσον χρηστέον διὰ τὴν ἀπαρασκευασίην τῶν ἀνθρώπων. ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκεύασται τὰ ἄρμενα, καὶ οἱ θεραπεύσοντες ὡς δεῖ. εἰ δὲ μὴ παγκάλως λούοιτο, βλάπτοι ἂν οὐ σμικρά· καὶ γὰρ σκέπης ἀκάπνου δεῖ, καὶ ὕδατος δαψιλέος καὶ λουτροῦ συχνοῦ, καὶ μὴ λίην λάβρου, ἢν γε μὴ οὕτω δέῃ.

*Balneum in pleriſque morbis utentibus confert. in his quidem aſſiduè, in aliis uerò non. eſtq́; quando minus utēdum ſit propter hominum inadparatum. Nam in paucis domibus parantur neceſſaria, reperiuntúrque qui rem ut oportet curent. Quòd ſi exactè quiſpiam non lauetur, non mediocrem incurret noxam. Tecto ſiquidem eſt opus quod fumo careat, copioſa item aqua & crebro lauacro, ſed non ualde largo niſi res ita poſtulauerit.*

Balnea huiuſmodi temporibus Hippocratis nondum parari videbantur. Nempe dicere paucis in domibus parari neceſſaria & reperiri qui rem probè curent, opuſque præterea tecto eſſe non fumoſo, copioſa aqua, & quæcunque de-

que deinceps dixit. quòd item in domibus calefiat adhuc intra lebetes aqua labríſque infundatur, argumentum habet. Quod autẽ in calce dictionis ait, crebra opus eſſe lauatione ſed non valde larga, niſi res ita poſtulauerit, ſi vtiq; memoria non excidat in ſequẽti doctrina obſeruabimus: ipſe etenim dicet quinam ſunt qui larga aliquando indigeant lauatione. id autem eſt, cùm æger multa dum lauatur perfunditur aqua. Nam ſi dicere ipſe non videatur, nos percunctabimur non ſimpliciter quidem neque vt contigerit, ſed cum eorum quæ ab ipſo ſcribuntur conſequentiæ obſeruatione.

Καὶ μᾶλλον μὲν μὴ σμήχεσθαι· ἢν δὲ σμήχηται, θερμῷ χρέεσθαι αὐτέῳ, καὶ πολλαπλασίῳ, ἢ ὡς νομίζεται, σμήγματι, καὶ προσκαταχεῖσθαι μὴ ὀλίγῳ, καὶ ταχέως μετακαταχεῖσθαι.

*Et magis quidem neq; abſtergendum. quod ſi abſtergendum ſit, calido utendum & multò copioſiore quàm fieri ſoleat abſterſorio, perfundendáque aqua multa & citò pòſt perfundenda.*

Nullus æger cùm lauatur detergi expoſtulat, niſi ſordidus ſit & pruritu vexetur. Nempe qui ægrotant, aqua citra laborem omnem læſionémq; prolui debent. Deterſio autem fit per purgamenta tum mordentia tum deſiccantia: quo fit vt ea tum virtuti tum balneorum vſui aduerſiſſima ſit. ſi verò æger detergi debeat vel propter ſordes vel propter pruritum, vim deterſorij medicamenti aquæ multæ immixtione, iniecto quoque oleo exoluere oportet: atque ob id dixit Hippocrates: multò copioſiore vtendum quàm exiſtimetur, id eſt, quàm ſanis conſuetum ſit, deterſorio. Non enim ſubſtantiam detergentis pharmaci multò copioſiorem in ægrotantibus accipere iubet, quòd non detergere magis quàm eluere velit: ſed deterſorij quantitatem multò copioſiorẽ in ægris fieri iubet per aquę adauctionem. Ipſa ſiquidem ratio detergentia quoque vitare præcipit non excitante vel ſor-

ditie vel pruritu, acribusque ipſis & ſynceris non vtendum. Quo autem modo abſterſorij acrimonia aquæ mixtæ copia exoluitur, eadem ratione totius abſterſorij vires adiuuat ſuperfuſa ſtatim abundè tum calida tum pura aqua: deinceps alia ſubdit.

Δεῖ δὲ καὶ τῆς ὁδοῦ βραχείης ἐς τὴν πύελον.

*Via ad ſolium breuis ſit.*

Commune id eſt, ſiue in balneo hominem laueris, ſiue in domo aliqua pyram extruxeris, & labrum aqua impleueris. quod & nūc in caſtris fit ſæpius, cùm lauari quempiam deficienti balnei loco oportet.

Καὶ ἐς εὐέμβατον, καὶ εὐέκβατον.

*Facilisq; tum ingreſſus, tum egreſſus.*

Prorſus ſiquidem citra fatigationem laſſitudinemque ægrum ſeruari iubet, atque ob id ſolium facilem tum ingreſſum, tū egreſſum habere voluit. Id proculdubio fiet ſi paries qui aquam continet neq; ſublimis, neq; anguſtus fuerit. Optimum autem & ab omni labore alienum eſt, quod in aquarum ſponte naſcentium conficitur lauacris. Nempe ſolia humilia ita depreſſaq; propè omnes conficiunt, vt nihil ſolij pauimento quod propè eſt emineat.

Εἶναι δὲ τὸν λουόμενον κόσμιον καὶ σιγηλὸν, καὶ μηδὲν αὐτὸν ἐργάζεσθαι, ἀλλ᾽ ἄλλους καὶ καταχέειν καὶ σμήχειν.

*Qui lauatur cōponat ſeſe, taceat, & nihil agat: ſed cæteros tum perfundere tum detergere ſinat.*

Hæc quoque prædictis ſimiliter vt æger non laboret conferūt. Nempe & ægri quies, vt corpus in balneo tum laxius tum mollius reddatur eſt idonea. Nam cùm mouetur corpus muſculi extenduntur, qui minus tum molliuntur tum relaxantur.

Καὶ μετακέρασμα πολὺ ἡτοιμάσθαι.

*Multæ quoq; aquæ mixturæ parentur.*

Cùm Hippocrates inquit: καὶ μετακέρασμα πολὺ ἡτοιμάσθαι. i. multæ quoq; aquæ mixturæ parētur: poteſt vnico legi

co legi verbo μετακέρασμα: poteſt & intelligi hæc præpoſitio μετὰ per ſe, & ſeorſum κέρασμα. Nã Hippocrates nõ in hoc ſolũ libro, verùm & in aliis Ionum more per defectum vti præpoſitione μετὰ videtur. Plenè auté atq; integrè ita legetur: καὶ μετὰ ταῦτα κέρασμα πολὺ ἡτοιμᾶσθαι. i. multæ quoq; poſt hæc aquæ mixturæ parentur. Siue autem quis vno intelligat verbo μετακέρασμα, ſiue diſtingat diſtrahatque pro μετὰ ταῦτα κέρασμα, vna eſt dictionis vtriuſq; communis intelligentia. Vult ſiquidem mixturã parare eum qui balneo in ſolio vſus eſt perfuſurus: quod medici huius temporis omnes efficere conſueuerunt cum ægrum lauerint. Neque enim in frigidæ labrum ingredi permittunt, ſed loco illius tepida perfundunt aqua. Alij ſolia tota huiuſmodi aqua replent. Nam vt corpus tum laxius tum rarius calida lauatione eſt redditum, ita rurſum quiete, paulatimque contrahere ipſum & cogere & denſare in animo habẽt. Nempe id ad virtutis robur confert, facitque vt homo non facilè lædatur ſi ſubita quædam in ambiente aëre fiat ad frigidum permutatio. Ob id qui rectè valent, à balneo calido ſeſe in frigidam proiiciunt aquam: ſed qui ægrotant, contactum frigidæ non ſuſtinent citra læſioné: quapropter frigidam calidæ mixtione ſupprimimus. Mixtionis autem quantitas reperitur in primis quidem ad corporis adfectionem reſpicientibus nobis, deinde & propriam laborantis naturam, ætatemque & anni tempus, & regionem, & præſentem cæli ſtatum. Probè autem facient qui à calido balneo tepidas non minus trium generum aquas quæ inter ſe differant, parabunt: vt prima quidem admodum tepida ſit, ſecunda verò minus, & tertia adhuc minus tepida, quæ magis ad frigidum declinet. Tale autem quippiam velle viſus eſt Hippocrates, cùm præcepit multas parari mixturas. Nempe quod paratur, id non ſimpliciter modo multum, verùm & varium multiplexq; eſſe eſt melius: vt paulatim à calido ad frigidũ procedatur, cum ſubitã ad contrarium mutationem æger non ferat.

*Καὶ τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι.*

*Celerésque fiant perfuſiones.*

Ταχείας, id eſt, celeres referre oportet non ad eam ſolum quæ in perfuſione fit actionem: verùm quoque & ad illud quod actiones interiacet ſpacium: vt inter primam perfuſionem ſecundamque parum interualli ſit. quod ſi quis propriè nominauerit, non ταχείας, id eſt celeres ſed πυκνὰς, id eſt, frequentes fieri perfuſiones dixerit: quanquam apud veteres vſus horum nominum πυκνοῦ & ταχέος confundatur. Eſt quando πυκνὰς, id eſt frequentes actiones ταχείας, id eſt celeres vocent.

Καὶ σπόγγοισι χρέεσθαι ἀντὶ ϛελεγγίδος.

*Et ſpongiis pro ſtrigili utantur.*

Neque ſtrigilibus in ægris ipſis, neque ſpongia medici huius temporis vtuntur. ſed à balneo eos contegunt, alij veſtibus & potiſſimum rudibus, vt plurimum ſudent obuoluunt. Sed non ſemper ægrum ipſum à balneo copioſè ſudare conuenit. Nam ſæpius ægrum ad balneum non vacuandi corporis gratia ducimus: ſed prorſus contrariā ob rationem, vt ſcilicet humectetur, madeſcátq; quod immoderatius exaruit. In talibus igitur non in balneo ſunt expectandi ſudores multi, ſed quàm citiſſimè ſolij aquā ingredi, & poſteà balneo egreſſos reſiccari expedit.

Καὶ μὴ ἄγαν ξηρὸν χρίεσθαι τὸ σῶμα.

*Et non ualde ſiccum inungant corpus.*

Oratio hæc huic quidem ſuccedit: & ſpongiis pro ſtrigili vtantur: ſed qui ſermonis proprietatem contemplatus fuerit, is de vnctionis in balneo vſu intelliget, ne eorū quæ de neceſſitate dicenda ſunt quippiam prætermiſſum eſſe videatur. Nam vbi poſt balneum ſpongia aquam deterſit Hippocrates, incertum quidem ſi corpus vnquā vnxerit, benè tamen ægri corpus cùm humidum exiſtit perungendum eſſe conſtat, niſi quis hoc dicat, quòd rurſus hoc ipſum reſiccat oleum cum aqua. Eſt igitur vtile vt de vnctionis in balneo vſu diſcutiatur, ſed neceſſaria magis eſt ſuper vnctionis tempore diſcuſſio, ſi oleum perfundere conueniat: vel vbi qui lauatur ſudauerit, vel cùm ſiccus adhuc eſt vbi ſeſe exuerit, & priuſquam ſudauerit, vel horum neutrum fuerit, ſed vbi humeſcere cœperit.

Sanè

Sanè quicunque eorum meminit quæ de olei facultate in ſimplicium medicamẽtorum tractatione dicuntur, is exactè nouit optimũ eſſe vſus olei in his qui lauantur tempus quod tertio dicitur loco, nouítq; quónam pacto calfactum corpori exhibere conueniat. Nempe id corpus mollius reddit laxiúſque cum frigidum ſuo cõtactu non ſolum horum neutrum efficere natum ſit, ſed & eos qui lauantur horridos reddat.

Κεφαλὴν μέντοι ἀνεξηράνθαι χρὴ ὡς οἷόν τε μάλιστα, ἀπὸ σπόγγου ἐκμασσομένην.

*Caput uerò ſpongia deterſum quoad maximè fieri poterit, reſiccare oportet.*

Quòd in balneo caput curioſè reſiccandum ſit, vt ne minimum quidem ſuperſit humiditatis, nemini eſt ambiguum. Nam quicquid relinquitur, refrigerare conſueuit: non tamen à ſpongia id vt fiat effici poteſt, niſi ſtatim ab initio poſt mixturarũ vſum: capitis tamen aquam linteo detergere eſt melius.

Καὶ μὴ διαψύχεσθαι τὴν κεφαλὴν, μήτε τ᾽ ἄκρεα, μήτε τὸ ἄλλο σῶμα.

*Neque caput ipſum modò, uerùm & extrema & quamuis aliam corporis partẽ à frigoris iniuria prohibere conuenit.*

Dixiſſe id per ſe ſeorſumque parum eſſe mihi videtur, quòd enim pars nulla omnino nuda eſſe debeat cùm à balneo aquam eorum qui lauantur detergunt, conſtat liquidò omnibus. Nam quæ ita denudantur partes, citò eas refrigerari nemo ignorat.

Καὶ μήτε νεοῤῥόφητον μήτε νεόποτον λούεσθαι.

*Lauari quoque is non debet qui nuper uel ſorpſit, uel bibit.*

Non in ægris modò, verùm quoque & in ſanis, nullus confeſtim à cibi vel potus ſumptione lauari debet. Nam qui biberunt, his caput repletur: qui verò cibum ſumpſerunt, his non caput modò, verùm & corpus totum alimo-

niam ad ſe priuſquam concocta fuerit trahit.

Μήτε ῥοφεῖν, μήτε πίνειν ταχὺ μετὰ τὸ λουτρόν.

*Neque confeſtim à balneo ſorbendum, neque bibendum.*

Sedata quæ ex balneo eſt turbatione, tum eſſe tum bibere eſt melius, veluti & compoſita ea quæ ab exercitatione eſt. Nempe cibum protinus vel potum ſumere caput replet, deuoratúmque interdum fluitare facit.

Μέγα μὲν δὴ μέρος χρὴ νέμειν τῷ κάμνοντι ἢν ὑγιαίνων εἴη φιλόλουτρος ἄγαν, καὶ εἰθισμένος λούεσθαι. καὶ γὰρ ποθέουσι μᾶλλον οἱ τοιοίδε. καὶ ὠφελέονται λουσάμενοι, καὶ βλάπτονται μὴ λουσάμενοι.

*Magni autem admodum pendere oportet ſi æger cum rectè ualuit, balneum ualde adfectauit, & lauari fuerit aſſuetus. Nempe tales magis appetunt, iuuantúrque cum loti fuerint, adeò ut lædantur ſi non fuerint loti.*

Demonſtrata ſunt hæc per totum ferè horum commentariorum ſecundum, vbi dictiones expoſuimus in quibus parte plurima conſuetudinum vires enarrauit.

Ἁρμόζει δ' ἐν περιπλευμονίῃσι μᾶλλον ἢ ἐν καύσοισι τὸ ἐπίπαν. καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς κατὰ πλευρὴν καὶ στῆθος καὶ μετάφρενον παρηγορικόν ἐστι τὸ λουτρὸν, καὶ πτυέλου πεπαντικὸν καὶ ἀναγωγὸν, καὶ εὔπνοον, καὶ ἄκοπον. μαλθακτικὸν γὰρ καὶ ἄρθρων, καὶ τοῦ ἐπιπολαίου δέρματος, καὶ οὐρητικὸν δὲ καὶ καρηβαρίην λύει, καὶ ῥῖνας ὑγραίνει. ἀγαθὰ μὲν οὖν λουτρῷ τοσαῦτα

σαῦτα

σαῦτα πάρεστι, ὧν πάντων δεῖ. εἰ μέντοι τῆς παρασκευῆς ἔνδειά τις ἔσται ἑνὸς ἢ πλειόνων, κίνδυνος μὴ λυσιτελέειν τὸ λουτρὸν, ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτειν· ἓν γὰρ ἕκαστον αὐτέων μεγάλην φέρει βλάβην μὴ παρασκευασθὲν ὑπὸ τῶν ὑπουργῶν ὡς δεῖ.

*Peripneumoniæ autem magis quàm ardenti febri omnino confert. Nam lateris pectoriſq; & dorſi mulcet dolorem, ſputum maturat educitque, & ſpiritum facilem reddit, tollitque laßitudines. Mollit ſiquidem articulos, & ſuperficiariam cutim, urinas ciet, capitis ſoluit grauitatē, & nares humectat. Tot ergo inſunt balneo bona, quibus omnibus eſt opus. ſi uerò in apparatu re una uel pluribus defectum ſit, metus eſt, ne non proſit, ſed magis lædat. unum ſiquidem horum quoduis fuerit, ſi à miniſtris non ut oportet præparetur, ualde lædit.*

Quare peripneumonias magis quàm febres ardentes iuuet balneum oſtendit Hippocrates cùm inquit: Nam lateris pectorı́ſque & dorſi mulcet dolorem, ſputum maturat, educı́tq;, & ſpiritum facilem reddit. Ob hæc etenim omnia peripneumonicis maximo eſt præſidio. ſanantur ſiquidē qui contenta in pulmonibus ſputa expuunt. Pleuritici quoq; ob doloris mitigationē iuuantur: quapropter duorum alterum: Nempe vel ita ſcribendum: Peripneumoniæ autē & pleuritidi magis quàm ardenti febri confert: vel in peripneumonia pleuritidē ſubaudire oportet. Nam pleuritis dolorē in latere habet, peripneumonia nō habet. Cæterum cùm peripneumoniis magis quàm ardentibus febribus cōferre balneū inquit, docet quoq; & æſtuantibus quibuſdā auxilio eſſe. Verùm oratio hæc diſtinctionē expoſtulat, quam nondū efficere poſſumus, quia tēpus quo lauari ęgros velit, nō definierit: vbi verò ſequenti

dictione enarrantem Hippocratem quóſnam haudquaquam lauare velit intellexerimus, ad balnei tempus ita perueniemus.

Ἥκιστα δὲ λούειν καιρὸς τούτοισιν οἷσιν ἡ κοιλίη ὑγροτέρη τοῦ καιροῦ ἐν τῇσι νούσοισιν· ἀτὰρ οὐδὲ οἷσιν ἕστηκε μᾶλλον τοῦ καιροῦ, καὶ μὴ προεληλύθει, οὔτε τοὺς γεγυωμένους χρὴ λούειν, οὔτε τοὺς ἀσώδεας, ἢ ἐμετικοὺς, οὔτε τοὺς ἐπανερευγομένους χολῶδες, οὔτε τοὺς αἱμοῤῥαγέοντας ἐκ 49
ῥινῶν, εἰ μὴ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι. τοὺς δὲ καιροὺς οἶδας. ἢν δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι, λούειν. ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μούνην. ἢν οὖν αἱ παρασκευαὶ ἐπιτήδειοι, καὶ ὁ κάμνων μέλλει εὐδέξασθαι τὸ λουτρὸν, λούειν χρὴ ἑκάστης ἡμέρης.

*Qui in morbis aluum plus iuſto liquidiorem habent, ij non ſunt lauandi: neque hi quibus magis quàm decet detinetur, & ſoluta non ſit, neque quibus uires exolutæ ſint, neq; nauſeabundi, neque uomiturientes, neque bilioſa ructantes, nec quibus ſanguis è naribus profluit, niſi minus q̃ decet fluxerit. quod autem decet noſti. Nã ſi minus q̃ decet fluat, lauabis, & ſi uniuerſum corpus in cæteris, & ſi caput dũtaxat iuuerit: ſi* 60
*igitur apparatus hi cõuenientes fuerint, ægérq; fœliciter balneũ ſuſcepturus ſit, quotidie lauare oportet.* 50

Quibus complura per ventrem ſubducuntur, his balneum ſiſtit, ea ad vniuerſum corpus reuellens, atque hac occaſione detrimentũ adfert. Quòd autẽ qui nullo modo deiecerunt, eos anteà vetuſtã fæcem euacuaſſe melius ſit, nemo ignorat: ſicuti & quòd γεγυωμένους, id eſt τοὺς καταλελυμένους .i. quibus iam non vigent ſed ceſſant vires, bal-

neum

neum amplius euertit. Ait prætereà & nauſeabūdos & vomiturientes haudquaquā lauandos, nēpe hos viribus ita repēte defici metus eſt, vt ſuccedat ea quę ſtomachica vocatur ſyncope. Succedunt his quibus os vētriculi bile redundat: quos nota indicauit inquiēs: Nec biliosa ructantes: pari modo neq; lauare eos conuenit quibus profluit abundè è naribus ſanguis. nā ſi minus fluxerit, lauare eos eſt rationi conſentaneum. ſunt autē hi qui largiore indigent balneo, id eſt qui multa aqua perfundēdi ſunt: vt ſanguis qui in capite eſt, vehementius moueatur. Conſimiliter lauabimus ſi ſanguis nullo pacto erūpat, & erumpere debeat. Ex adiectione autē huius ſermonis: & ſi vniuerſum corpus in cæteris, & ſi caput dūtaxat iuuerit, clarius adhuc ſignificauit quónam pacto ſæpius in domo calefacta ægrum abſq; ſolio collocent, & caput duntaxat citra reliquas corporis partes calida perfundant aqua.

Τοὺς δὲ φιλολουτρέοντας, οὐδ᾽ εἰ δὶς τῆς ἡμέρας λούσῃς, οὐδὲν ἂν ἁμάρτοις.

*Lauandi autem cupidos ſi quotidie bis laueris, nihil peccabis.*

Qui Victori Romano principi librum de victus ratione Hippocratis tradidit medicus, is dictionē hanc & alias quaſdā decurtatas ſcripſit, ſicuti & illam in qua dicit: non protelentur primi ſorbendi dies. Præterà & qui bis die cibum ſumere ſunt aſſueti, his bis dare oportet. Verùm vtriuſque harum dictionum dimidiā partē ſubtraxit, ſed pręſentis quidem nihil: tempus verò non adiecit, vbi φιλολουτροῦντας, id eſt lauandi cupidos intelligit qui cū ſani ſunt lauari gaudent, atque ob id ſæpius lauantur. Nempe hi cum lauantur, eum accipiunt qui ex conſuetudine eſt ſcopum. In ſequentibus autem ab Hippocrate tempus quo ægros lauari velit, audiemus.

Χρέεσθαι δὲ λουτροῖσι τοῖσιν, ὅλῃσι πτισσάνῃσι χρεομένοισι παρὰ πολὺ μᾶλλον ἐνδέχεται, ἢ τοῖσι χυλῷ μούνῳ χρεομένοισι. ἐνδέχεται δὲ καὶ τούτοισιν ἐνίοτε. ἥκιστα δὲ καὶ τοῖσι

ποτῷ

ποτῷ μούνῳ χρεομένοισιν.

*Tutius autem longè balneo uti poſſunt, qui tota utūtur ptiſana, quàm qui ſolo utuntur cremore: quan quam & ij interdum uti poſſunt, minimè autem qui potu ſolo utuntur.*

Tempus quo lauandum ſit hoc in loco patefecit Hippocrates. quod ſi ab initio pronuntiaſſet, multa ſanè quæ loco medio dicta ſunt, non obſcura & ambigua fuiſſent. Ptiſanam autem totam porrigunt iis qui mitius quietiúſque habent: ſolum uerò cremorē his qui deterius degunt. Verùm his qui periculoſius acutiusque laborant, potus ſolos. Quòd autem toto in hoc commentario de thoracis pulmoniſq; adfectibus egerit, plurima quidē exempli vice in his partibus morborū, & maximè pleuritidis vniuerſalia præcipiens, ſæpius eſt demōſtratum. Eſt expoſitum quoq; quónam pacto coctis morbis ptiſana vti velit: quo tēpore & balneū ſine periculo adhibetur. vtpote quod ad ſputorum quæ in thorace & pulmone continentur expurgationem maximè cōferat. Qui igitur ita habent, & cum quæ ex conſuetudine eſt acceſſerit indicatio, iis lauationem multiplicare nihil prohibet. Ait præthereà balneum ἥκιστα, id eſt minimū iuuare eos qui ſolo vtuntur potu: vbi ἥκιστα ἐλάχιστον, id eſt minimū ſignificat, & non vt quidam aiunt, οὐδαμῶς, id eſt nullo pacto. Nam inferens inquit.

Ἔστι δ' οἷσι καὶ τουτέων μὲν ἐνδέχεται· τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τοῖσι προγεγραμμένοισιν οὕς τε μέλλει λουτρὸν ὠφελέειν ἐν ἑκάστοισι τῶν τρόπων τῆς διαίτης, οὕς τε μή. οἷσι μὲν γὰρ προσδέεταί τινος κάρτα τουτέων, ὁκόσα λουτρὸν ἀγαθὰ ποιέει, οὐ λούειν, καὶ ὅσα ἂν λουτρῷ ὠφελέεται. οἷσι δὲ τούτων μηδενὸς προσδεῖ, καὶ πρόσεστιν αὐτέοισι τῶν σημείων ἐφ' οἷσι λούεσθαι ξυμφέρει, δεῖ λούειν.

*Sunt autem & ex his qui uti poſſunt. Ex his uerò*

quæ

*quæ antè ſcripta ſunt,quóſnam in ſingulis uiuẽdi modis iuuaturum ſit balneum & quos non, coniicere oportet. Nam quibus aliquid eorum quæ balneum & bonum reddere & iuuare poſſunt deeſt,hos lauare nõ expedit,etſi auxilii aliquid ex balneo ſperaueris: quibus uerò nihil deeſt,ſignúmq; ipſis adeſt in quo lauare conueniat,lauare oportet.*

Non adiecit quidem quãdo his balneo vtẽdum ſit, ſed nos qui ſententiã ipſius totã ſequimur,dicemus. Potum ſolum his exhibet Hippocrates quos acuti infeſtant morbi, vbi vires ad morbi vſq; vigorẽ qui interdum cum ipſa cõ coctione exiſtit, veluti in morbis thoracis pulmoniſque, ſuffecturas ſperauerit. Coctis ſiquidem qui adfectũ progignunt humoribus confeſtim excreabunt. Quòd ſi qualia oportet ſolum expuere cœperint,in neutro adhuc modorum neq; in adfectu,neq; in ſymptomatis morbus augebitur. Nam ſæpius adfectio ipſa qua laborant,mitior quidẽ exiſtit,ſed ſymptomata augentur: vt in phlegmone obſeſſis particulis quo ipſe inquit modo: Cum pus conficitur, tunc dolores & febres fiunt magis quàm cum factum fuerit. Sæpius autem inuicem coaugentur & comminuuntur tum ſymptomatũ tum affectionis magnitudines. Fítque id in his phlegmonis in quibus pus effluit quod iam eſt confectum, vt in vulneribus quibuſdam fieri conſueuit, & in peripneumoniis, pleuritidibúſque. Poſſunt ergo in his morbis & hi quibus potus ſolus vſui eſt, non inutiliter lauari. Nempe dolorem ipſorum balneum mitigare ait, & ſputa maturare. ſed ſanè vacuato prius corpore id factitandum. Sciuerisque in vniuerſum de balnei viribus,quòd ſi non anteà vacuato corpore exhibeatur,membris adfectis fluxionem parit: vacuato autem ſi exhibeatur, coctionem iuuat. Nam corpore toto antè vacuato adhibitum aduacuatoriam obtinet facultatem. Quo fit vt ex febre ardenti laborantibus his tantum opituletur qui ſine tumore, vel phlegmonoſo, vel eryſipelatoſo laborant, feruente in ipſis per totum corpus bile. Quòd ſi coctionis ſigna habuerínt, his multò magis conferet.

Verùm

Verùm ſi æſtuoſa febris ob ſalſam pituitã putrefactam oriatur, aduerſiſſimum illis eſſe balneũ ſcire oportet. neque enim pituitoſus humor vt bilioſus per cutim vacuatur, propterea ꝙ tum craſſus tũ glutinoſus ſit, neq; extinguitur longa egẽs coctione. Non ſum autẽ immemor verborũ Hippocratis quæ in principio expoſitionis huius libri aduerſus Gnidios medicos hoc refert pacto: quæ autẽ medicũ antè prædidiciſſe ægro nõ referente oportet, plurima ex his prætermiſſa ſunt. Hæc quidem qui Hippocratem dogmaticũ eſſe putant, locos adfectos, adfectus ipſorum & cauſas eſſe dixerunt. Sed qui Hippocratem ipſum empiricum eſſe exiſtimant, anni tẽpora eſſe, regiones, ætates, cõſuetudines & ambientis nos aëris cõditiones affirmauerũt. Hæc equidem omnium tum quæ à dogmaticis tũ quæ ab empiricis dicuntur, medicis vtilia eſſe nõ ignoro. Verùm ſcopos multos hoc in libro recenſens Hippocrates ad quos quis reſpiciens victus formã inuenire poſſit, nullius eorum quæ dicta ſunt, præterquã conſuetudinis mentionẽ fecit: ſed ſanè nonnulla quę reminiſcentiam exigebant deſignauit, atq; ob id ſermonem ſuũ ſum remoratus, vt hac quæ breuis ſit interpretatione eos qui totum legerunt librum habeã ſermonis huius per intelligẽtiam aſſecutores. vnus ſanè & præcipuus ſcopus tanquã in exemplo pleuritidis talis in dictione ab Hippocrate enarratur, ſi quidem ſiccior fuerit morbus quàm vt quiſpiã putauerit, non multum dare oportet: ſed ante ſorbitionem vel mulſam vel vinũ, vtrum magis auxiliaturum putaueris, propinare conuenit. Poſt hęc deinceps ait: At ſi os madeſcat, & quæ à pulmone expuũtur talia ſunt qualia eſſe oportet, ſorbitionis quantitatẽ vt dicam ſummatim augere cõuenit: verùm tum hæc tũ quæ ſerie continuata dicũtur, non ſunt per Gnidias ſententias definita. Poſt hęc & morbi cõcoctionẽ animaduertẽdam eſſe ait Hippocrates, qui ſanè ſcopus totius propemodũ eſt Hippocrati victus inſtituendi generis, atq; earum quæ in eo particulariter fiũt permutationũ. Alias quoq; & ſubinde apponit definitiones, quę tales ſunt: Quibus enim ſtatim cibus incluſus eſt, ſi quis non vacuato eo ſorbitionẽ dederit, dolorẽ ſi adeſt adaugebit, & ſi non adeſt protinus inducet. Et amplius:

Præterea

Prætereà ſi lateris dolor aſſiduus eſt, atq; ad calida fomẽta non remittatur, ſputumq; non procedit, ſed extremè citra coctibilitatem glutinoſum ſit, niſi quis dolorẽ vel alui ſubductione vel ſecta vena pro vtriuſuis horum ſignificatione ſoluerit, ptiſanam autẽ ita adfectis dederit, præcipitem aget in mortem. Proindę & rurſus definiens ait: Si nuper paſto cuipiã & alui oneribus haudqnaquã purgato febris vel cum dolore vel ſine dolore inceperit, à ſorbitione tantiſper eſt temperandum donec cibi ad infernam inteſtini partẽ deſcendiſſe coniectum ſit. Tum rurſus: Si nuper cibato cibus prior non deſcenderit, virtuſq; valida fuerit, & floruerit ætas, ſubluere oportet: ſi verò virtus imbecillior fuerit, balano eſt vtendum: niſi aluus ſua ſponte probè deiecerit. Adiecit ergo in hac dictione eum qui à virtute eſt ſcopũ, veluti in ſequentibus ſæpenumerò, & id conſiderari præcipiens, quænam cauſa & adfectio ſit, quę virtutẽ proſternat: vbi & hoc à medicis ignorari adiecit. Prætereà adiecit quòd his qui dolorẽ ad hypochondriũ pertinentẽ habent, ea quæ per talia medicamẽta fiat auxilio ſit purgatio: cæteris autẽ quibus dolor vel grauitas ad brachium vel pectus extenditur, venæ ſectio. Hæc autem & reliqua huiuſmodi quæ itẽ de conſuetudine dicta ſunt, à Gnidiis medicis ſunt omnino prætermiſſa, multóque his magis naturæ & corporum temperamenta: de quibus ſæpenumero in hoc libro egit, hos picrocholos appellãs, alios melancholicos. Scopo autem ſuccedente de ea quæ tum in ſanis tũ in ęgris fit victus ratione agit, quónam pacto & emendare & corrigere oporteat demonſtrans. Prętereà & in eo quem de vino, mulſa, oxymelite & aqua fecit ſermone ſcopos recenſuit eoſdem. Meminit quoque & coctionis morbi ſæpius, non paruum ſcopum vniuerſæ victus formæ, earumque quæ in ipſa fiunt mutationũ, hunc efficiens. Pari modo & de morbi vigore quippiam dixit, ad quem reſpiciens neq; tanquã ad abiectiſſimũ in victus ratione ſcopum alimoniam miniſtrat. Cuncta hæc, & reliqua talia à Gnidiis medicis prętermiſſa ſunt, quæ medicum antè prædidiciſſe non dicente ægro oporteat.

Tertij commentarij Finis.

# Galeni in librũ

## HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN *morbis acutis commentarius quartus.*

Ioanne Vaſſæo Meldenſi interprete.

QVAE IN libro de victus ratione poſt eum qui de balneis eſt ſermonem dicta ſunt, iure optimo pleriq; medicorum Hippocratis non eſſe ſunt ſuſpicati. Nam ab his quæ antè ſcripta ſunt, & vi interpretationis & theorematum integritate longo diſcedunt interuallo. Neque tamẽ abſque ratione adducti ſunt qui & hæc Hippocratis eſſe exiſtimauerunt. nempe eorum quæ ſcripta ſunt, ſententia propoſitum ipſius mentemque vſque adeò redolet, vt diſcipulum Hippocratis aliquẽ ſcripſiſſe ſuſpicio ſit. imò & ex his multa dictionem vnà cùm ſententia ita abſolutam inculpatámque habent, vt rurſus & ea ab Hippocrate ſcripta eſſe ſuſpicandum ſit, vt pote qui librum componere, vbi ſingulariter morbi cuiusque acuti curationem doceret, vt in libro de victus ratiõe in morbis acutis promiſerat, ſeſe apparauerit. Prætereà & alias in præſenti libro reperies dictiones quæ Hippocrate ita indignæ ſunt, vt legitimis iuſtíſque adſcriptas eſſe ſuſpicari te oporteat. ſicut & in aphoriſmis ipſis quidã huiuſmodi viſi ſunt partibus libri vltimis adiecti adſcriptíque. nempe qui interſerunt quòd prima opera multis in memoria ſint ad finem interſerunt. Quod & in libro de capitis vulneribus factum eſſe videtur, & in ſecundo de morbis vulgaribus. Nec ſecus in eo qui nunc nobis proponitur libro reperimus quæ interſeruntur, atque adhuc magis ad extrema.

trema. Cùm igitur quatuor vt quiſpiam dixerit, in ea re reperiantur genera: vnum quidem & dictione & ſententia Hippocratis dignum: Alterum quidem altero ſolum, vel dictione vel ſententia: nonnulla verò horum neutro: in ſingulis eorum quæ ad expoſitionem nobis expromentur dictionibus idipſum declarabimus.

Καῦσος δὲ γίνεται ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑαυτά.

*Cauſus, id eſt febris ardens fit, cùm uenulæ tempore æſtiuo exiccatæ acres & bilioſas quæ tenues ſunt humiditates ad ſe traxerint.*

Aeſtiuum anni tempus dixit calidum & ſiccum, ſiue in fine veris fuerit, ſiue in principio æſtatis, ſiue in medio ſiue in fine, ſiue in principio autumni: Quòd autem aëris nos ambientis temperamentum diſpoſitionem corporis ſecum mutet, ſiccum quidem ad ſicciorem, humidum verò ad humidiorem, in commentariis morborum epidemiorum eſt demonſtratum. Quòd item & anni tempus mediocre & temperatum naturalem ſeruet temperaturam, cæteris quæ in vniuerſa victus lege agunt homines modo habentibus ſimili. demonſtratum prætereà & corpus quod à naturali moderatáque conditione ſeſe alienauit, id quatenus tum alienatum tum commutatum eſt eatenus peculiari egere auxilio: vt arefactum humectatione, humectatum exiccatione, calfactum refrigeratione & refrigeratum calfactione. Cùm igitur in aliqua rerũ quarum exempla dicet, circunſtantia venulas aliquas qualibet in parte corporis exiccari contigerit, à vicinis partibus trahunt hæ humiditates. Si ergo quæ ad arefactas venas feruntur humiditates, vt ſubſtantia naturam humidã habuerint, ita & vim humectatoriã, pars naturalem commoderationẽ recipit. ſi verò humiditas qualitate acris fuerit, & facultate ſiccatoria, corpus incenditur. vt ſi ex nobis quiſpiã ſiticuloſus effectus liberaliter biberit vel vinũ cui marina miſta ſit, tethalaſſomenõ vocãt, ſincerum, vel aquã ſalſam. Scio equidẽ me aliquando ex æſtiuo itinere ſiticulo-

ſiticuloſum redditum bibiſſe vini veteris paulò ſincerioris calicem vnum, atque ex eo ſitim magis auxiſſe, nō placaſſe. Vt igitur nos quanquam mente quæ appetitum moderetur præditi, interdum quidem negligentius, interdū verò & incontinentius, atque etiam cum in promptu melius nō ſit, ad potum aliquem qui & ſalſus & acris ſit, peruenire cogimur: ſic & venarum facultas attractoria perpetuò vicinis è partibus humiditatem attrahit, ſubſtantiam ipſius qualíſnam ſit nullo pacto diſcernens. ratione etenim caret qua quippiam ex meliori ſcrutari poſſit. ſed vt pueri brutaque ad caſu oblatum humidum cum ſitiūt irruunt: hoc pacto & illa. ſi ergo in vna quapiam corporis parte affectio ea fiat, in ea ſolū eryſipelatoſus aliquis fiet adfectus. Verùm ſi venæ totius corporis ſupra modū exiccatæ calidas carnoſis ex partibus humiditates traxerint, in toto corpore fiet cauſoſa adfectio. Cauſus verò propriè adpellatus non caliditatis quæ per totum fit corpus præſtat modò vehementia, verùm quoque & ſiti. Nā ſitis in eo vehemens & inextinguibilis. Deeſt ergo præſenti dictioni ſingularis de cauſi generatione ſermo, quē nos nuper adiecimus. Nempe in vna corporis parte quęcunque illa ſit, interdum cauſus gignitur: interdum & toto in corpore. Verùm cum in toto ſit corpore, ſitim omnino parit: cùm verò in vna parte, non de neceſſitate, niſi pars ipſa ſitim pariat. Omnium autem primum & maximè id facit os ventrículi, deinde ventriculus, atque ab eo ſtomachus, pòſt pulmo, & ſubinde ieiunū inteſtinū. Vtrū igitur ita tantummodo fit cauſus vt dixit, cum ſcilicet acres & bilioſas quæ tenues ſunt humiditates ad ſe traxerint venulæ? ánne & carne id ferēte erit cauſus? ſiue in parte vna ſiue toto in corpore pati eam ſi contigerit. Oſtēdimus etenim eam vim habere eorum quorum indiga eſt attractoriam. Prętereà & fieri poteſt vt modo altero ſimilis adfectio fiat. modum alterum dico cū ex validioribus partibus ad imbecilliorem aliquā mittantur excremēta. Nēpe quòd membris ſingulis vt attractoria: ſic & expulſoria inſit facultas, eſt demonſtratū. fieri ergo poteſt vt interdū quidē ex parte vna, interdū verò & ex pluribus acres & bilioſæ quæ tenues ſint humiditates exactæ ad dictas

fundantur

fundãtur particulas, quæ ſcilicet imbecilliores ſunt. quòd Hippocrates ἰχῶρας tenues humiditates appellet, liquidò conſtat omnibus.

Καὶ πυρετὸς πολὺς ἴσχει, τό τε σῶμα, ὥσπερ ἀπὸ ὀστεοκόπου ἐχόμενον κοπιᾷ καὶ ἀλγέει.

*Febris quoque multa habet, corpúſq; ueluti ab oſſearia laßitudine habitum laborat dolétque.*

Febris ergo multa habet propter naturam tenuium humiditatum quas acres & biliosas dixit. Nempe his ſuperueniunt febres vehementiſſimæ, id eſt quæ multam & acerrimam habent caliditatem. ſicuti & pituitoſos ſequuntur ſuccos, quæ & minorem & minus acrem habẽt. Laborat autem corpus totum laſſitudine vlceroſa, propter tenuium humiditatum acrimoniam. Sed de laſſitudinum differentiis abſolutè in libris de tuenda valitudine eſt tractatum.

Γίγνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐκ πορείης μακρῆς, καὶ δίψεος μακροῦ, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλεβία, δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται πρὸς ἑαυτά.

*Fit autem magna ex parte longum ob iter, longámque ſitim: cum uenulæ arefactæ acres calidáſque fluxiones ad ſe traxerint.*

Tum in principio dixit, tum rurſum hoc in loco adiecit verbum hoc arefactæ: procatarcticas appellatas cauſas veluti exemplo manifeſtans. Omnes ſiquidem calidæ & ſiccæ cauſos progignere poſſunt. Scio equidem nonnullos ob liberalem vini cui marina admixta ſit potionem, cauſo fuiſſe correptos: veluti & alios ob ſalſamentorũ carniúmque ſale conditarum, atq; aliorum quorundam ſalſorum immoderatum eſum. Alius quidem ex itinere & æſtu veniens, primùm quidem lauit ſe, deinde domum perductus vini mixti plus bibit, cœpitque protinus cauſo adfici. Alius ob fortem iram, & alius ob vigilias cauſum incurrerunt.

Γίγνεται δὲ ἡ γλῶσσα τραχεῖη καὶ ξηρὴ, καὶ μέλαινα κάρτα· καὶ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει· τά θ' ὑποχωρήματα ἔξυγρα καὶ ὠχρὰ γίνεται· αἱ δίψαι σφοδραὶ ἔνεισι καὶ ἀγρυπνίαι· ἐνίοτε δὲ καὶ παραλλάξεις φρενῶν·

*Fit quoque & lingua aſpera, ſiccáq; & ualde nigra: uentriſque morſus ac dolor. deiectiones tum ualde liquidæ tum pallidæ fiunt, urgétque ſitis uehemens & uigiliæ atque interdum mentis aberratio.*

Percurrit hoc in loco quæ cauſum conſequuntur, quæ & συνεδρεύοντα, id eſt confidentia vocant. ſunt autẽ hæc: lingua ſicca, aſpera, & nigra: ventris morſus, deiectiones pallidæ, vehemens ſitis & vigiliæ, interdum quoque deſipientia. lingua ſanè areſcit, quòd tota corporis adfectio calida ſit & ſicca, febríſque talis: ventris verò morſus propter tenuium humiditatum quæ illuc confluunt acritudinem oritur. Deiectiones autem pro ſucci redundantia liquidáſq; valde eas dixit, nullo pacto cõcoctas exprimẽs. Coctio enim omnia cogit incraſſatque. qui autem ita habent, vigilant ob ſiccitatem. Nempe humiditatem immoderatam profundas ad ſomnum delationes, multam verò ſiccitatem vigilias procreare eſt demonſtratum. Accedit quoque & ab aliis ſymptomatis defatigatio quæ ob vigilias efficitur. Deſipiẽtiam autem fieri ſcimus ob eam quæ ad caput recurrit bilem & ob temperaturę caliditatem & ſiccitatem. Quòd autem vbi quiſpiam ſimpliciter bilem dixerit amara ſignificetur, anteà eſt enunciatum. quòd item bilem eandem & pallidam & flauam appellent. Vt autem nihil eorum quæ ad cauſum bilioſum ſpectãt prætermiſſum videtur, niſi quòd non ſolum fit per attractionem, ſed & per tenuium humiditatum influxum: ſic abundè fuſeq; ſcripta quædã ſunt. Nẽpe ex his quæ dicta ſunt, alia ſunt ſymptomata quæ cauſum indicant, alia ſimul aſſidẽt. Ex his verò quæ cauſum procreant, alia quidẽ προηγούμενα, id eſt antecedentia vel interna à medicis appellãtur, alia verò προκατάρχοντα, id eſt externa. Omniũ autem

tem quæ dixi antecedentium ſymptomatum potes tibi vt lubet catalogum facere. Sed qui librum hunc ſcripſit ab antecedentibus incepit. venulas enim exiccari antecedens ſiue interna cauſa eſt: deinceps cũ externa dicere debuit, vt longam viam, & ſitim: non ea dixit, ſed aliquid ex his quæ adfectum indicant: vt febrem multam. debuit & hic ſitim vehementem adiicere, quam poſteà ſimul cum aliis quæ συνεδρεύοντα, id eſt ſimul aſſidentia vocantur dixit. quorum alia quidem interdum, alia verò perpetuò cauſis inſunt. quod & ipſe oſtendit, inquiens: interdum autem & mentis aberratio. Nam interdum perpetuò opponitur. Ego autem dico & ventrem morderi, & invidioſa deiicere, non eſſe ex his quæ perpetuò cauſis inſunt. Nempe quòd vehemens morbus ſit, motúſque acrium & tenuium humiditatum ad interna ſit. propterea hæc contingũt his quidem qui ventrem hepárque cauſi veluti ſedem habẽt. Verùm his qui pulmonem veluti ſedem habẽt, hæc non admodum eueniunt: ſed quæ de lingua dicuntur, & deſipientia magis. difficulter etiã & hi ſpirant ea ſcilicet quæ denſa & magna eſt ſpirãdi difficultate. efflántq; cõtinẽter os aperiẽtes, igneiq; ſpiritus effuſione leuãtur. verũ totam ſpirandi difficultatem prætermiſit, quanquam in prognoſtico dictam oſtendimus. Ceterum incompoſitè atque inordinatè ſymptomata linguæ recenſuit. Nẽpe debuit primùm ſiccam dixiſſe, deinde aſperam. Nempe ob immoderatam ſiccitatem lingua aſpera redditur, vt ſi aſpera ſit, omnino & ſicca exiſtat. quòd autem ob caliditatem immoderatam nigreſcat vt his quibus cutis ſole exuſta ſit, iam ante didicimus.

Τῷ τοιῷδε πίνειν ὕδωρ τε καὶ μελίκρητον ἑφθὸν διδοῦ ὑδαρὲς, ὁκόσον ἐθέλει.

Huic *aquæ, mulſæq; coctæ & aquoſæ quantum uoluerit bibendum dabis.*

Liber hic etſi Hippocratis non ſit, eum tamen legitimo operi iam tẽporibus Eraſiſtrati adiectũ eſſe vetus res eſt. quapropter mirandum quónam pacto Eraſiſtratus calices cereos in Apolloniũ & Dexippũ retorſiſſe auſus ſit.

Nam qui librum hunc ſcripſit mẽtem Hippocratis Eraſiſtrato melius intelligens, cauſo laborantibus quantum placet bibere concedit. demonſtrauique & in legitima libri huius parte ita ſentire Hippocratem. Sed de Eraſiſtrati malitia ſatis hæc ſint. Et iam ſcrutemur quæ in oratione dicuntur. Præcipit ſiquidem neque aquam ſolam, neque mulſam ſolam his propinandam qui cauſo laborant. Scis enim aquam quòd naturâ frigida ſit, tarde penetrare & quamplurimo tempore in Hypochondriis manentem corrumpi in acutis febribus, mel autem facilè bileſcere. ob id mulſam aquoſam dari iubet, vt aqua, nulla in ſuperiore ventre facta mora à mixto melle ad diſtributionem trahatur. ob eas cauſas & coctam ipſam exhibet. nempe quàm cruda ſitim magis arcet, & flatu magis vacat, vrináſque magis ciet, vt quæ cruda eſt, deiectionem. Minus ſiquidem acris quæ cocta eſt, non ſolum quòd in coctura peragatur conficiaturq;: verùm quòd & ſpumoſum ipſius omne tollitur. nempe quod acre & flatuoſum exiſtit, in mulſæ eſt ſubſtantia. Cocta autem tum morſu caret tum flatu vacat, diſtribuitúrque melius quàm per inteſtina deſcendat. quo fit vt ob eam cauſam magis alat quàm cruda. Cæterum qui ita laborant, citra ptiſanæ cremorẽ mulſa nutriendi ſunt. quomodo autem in acutiſſimis morbis ſolos exhibere potus oporteat, in libri huius non ſpuria parte eſt prædictum. hæc omnia quæ ad præſentis orationis expoſitionẽ pertinent, his qui & antè legerunt & meminerunt eas quæ in illis factæ ſunt expoſitiones ad hũc modum & dicta ſunt & dicentur.

Καὶ ἢν πικρὸν τὸ στόμα γίγνηται, ἐμέειν συμφέρει, καὶ τὴν κοιλίην ὑποκλῦσαι.

*Quòd ſi os amarum fuerit, uomere cõfert & uẽtrem ſubluere.*

Bilis amaritudo amarum os reddit. Nempe cómunem vnámque efficiunt tunicam & quæ ventri interna eſt, & omnis ea quæ os ſubungit. Non ergo ſine ratione ſermonis huius ſcriptor bilem tum per vomitum tum per clyſterem euacuat.

Ἢν

Ἢν δὲ πρὸς ταῦτα μὴ λύηται, γάλα ὄνου ἑψήσας κάθαιρε·

*Verùm ſi ad hæc non ſoluatur, lacte aſinæ cocto purgabis.*

Quòd omnino quidem eam quæ in ventre eſt bilem vacuare præcipiat, timeat autem purgantia medicamenta quòd & acria & calida prorſus exiſtant, ob id ad lac aſinę diuertit, vt pote quod nullam vt non aliud vllum habeat acrimoniam, ſed præ omnibus vnum humiditate exuperat, atque ob id ſolum vẽtrem ſubit. præcoquit autem ipſum ob flatus, ſed ſanè ſolo vti ſero poteris, per oxymeli ipſum vbi lac antè coxeris ſeparans. vas quoque æneum frigida plenum aqua continenter in lac demittes. Nam & hæc ſi probè fiat demiſſio, ſerum à caſeoſo ſeparat.

Ἁλμυρὸν δὲ μηδὲν μήτε δριμὺ προσφέρειν, οὐ γὰρ ὑποίσει.

*Salſum autem nihil neque acre exhibendum, non enim deſcendet.*

Salſus ſuccus qualíſnam ſit ex ſale apparet de acris autem tum ſubſtantia tum facultate dictũ eſt in quarto ſimplicium medicamentorum. Piper ſiquidem, ſinapi, pyrethrum, & quæcunque alia viribus calida ſunt, acria quoque guſtantibus apparent. quo fit vt tum acria tũ ſalſa tãquam cauſum augentia vitare iubeat. hæc autem acribus magis deſiccant, quanquam illis non ſimiliter ſed minus calefaciant.

Ῥόφημα δὲ ἔς τ' ἂν ἔξω τῶν κρισίμων γένηται, μὴ δίδου·

*Sorbitionem niſi dies iudicationis tranſierint, non dabis.*

Sermonem ita intellige vt robuſtam eſſe virtutem ſubaudiendum ſit. Nempe hoc pacto ipſe quoque Hippocrates doctrinam facit magna ex parte, quę ſingulis in ſcopis præcipiuntur ſcribens, quo pacto cum ſemel dixit comparare inter ſe quæ demonſtrata ſunt, conſideratis ipſorum

viribus oportet. Quòd ſorbitio ante iudicationem danda non ſit, ſi virtus ſuffecerit, in prima libri huius, quę legitima eſt, parte eſt demonſtratum.

Καὶ ἢν αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥέῃ, λύεται τὸ πάθος· καὶ ἢν ἱδρῶτες ἐπιγίγνωνται κριτικοὶ γνήσιοι μετ' οὔρων λευκῶν καὶ παχέων καὶ λείων ὑφισταμένων·

*Et ſi è naribus fluxerit ſanguis ſoluitur ægritudo, atque ſi ſudores ſuperuenerint iudicatorij, legitimi, cum urinis albis craßiſque & læuibus ſubſidentiis.*

In acutis febribus quod ex ſanguine feruet ad caput fertur. cùm igitur reſciſſis ruptiſq; venis natura idipſum vnà cum aceruatis vaporibus effuderit, cæteris prõptius dominatur & imperat. Pari modo & cum per ſudores, eas quæ tenues ſunt humiditates feruentes expulerit, morbũ ſanat, ſi vtique morbo iam cocto ſuperuenerint. Nam de re huiuſmodi iam ſæpius in aliis explanatoriis commentariis eſt dictum: atque in his qui de iudicationibus ſunt confecti. vt igitur in prima libri huius parte quam omnes legitimam fatentur, eum qui à morbi coctione eſt ſcopum ad victus rationem commodiſſimum accepit, ſic & nunc ad prædictionem. ſubticuit quidem coctionis nomen: ſed conſtantiſſimam ipſius notam in vrinis ſcripſit. Optima igitur eſt quæ læuem & albam habet ſubſidentiam vrina, vt in prognoſtico eſt demonſtratum: neque tamen ad ſpem ſalutis ſemper apparere expoſtulabis, cum ſi enæωrema naturali tum colore tùm ſubſtantia commodum ſæpius videris, ſatis tibi erit. & iam his ita habentibus in interpretatione exuberauit dictio. nam ob dictas vrinas conſtat & ſudores iudicatorios eſſe. quapropter & fruſtra adiectum. legitimi prætereà non propriè inter ipſos dicuntur. Nam pro morborum genere talem inferre conſueuerunt appellationem cùm alij medicorum probatiſſimi, tum Hippocrates ipſe.

Ἢν ἀπόστημά τι γένηται.

Et ſi

*Et ſi apoſtema aliquod factum fuerit.*

Rariſſimè per apoſtema iudicatur cauſus, atque adhuc magis ſi abſque partis corporis adiectione quis enunciauerit. Nã parotidibus cauſos ſcio iudicatos: ſed nõ legitimos. id autem paulò pòſt condiſces poſt explanationem.

Ἢν δ᾽ ἄνευ τούτων λυθῇ, ὑποστροφὴ πάλιν ἔσται τῆς ἀῤῥωστίης, ἢ ἰσχίου, ἢ σκελέων ἄλγημα συμβήσεται. καὶ πτύσεται παχέα, ἢν μέλλῃ ὑγιὴς ἔσεσθαι.

*Verùm ſi abſque his ſoluatur, reuertetur ægritudo, uel coxa uel crus dolebit, expuétque craſſa ſi ſanus eſt futurus.*

Vbi de ſanguinis eruptione ſudoréque egit, ſi abſque his cauſus deſierit, ſuſpectam ait eſſe ſolutionem. nã paulopoſt reuertetur. Erit ſiquidem ait, in recidiua crurum dolor vel coxæ, ſpuétque craſſa. Nempe quòd iudicandus ſanguinis eruptione vel ſudore vel apoſtemate opus habeat, poteſt quis arbitrari ad ſanitatem dictum eſſe, ſi dictis adiecerit quæ curationi intendens ipſe ſcripſit, vomere ſcilicet præcipiens, atque aluum ſubducere, potúmque aquam & mulſam aquoſam coctã adminiſtrãs. Quare ſi cum his quidem & ſanguinis eruptionem, & ſudores, & apoſtema cauſum ſoluere quis dixerit, aliàs autem ſolui non poſſe, ſermonem fortaſſis æquum iuſtumque dicere videbitur. iuſtum autem æquumque dico quaſi mediocriter vera loquentem atque priore magis, non tamen integrum abſolutumque prorſus. neque enim verus eſt ſermo. Nẽpe quòd in Aphoriſmis dicitur: A cauſo habito rigor ſuperueniens ſolutio: veriſſimũ exiſtit. Rigorem autem hûc de neceſſitate ſequitur interdũ quidẽ ſudor ſolus, interdũ verò & bilioſorũ vomitus ſolus, atque interdũ deiectio ſola, ſed plerũque ex dictis tribus duo fiunt, & rurſum quãdoque tria. Nẽpe horũ duorũ de neceſſitate alterũ in cauſo fit ſi ad integritatẽ deſinere debeat. nã bilioſi humores vel perfectè vacuabũtur, vel extinguentur. Prętermiſſa itaq; videbitur pręcipua cauſorũ ſanatio, frigidę

ſcilicet potus. quo cauſos prorſus curauimus, nullo ex his moriente quibus frigidam tempeſtiuè propinauimus. cuius expoſitionem priore quidem libri huius parte paucis percurrimus. at in cæteris tum cōmentariis tum operibus fuſius. Sed fortè quiſpiam me aſſerere putabit nullum ex his qui cauſo laborant moriturum qui aquam frigidam tempeſtiuè biberit. quanquam id non adſeram: ſed quòd omnibus quibus propinaui, cum adeò multi extiterint vt numeri nō meminerim, ſucceſſit auxilium & ſalus. quod idem non eſt vt ſi diceres, cauſo laborantes prorſus ſi frigidam biberint ſeruandos. nam qui pernitioſè inſalubriterq́ue habent, eos neque per aliud quippiam, neque per aquam ſeruari eſt poſſibile. quibus neque miniſtrare ſum conatus. Quod autem in fine dictionis narratur: ex puétq; craſſa ſi ſanus eſt futurus, in his tantum Cauſis obſeruare debes qui adfecto pulmone oriuntur.

Καύσου γένος ἄλλο· κοιλίη ὑπάγουσα, δίψης μεγάλη, γλῶσσα τρηχεῖα, ξηρὴ, ἁλικώδης·

*Cauſi genus aliud: aluus ſoluta, ſitis magna, lingua aſpera, ſicca, ſalſa.*

Veteres græcos reperio nomē generis interdum in his quæ æquiuocè dicuntur, vſurpare, his quidem vnum habentur ſignificatum, ſed quę ex diuiſione ipſius ad plures deducantur differentias. in quo ſæpius dicere conſueuimus genericas rei huius differentias eſſe vel duas vel tres vel quatuor, vel quotquot eſſe poſſunt. Sed cùm æquiuoca duplicia ſint, aliqua quidem nullo pacto inter ſe communicantia: vt cum canem dicimus terreſtrem & marinū, alia verò quæ cum vniuocis aliquatenus communia exiſtant: cum ab vno factam appellationē habuerint ad quā interdum referantur, conſiderandum, vt dictum eſt, duo eſſe cauſorum genera. quod exactè quidem cognoſcetur, ſi ſubſtantiæ vtriuſque ratio, que in appellatione eſt, oſtēſa fuerit. Sed quoniam à mentis conceptu ratio iudicium accipit, perſcrutandum ſi mentis conceptum cauſi ita cōſonum habemus vt hominis, bouis & equi. At cum oratio commentario prolixior futura ſit, tum ipſam tum cęteras

ad breuem

ad breuem contrahere ſummam conabimur, in hunc exorſi modum: Cauſum medicos reperio febrem appellãtes cum vrens caliditas, ſitíſque inextinguibilis hominẽ torquet. quod ſi ita habet, cauſum quidem qui corpus non vrit, ſitimq; lenem habet, cauſum quidem ſimpliciter, exquiſitum verò & legitimum nõ dicemus. eúmq; qui pro dimidia parte talis ſit, breuioris doctrinæ gratia cauſum nothum appellaſſe non deterius fuerit. Quo autem modo tertianis in febribus appellatione huiuſmodi vti conſueuimus, ita duo cauſorum eſſe genera intelligemus, vt ſi & tertianarum genera duo eſſe quis dixerit: vnum exquiſitum legitimumque, alterum verò nothum ſpuriúmque: cui videlicet ex legitimi quidem ſymptomatis nõnulla inſunt, aliqua verò non. Quòd autem ſecundus cauſus de quo in hac parte docere inſtituimus, tanquam diminutus quidam ſit, atque nõ exactè abſolutus, certior fies ſi mentem ad ea ſymptomata quæ à ſcriptore ipſo in eo fieri dicuntur aduerteris: nempe principio ait: aluus ſoluta, ſitis magna, lingua aſpera, ſicca, ſalſa, non adiecto eo quod in priore adiecit. Nothus ſiquidem cauſus ex legitimi cauſi ſymptomatis alterum quidem habet, alterum nõ. Deinceps autem linguam aſperam eſſe inquiens & ſiccã, non adiecit nigram, vt in priore, ſed pro hoc ſymptomate ſalſam dixit. Nempe vt cùm lingua amarulenta redditur, flauam redundare bilem oſtẽdit: ita cùm ſalſa, ſalſum ſalſuginoſumque appellatum humorem, qui ex pituitæ generibus quæ tria ſunt, vnũ exiſtit vt tibi innotuit, acido ſcilicet dulci & ſalſo. Quomodo igitur prior cauſus ex amara bile conſtans pallidas geminã ob cauſam parit excretiones: tum quòd tenuis fuerit, tũ quòd in ipſo febris vrens augeatur, adnata in eo quæ flaua eſt bile: ſic pituitoſus humor neque facilè excernitur, neque febrem auget, neque ſitim ardentem habet, neque in ſpiritum vertitur vaneſcitque. atque ob id de eo dixit: aluus ſoluta, excernere ipſam ſolum oſtendens, quod ipſi non excernere aduerſatur: ſubit ſiquidem his venter, non tamen ſecundum humoris cuiuſpiam formam ſpeciemque: ſed his qui in alimentum miniſtrata ſunt corruptis, non enim hi potu reguntur, vt quàmplurimi eorum qui priore infeſtantur

tur

tur cauſo. Nempe hi citam habent excretionem, tenuem ſcilicet & feruentem aſſecuti humorem: ſeram verò alij, ob frigidam glutinoſamque & craſſam pituitæ ſubſtantiam. fieri ergo nequit vt qui ita laborant ſolo vtantur potu. Id ſiquidem didicimus in his morbis qui in quinto vel ſeptimo die valida exiſtẽte virtute coctionem ſunt recepturi. Verùm ſi morbus ad nonum vel decimum quartũ vel vigeſimum diem ſeſe prorogaturus ſit, in eo circa initia ptiſanæ cremore vtimur.

οὔρων ἀπόληψις.

*Vrinæ defectus.*

Dici id ab ipſis conſueuit vel cum non effatu digna vel nullo pacto emittitur vrina, fit autem in propoſito ſermoni cauſo propter humoris craſſitiem.

Ἀγρυπνίη.

*Vigilia.*

Cauſo vtrique cõmune id eſt, atque ob id in priore mẽtionem huius fecit. fit ſiquidem in illo magis quòd caput incendatur inflammetúrque magis.

Ἀκρωτήρια ἐψυγμένα.

*Et refrigerata extrema.*

Symptoma hoc ſecundi eſt cauſi, verùm ſermonem nõ ſimpliciter efferre conuenit, ſed cum limitatione aliqua: neq; enim perpetuò talis exiſtit, at cum malignus fuerit, nempe in bilioſis vrentibúſque febribus caliditatem ad extrema vſque corporis extendit, etſi non malignus cauſus fuerit: At in pituitoſis fumoſa eſt caliditatis ſubſtãtia, cum ſcilicet vel in ventre vel in hepate vel in pulmone ſalſus humor putruerit, ob quam quidem caliditas ignea redditur. Verùm ſi malignus factus fuerit morbus, refrigerãtur extrema ob virtutis imbecillitatem, plegmonéſque totum ad ſe ſanguinem trahentis magnitudinem. Nam abſque his nunquam lethalis efficitur morbus.

Τῷ τοιούτῳ ἢν μὴ αἷμα ἐκ ῥινὸς ῥυῇ, ἢ ἀπόστημα περὶ τὸν τράχηλον γένηται, ἢ σκελέων ἄλγημα, καὶ πτύσματα παχέα πτύσῃ. ταῦτα δὲ

· ξυςάσης τῆς κοιλίης γίνεται, ἢ ἰσχίων ὀδύνη, ἢ αἰδοίου πελίωμα, οὐ κρίνεται. καὶ ὄρχις ἐνταθεὶς κρίσιμον.

*Cauſus hic niſi ſanguis è naribus fluxerit, uel circa collum apoſtema fiat, uel crus doluerit, & æger ſputa craſſa excreauerit (hæc autem adſtricta aluo fiunt) uel coxæ dolor, uel pudendi liuor ſuperuenerit, nõ iudicatur. Teſtis quoque intenſus iudicatorius exiſtit.*

Quòd ſoluãtur per apoſtemata magis quã per excretiones, quæ ex pituita putreſcente oriũtur febres, ſæpius eſt demõſtratũ. At in præſenti cauſo, non apoſtemata ſolum memorauit, verùm quoq; & ſanguinis profuſionẽ adiecir: magíſq; in his cauſis quorũ ſedes in pulmone exiſtit. Nẽpe in huiuſmodi adfectionibus caput incaleſcit, ſanguine repletur, effũditque quod ex eo redũdat tũ ruptis tũ adapertis venis. Ob eãdẽ cauſam circa collũ apoſtemata fiũt & parotides his qui ita adfecti ſunt. Quibus verò adfectionis coitio in ieiuno vel hepate exiſtit, deorſum magis fiunt apoſtemata. Quare & coxæ dolor & pudendi liuor, & teſtis intentio ita adfectis magis contingunt. Fit autem teſtis intẽtio interdũ ab ea quæ in eo fit inflãmatione, interdũ quoque & ob cuiuſpiã eorũ quæ ſuperius inflãmantur vlcerationẽ. Quoſdã autẽ eorum qui in pulmone adficiũtur, craſſa expuere cocto iã morbo dictũ eſt. Ex eo igitur liquet doctrinam cõfuſam eſſe, inordinatam, indefinitamque, quæ formæ quidem quæ librorum gratia fit conuenit, libro tamen nullo pacto eſt propria peculiaríſque. Nã cum multis membris paſſis tales fiant febres, deinceps & ex ordine ſymptomatum catalogum ſcribere oportebat, & nõ inordinatè & indefinitè. ſed ſecundũ peculiarẽ propriúmque & præſentẽ morbum efficere, & ſane in hũc dictum eſt modũ: aluus ſoluta, nõ quòd cauſis ſymptoma hoc perpetuò inſit, ſed tanquã interdũ. Nã quibus venter ita vt dictũ eſt adficitur, his corrupto cibo deiectiones liquidæ exiſtũt. Verũ quibus pulmo ita habet, vẽtre haudquaquã patiẽte, his deiectiões huiuſmodi de neceſſitate

non

non fiunt, cùm interdum modo contrario ita adfectis dura aluus contingat, & difficulter excernant. Prætereà & quibus in iecinore cauſi ſubeſt veluti radix, & qui ob iecur cauſo laborant, his quæ excernuntur interdum quidẽ liquida exiſtunt, & interdum ſicca, veluti quæ σπυραθώδη appellantur: quaſi in gyrum voluta ſpyroſaq; dixeris, cõbuſtis ſcilicet à viſceris phlegmone ſiccioribus & quaſi in nucleum formatis excrementis, σκύβαλα gręci vocant. Cũ itaque viſcus huiuſmodi ſolum phlegmone obſidebitur, id efficiet. verùm ſi cum phlegmone fuerit imbecillitas, liquida deiiciuntur, viſcere ſcilicet ad ſe alimentum trahere nequeunte. Sed deiectiones huiuſmodi ab his quæ ventre adfecto fit, quòd in chylum mutatæ ſint, diſtingũtur.

Ῥοφήματα ἐπισπαστικὰ δίδου.

*Sorbitiones dato attractorias.*

Quod ſæpius dicere ſum ſolitus, quòd ſcilicet obſcura lectio nihil doceat, id & nunc dicam. Nam qui ex pituitæ vitio laborant, oxymelitis quidem potus his eſt commodiſſimus, ſed alimentum ptiſanæ cremor. Ego tamen quãquam hæc noſcam, atque à nullo alio didicerim, diuinare non poſſum quáſnam tandem dicat attractorias ſorbitiones. Oxymeli ſiquidem & ſecatorium & inciſorium & abſterſorium dici poteſt, attractorium tamen nullo pacto, quia ſanè quod ab ipſo attrahatur demonſtrare non poſſumus. Ad hunc modum neque ptiſanæ cremorem attractorium eſſe aſſeremus. Sed fortè quiſpiam dicet velle ipſum vẽtrem ſubducere attractoriis. i. quæ craſſum trahũt ſuccum: cuiuſmodi eſt pituitæ ſuccus, at verò ſorbitiones non dixiſſet. Nempe hoc munus medicamentorum eſt, & non ſorbitionum. ſicuti neque potuũ. innotuit ergo quònam pacto in obſcuris dictionibus nihil certi compertiq; habeamus. quapropter neque dictionem hanc defendere conabimur: quòd nihil in ea certi finitique reperiatur. Cæterum non mihi conſtat quónam homines modo vt in aliis multis manifeſtè errent: ſic & in eo quòd his quæ obſcurè dicuntur, gaudeãt: quanquam omnes vno ferme ore perſpicuitatem orationis virtutem eſſe, obſcuritatem verò vitium proclament.

Τὰ

τὰ δὲ ὀξέα πάθεα, φλεβοτομήσεις, ἢν ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νόσημα, καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ, καὶ ῥώμη παρῇ αὐτέοισιν.

*In acutis morbis ſanguinem detrahes ſi uehemens morbus uideatur, florueritque ægrotanti ætas, & uirium adfuerit robur.*

Sermo hic nimirum Hippocrate eſt dignus, ſubítque mihi in admirationem quòd inter aphoriſmos non ſcripſerit, cùm in paucis verbis vis magna comperiatur: quod aphoriſmis vſu euenire ſolet. De his ergo qui ſanguinis egét detractione frequens apud medicos fuit ſermo, quorum quæ viſa maximè probabilia de venæ ſectione vt ſecurè fiat, dicta ſunt duobus à me ſcriptis libris. alter itaq; ipſorum de venæ ſectione inſcriptus eſt, in quo commoda omnia docentur: alter autem ſcriptus eſt, vt dixi, medicis tum empiricis tum dogmaticis. Verùm amethodi. i. ab omni methodo alieni Theſſalij vti & cætera ſine demõſtratione ſimpliciter dicũt, ſic & venæ ſectionem χαλαστικὸν. i. relaxatorium cenſent eſſe remedium. χαλαστικὸν non vno exponunt modo, vt per commentarios noſtros cum de methodica ſecta ageremus, oſtendimus. Qui auté omné de venæ ſectione hiſtoriam intelligere voluerit, legere tum noſtros tum reliquorũ medicorum libros poteſt. Nunc verò ſummam ipſam in paucos tandé relatá ſcopos audi. Venã etenim ſecabis primũ, ſi magnus tibi videatur morbus. tali auté manifeſtè remedio vtitur, propter fortes adfectus quod à qualitate deſumitur, neque refert ſi vel fortem vel magnum dixeris. Secundus ſecandæ venæ ſcopus, ſi æger ætate floruerit. neq; enim puer, neque ſenex, ſectionem venæ ſuſtinent, neq; ſi magno morbo laborauerint. Tertius ſcopus à cõſcriptore huius libri dictus eſt facultatis vitalis robur. Neque enim in his qui ætate florent cum languent, perpetuò robur apparet. quã ob cauſam quis fortè duo hæc ſola pro ſcopis ſectiõis venæ ſatis eſſe autumabit: magnitudinem ſcilicet morbi & virtutis robur. neque enim ſenex quòd annoſus ſit, per ſe, ſed propter virtutis imbecillitatem non fert venæ ſectionem.

nem. Pueri verò quanquam vitali facultate valeãt, tamen neque ij ſectionem venæ ſuſtinent: promptè enim eorum ſubſtantia, tum propter humiditatem, tum propter temperamenti caliditatem euaporatur. Sectione igitur venę nõ egent qui inſitam naturalémque ex temperamento habẽt vacuationem. Ob eam cauſam ſcoporum ſectionis venæ numero non ſatiſfacere vidẽtur magnitudo morbi & virtutis robur, meliúſq; feceris ſi & florentiũ ætatem adieceris. Quod porrò in fronte dictionis dictum eſt: in acutis morbis venam ſecabis: vt cõſideretur eſt dignum. Sed quomodo longorum morborum non meminit? quoniam ſanè de acutis nunc docet, atque ob id ſolos eos memorauit. Nempe & ex longis multi ſunt qui ſectione venæ indigent: cùm & hi dictis tribus ſubiaceant ſcopis. Cæterũ cum omnia hæc rectè dicta ſint, quoſdam tamen nõ rectè vſos fuiſſe eſt putandum. Quo è numero eſt Menodotus experimentarius in ſola plethorica appellata ſyndrome venæ ſectionem obſeruari aſſeuerãs. Nos autem & ea nõ exiſtente venam ſecamus, cùm dolor vehemẽs hominem repente præhenderit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel os in articulo è loco pulſum ſit, vel alius quiſpiam articulus coaptatus fuerit. Neque etiam plethorica facta ſyndromę venam perpetuò ſecamus: ſed & frictione, & balneis multis, & abſtinentia quæ duobus vel tribus diebus fiat, ad id quod naturale eſt reuocamus. Verùm de his abundè tum in libro de plenitudine, tum in libro de venæ ſectione eſt dictum, prætereà & in libro de morbis curãdis. Ad præſens ergo hæc veluti in ſectionis venæ commentario dicta ſufficiant. Verùm vt nihil deſit, adiiciam & eum qui ab ambiente nos aëre deſumitur ſcopus cum fuerit abundè calidus & ſiccus, ita vt cito corpus ab eo euaporetur. Nempe tũc à ſectione venæ abſtinemus, etiam ſi morbus magnus fuerit, floréſque ætate homo fuerit. Id ergo author libri ſolum prætermiſit reliquis ſcriptis, atque etiam patientis ipſius corporis habitum. verùm præcedente oratione & mentionem habitus fecit, qui & ætatis differentias in ſe compræhendere poteſt, vt oſtendam.

Τ καὶ ἐκλείκτοισιν.

Ἢν μὲν οὖν συνάγχος ᾖ, † ἐκλεικτῶν ἀνακάθαρε

*κάθαιρε, ἤν τ᾽ ἄλλο τι τῶν πλευριτικῶν. ἢν δὲ ἀσθενέστεροι φαίνωνται, ἢν καὶ πλέον τοῦ αἵματος ἀφέλῃς, κλυσμῷ κατὰ κοιλίην χρέεσθαι διὰ τρίτης ἡμέρας, ἕως ἂν ἐν ἀσφαλείῃ γένηται ὁ νοσέων, ἢ καὶ λιμοῦ χρήζοι.*

*Si itaque Angina fuerit, & ſi aliud quippiam ex pleuriticis malis, eclegmate repurgato. At ſi æger ob copioſam ſanguinis mißionem imbecillior fuerit, clyſmum tertio quoque die infundes, donec in tuto æger fuerit, & fame indigeat.*

συνάγχη, id eſt angina partiũ quæ in gutture ſitæ ſunt, phlegmone eſt: quæ poſt ſanguinis miſſionem eclegmatis repurgari poteſt, id eſt, quæ in partibus, phlegmone obſeſſis cõtinentur, per ſputa euacuari poſſunt. Nempe corpus impurum excrementoſumque quod vacuatur, iure optimo expurgari quiſpiam pronunciauerit. Cæteris autem acutis morbis omiſſis de pleuritide mentionem facit: quomodo & in prima libri parte fecit, ſi verò imbecillior (inquit) æger tibi eſſe videbitur, vel propter ſanguinis per venæ ſectionem ablati copiam, vel ob aliam quanuis rationem, purgationis vice clyſterem tertio quoque infundes die. Nempe relaxato per ſanguinis miſſionem corpore quod ex morbificis humoribus qualitate vitioſum ſuperfluit, per clyſterem euacuari iubet. Quòd autẽ ſcopus illi ſit nõ ſolum alimẽti excremẽta ſubducere, verùm quoq; & patientẽ locum expurgare, palàm eſt. Quòd verò finẽ orationis facit, & fame indigeat: his qui in primo libro à nobis demonſtrata meminerunt, etiam manifeſtum euadit.

*Φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια μὴ πνευμάτων ἀπολήψει, φρενῶν ἐντάσιες ἢ πνευμάτων προτάσιες. ὀρθοπνοίης ξηρῆς, οἷσι μὴ πῦον ὕπεισιν. ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων ἀπολήψιος τὰ παθήματα ταῦτα ἐπιγίνεται. μάλιστα δὲ καὶ*

ἥπατος περιωδυνίαι, καὶ σπληνὸς βάρεα, καὶ ἄλλαι φλεγμασίαι τε καὶ ὑπὲρ φρενῶν περιωδυνίαι τε καὶ ξυστροφαὶ νοσημάτων, ἀδύνανται λύεσθαι, ἤν τις πρότερον ἐπιχειρέῃ φαρμακεύειν, ἀλλὰ φλεβοτομὴ τῶν τοιῶνδε, ἡγεμονικόν ἐστιν· ἔπειτα δὲ ἐπὶ κλυσμῶν, ἢν μὴ μέγα, καὶ ἰσχυρὸν τὸ νόσημα ᾖ· εἰ δὲ μή, καὶ ὕστερον φαρμακείης δεῖ· δέεται δὲ ἡ ἀσφαλείης καὶ μετριότητος μετὰ φλεβοτομίην φαρμακείη.

*Incenſa inflammataq; hypochondria non ob ſpirituum interclusionem, ſepti tranſuerſi intentiones, aut ſpirituum protenſiones: orthopnœa ſicca quibus pus non ſubit, ſed à ſpirituum interclusione pathemata hæc ſuperueniunt: potiſsimum uerò & iecinoris dolores, & lienis grauitas atque inflammationes aliæ, & ſuperiores ſepto dolores morborumq; collectiones ſolui non poſſunt, ſi quis primùm purgante uti medicamento aggreſſus fuerit. Nam uenæ ſectio in his præferenda uenit. Deinde clyſmis eſt opus, ſi uehemens & magnus fuerit morbus. ſi uerò non, & poſteà medicamento opus ſit, ſanè id poſt ſanguinis miſsionem ſecurè & mediocriter porrigendum.*

Morborum qui primùm ſanguinis egent miſſione, deinde ab ea purgari expoſtulant, catalogum facit. Primũque inter omnes ſcribit φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια, id eſt incenſa inflammataque hypochondria: neque vocem hãc φλεγμαίνοντα, ex Hippocratis conſuetudine audias velim. Nempe flammei morbi omnes & calidi voce hac ſignificantur, cuiuſmodi ſunt eryſipelata, herpetes, & carbunculi, & quæ propriè phlegmonæ appellantur. Verùm recentiores medici omnes ſpeciei flagrãtium corporum vni olim commune omnium nomen induunt, vocantque hoc

pacto

pacto ſolum eum tumorem qui durus cum dolore & multa caliditate exiſtit: exiſtentibus autem & aliis præter naturam tumoribus, vt ſcirrhus, & qui à recentioribus medicis œdema appellatur: fuit ſiquidé & id aliquando commune nomen tumorum omnium præter naturam, atq; ipſius inflationis: diximus quidé alibi libro vno de tumoribus præter naturam, verùm impræſentiarum vt cętera ita & hoc ſummatim dicatur. Scirrhus quidem durus tumor eſt & doloris expers. Inflatio verò bifariã fit, nempe collecto in quibuſdam cauitatibus vel ſenſui expoſitis vel ratione contemplabilibus flatuoſo ſpiritu. Interdum itaque quidam tumores præter naturam in muſculis ſecuerunt tanquam pus in imo reperturi, ſed nihil aliud præterquã ſpiritũ qui totam per carnẽ minutatim diſſeminatus eſſet inuenerunt: prætereà & thrombis ſolis aliquando ita ſectis, humiditas vel viſcoſa vel mucoſa eſt reperta. Verùm in talibus tumor vel ex thrõbo vel mucore erat carne ad hunc adfici modum apparente, ſpiritus autem in hac per minuta eſt diſſeminatus. Non igitur in præſenti dictione incenſa flagrantiáque hypochondria ex aſſueto Hippocrati ſignificato dicta eſſe mihi videntur: nẽpe quam mentem habebit quod ipſi adiicitur, non ob ſpirituum interclusionem? cum flammea caliditas in hypochondriis ſiue cum flatu fuerit, ſiue non, eandem habeat indicationem, neque etiam ita dicere eſt viſus, vt aceruatim cõiunctímque tum inflammationem tum flatuum interclusionem fieri dicatur, cùm id falſum ſit. Nunquam enim ſpiritus interclusio flagrãtem infert hypochondrio adfectionem. Qui ergo hæc ſcripſit, incenſa inflammatáque hypochondria, dicere eſt viſus quæ in tumorem ſublata ſunt. Poſt hæc autem mentionem de ſepti tranſuerſi intẽtione fecit, deinde ſpiritus protentione. ſepti tranſuerſi intentio manifeſta eſt omnibus: ſed ſpiritus protentos dicere viſus eſt veluti interruptos: de quibus in prima libri huius parte ſcriptum eſt: Spiritus offendens in ea quæ ſurſum fit delatione, ſuper quo in dictionis illius expoſitione eſt enarratum. Siccam autẽ orthopnœam dixit eam ſpirandi difficultatẽ, quæ ſine ſputis vel tuſſi adeò vehemens eſt, vt inclinari citra ſuffocationẽ qui ita adficitur nõ poſſit: quam

fieri non ignoras ab anguſtia earum pulmonis capacitatum quæ ſpiritum deferunt. quæ id patiuntur iacentibus magis minuſq;, ſtantibus & profectò rectè ſedentibus omnibus, quę in thorace exiſtũt partibus: quo fit vt orthopnœa appellitetur: ſed cũ ea interdũ fiat ob viſceris phlegmonem vt in peripneumoniis, interdumq; & oppleto gutture, ſanguinis miſſiõe ait egere eos qui orthopnœa ſunt adfecti, eos inquam quibus pus collectum non ſit: nempe quibus pus collectũ ſit, eos puris vacuatione egere cõſtat. Qui autem à ſpiritus interclusione (quod in anguſtiã acto fieri ſolet pulmone) hæc patiuntur, ſanguinis miſſione iuuabis. Pari modo & iecinoris dolores lienisque atque cæteras omnes inflammationes ſanguinis detractio iuuabit: atque vniuerſas morborum collectiones quas græci συςροφὰς dicunt. Quòd autem collectiones morborum dixeris eas quæ ab intumeſcentibus fiunt partibus par eſt. Audio ſiquidem & nunc multos in Aſia noſtra tumores præter naturam omnes ita nuncupantes. In his ſiquidem priuſquam ſanguis mittatur purgationem interdicere oportet, quanquam & hanc quoque mentem rationémque deinceps dicat in ea quæ ſequitur dictione.

Ὁκόσοι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῶν νούσων εὐθέως ἐπιχειροῦσι λύειν φαρμακείῃ, τοῦ μὲν ξυντεταμένου καὶ φλεγμαίνοντος, οὐδὲν ἀφαιρέουσιν. οὐ γὰρ διαδιδοῖ, ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος. τά δ' ἀντέχοντα τῷ νοσήματι, καὶ ὑγιεινὰ συντήκουσιν. ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γιγνομένου, τὸ νόσημα ἐπικρατέει. ὁκόταν δὲ τὸ νόσημα ἐπικρατήσῃ τοῦ σώματος, τὸ τοιόνδε ἀνιήτως ἔχει.

*Quicunq; autem inflammata ſtatim per morborũ initia medicamento ſoluere conantur, ij non ſolum ab intenta inflammatáque parte nihil adimunt, cùm non cedat obſequatúrque quæ adhuc cruda eſt adfectio,*

*uerùm*

*uerùm quoque & quæ morbo reſiſtẽtia & ſana ſunt, abſumunt contabeſaciũtque. Ductóque ad imbecillitatem corpore morbus ſuperior euadit, qui ubi corpus uicerit, remedium non habet.*

Hunc expoſuimus aphoriſmum cum illum exponeremus: Cocta medicari & mouere: atque in eiſdem quibus & nunc ſymptomatis. Rectè autem ad ſanguinis miſſionẽ prius deueniendum præcipit vbi vicioſi aliqui humores in partẽ aliquam confluant atq; in ea aceruẽtur. quod modo quodam vt dixi συστρέφεσθαι. i. colligi in ea parte dicitur. Quod autem in fine antè ſcriptę dictionis ſcribitur, quidã dignotioni inacceſſum efficiunt, nomẽ φαρμακείας in caſu accuſandi pro genitiuo legentes ad hunc modum: ἀσφαλείας μὲν χρὴ μετριότητος δεῖσθαι φλεβοτομίαν μετὰ φαρμακείην: qua dictione ſignificari volunt, ad ſanguinis miſſionem à medicamẽto veniendum. Verùm in tota dictione prius ad ſanguinis miſſionẽ veniendum, deinde ad medicamentũ præcipitur, non autẽ è contrario (vt ij ſcribũt) adſumendum medicamentum, deinde ad ſanguinis deiectionẽ deueniendum. Cætera dictionis dilucida his ſunt qui exactè dicta noſtra animaduerterunt.

Τὸ δὲ ἄφωνον ἐξαίφνης γενέσθαι φλεβῶν ἀπολήψιες ποιέουσιν, ἢν ὑγιαίνοντι τό δε ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος, ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς.

*Quòd autem quis repente obmuteſcat, id uenarum interceptiones occluſionesq; faciunt, ſi ſanè abſque occaſione uel forti alia cauſa id contigerit.*

Venarum ἀπολήψεις, id eſt interceptiones appellat oppletiones quæ à copia exoriuntur. Cùm igitur ſupra modum oppletæ fuerint venæ, premi virtutẽ grauarique eſt neceſſe, atq; in extinctionis agi periculum natiuam caliditatem: quæ ob multitudinẽ copiamq; ſuffocationi quippiam ſimile patitur. Oriuntur ſiquidem epilepſię & apoplexiæ, & ſyncopę cardiacæ. Nempe vno communi aphoniæ. i. vocis carẽtiæ ſymptomate ſymptomata huiuſmodi

ſignificauit. Adiecit autem orationi: ſi ſanè abſque occaſione vel alia forti cauſa id contigerit: vbi πρόφασιν, id eſt occaſionem dico cauſam euidentem & manifeſtam: vt ſi quis in lucta vel pancratio ex brachiorum accommodatione ad periculum ſuffocationis circunductus fuerit. Cauſam verò aliam fortem dico qualis vel timore vel maximo animi mœrore percuſſis accidit. In ægris autem vocis priuatio huiuſmodi fieri poteſt, læſis duntaxat his quę voci efformandæ ſeruiunt inſtrumentis, vel etiam his quę reſpirationi deputauit natura. Poteſt quoque contingere ob recentem quandam exolutionem & afflictionem virtutis: vt autem ab huiuſmodi aphoniis vociſq; priuationibus diſtinguat eam de qua in præſenti ſermone intelligit, adiecit: ſi ſano contigerit.

Φλεβοτομέειν οὖν χρὴ τὴν βραχίονα τὴν δεξιὸν τὴν ἔσω φλέβα.

*Venam igitur brachij dextri internam ſecare oportet.*

Velociſſimè & plurimum ex his quę principes ſunt partibus vena ea corpus vacuat: atq; ob id in acutiſſimis morbis ad eam ſeſe confert.

Καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος κατὰ τὴν ἕξιν, καὶ τὴν ἡλικίην διαλογιζόμενος τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλασσον.

*Sanguinemq; auferre inſpecta ſecundum habitum ætatemq; pluris minoriſue ratione.*

Superius cùm de ſcopis miſſionis ſanguinis ageret, corporis habitum quidem omiſit: ſed hoc in loco virium non meminit. Verùm habitus nomen pro virtutis nomine dictum eſſe opinantur nonnulli, vna ex re duo dici perperam exiſtimantes. Nempe habitum ad corporis conſtitutionem deferētes dicimus, vtpote cum quis vel mollis vel durus fuerit: robur verò virtutis functionē vehementiæ attribuimus. Ex quo fit vt duo hi ſint ſcopi vacuandi quidem indicationem quòd cōmunes ſint habentes: ſed inter ſe differētes veluti & ab ætate. Verùm ætatē ipſam ad cor

poris habitum referre eſt melius, & non virtutem. Nam pueris propter habitus mollitiem ſucci perſpirabili cute facilè digeruntur: ſenibus verò non facilè, propter ſiccitatem & frigiditatem. ſatisque eſſe tres hos detrahẽdi ſanguinis ſcopos quiſpiam dicere poteſt. Indicationem accipiẽtibus nobis & à morbi qui curatur magnitudine, & habitu & virtute. Cuiúſnam autem ambiẽs nos aër eſſe debeat temperaturæ, inſpiciendum eſſe eſt ſupradictum.

Ξυμπίπτει δὲ τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων τοιάδε, ἐρυθήματα προσώπου, καὶ ὀμμάτων στάσιες, καὶ διαστάσιες χειρῶν, τρισμοὶ ὀδόντων, σφυγμοὶ, σιηγόνων συναγωγὴ, καὶ κατάψυξις ἀκρωτηρίων, πνευμάτων ἀπολήψιες ἀνὰ τὰς φλέβας.

*Quamplurimis autem horum accedunt hæc: faciei rubor, oculorum conſtantia, manuum porrectio, dentium ſtridores, pulſus, maxillarum contractio, refrigeratio extremorum, & ſpirituum in uenis interceptiones.*

Inter hæc quæ deinceps accedunt, faciei ſolius qui antè ſcribuntur rubores ſanguinis copiam indicant. Succedit oculorum conſtantia, id eſt, immobilitas & manuum porrectiones: nempe & eas lædi ob neruorũ principium contingit: ſed aliter quàm ſit oculorum conſtantia. Nempe ea veluti torporem quendam functionum in neruorũ primordio indicat. manuum verò porrectiones & ſtridores dentium neq; ob quietem, neq; ob principij immobilitatem: ſed propter vitiatam motionẽ exoriuntur. Quid autem pulſus indicent non omnino conſtat. Nempe veteres in motionibus dolorẽ in membris inflammatis excitantibus hoc promunt proferuntque nomen. in palpitationibus quoque, & prætereà in vehementi arteriarum motione. Maxillarum contractio conuulſionis eſt ſymptoma, manuumque porrectiones, & ſtridores dentium. Extremorũ verò perfrictio in huiuſmodi adfectionibus

caliditatem natiuam ab humorũ multitudine grauari oſtendit. Quod autẽ in fine dictionis apponitur: & ſpirituũ in venis interceptiones: vt id de pulſus carentia dicatur probabile eſt, ἀσφύξιαν vocãt. Nam veteres arterias venas vocabant. Spirituum ſanè ἀπολήψεις, id eſt interceptiones quaſi inclinatiões & quietes ab authore dici poſſunt. ſunt qui ſequentis dictionis alteram habentis ſententiam principium cõſtituant dictionem hanc, cui quæ deinceps ſcripta eſt coniungunt copulantque.

ὁκόταν ἀλγήματα προσγίνηται, μελαίνης χολῆς, καὶ δριμέων ῥευμάτων ἐπιῤῥεύσιες γίνονται. ἀλγέει δὲ τὰ ἐντὸς δακνόμενα· διηχθεῖσαι δὲ καὶ λίην ξηραὶ γενόμεναι αἱ φλέβες ἐντείνονταί τε, καὶ φλεγμαίνουσαι ἐπισπῶνται τὰ ἐπιῤῥεύοντα, ὅθεν διαφθαρέντος τοῦ αἵματος, καὶ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων ἐν αὐτῷ τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν, καταψύξιες γίνονται ἀπὸ τῆς στάσεως, καὶ σκοτώσιες, καὶ ἀφωνίη, καὶ καρηβαρίη, καὶ σπασμοί, ἢν ἤδη ἐπὶ τὴν καρδίην, ἢ τὸ ἧπαρ, ἢ ἐπὶ τὴν φλέβα ἔλθῃ· ἔνθεν ἐπίληπτοι γίνονται, ἢ παραπλῆγες, ἢν ἐς τοὺς περιέχοντας τόπους ἐμπέσῃ τὰ ῥεύματα, καὶ ἀπὸ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων διεξιέναι καταξηρανθῇ.

*Cùm dolores acceſſerint, bilis atræ, fluxionumq; acrium deſtillationes fiunt. dolent morſa inteſtina, morſæq; atq; admodum arefactæ uenæ intenduntur, trahuntq; inflammatæ quæ influunt. quapropter corrupto ſanguine, nequeũtibusq; ſpiritibus in ipſo naturales trãſire meatus, infrigidationes fiũt ob ſtationẽ, uertigines,*

*uertignes, aphoniæ, capitis grauitas, & cõuulſiões, ſi iã ad cor uel hepar uel in uenã peruenerint, hinc epilepſiæ et paraplexiæ, ſi cõtinẽtes locos fluxiones inuaſerint, atq; ſpiritibus exire nequeũtibus exaruerint.*

Eiuſdem cum prædictis generis eſt ſermo qui nunc effertur, quẽ & nonnulli illis copulant. atq; ob eam cauſam verbũ hoc, προσγένηται, id eſt acceſſerint, ſcribi reperitur. ſunt enim qui præſentem ſermonem cum prædictis coniungant, ſcribentes προς ſyllabam cum ς elemento. alij verò non coniungunt, ſcribuntque προ, ſine ς. At quod in oratione dicitur huiuſmodi eſt: Dolorum motio fluxionẽ humiditatum ad eam quę dolore vexatur partem excitare conſueuit. Cùm igitur vicioſis ſuccis corpus refertũ fuerit, bilis atræ cæterorumque acrium humorum fluxiones exoriuntur. ob quas dolet ęger magis, mordentúrque interna, grauantúrq; morſæ à prædictis humoribus quæ in adfecto loco ſunt venæ. ídq; ipſum rei alterius cauſa redditur contraria. Nempe repleta à fluxionibus huiuſmodi quę adficitur particula, corrũpitur quidem imprimis ſanguis ipſe, deinde uaſa opplentur, quod in eo cunctas ſpirituum vias arcet cohibétq;. nempe & id apertè declarauit inquiens, nequeuntibúſq; ſpiritibus naturales pertrãſire meatus. quod ſanè ſpirituũ interceptiones pauloantè vocauit. Cùm autẽ ſanguis eſt atq; cũ eo ſpiritus infrigidationes fiunt, vertigines, aphoniæ, capitis grauitates & cõuulſiones. quibus ſuccedũt paraplexiæ, & epilepſiæ cũ in locos oppletas venas cõtinentes deciderint fluxiones. Locos dixit corporis partes quas author adſcripſit: cor, hepar & venam quæ prædicta coniungit viſcera. venam inquam poſteà à medicis cauã appellatam, ꝙ venarum omnium quæ per corpus animalis diſſeminantur, latiſſima ſit. Iure igitur ſanguis in locis huiuſmodi propter venarum repletionem ſpiritum penetrare non permittit. ſed veluti in mortuo corpore coaleſcit concreſcitque. quod & author ipſe oſtendit inquiens: atque ſpiritibus exire nequeuntibus exaruerint. at propriè magis dixiſſet à ſpiritibus. coaleſcunt ſiquidem & quæ exiccantur, & quæ

refrigerantur. nunc autem non propter exiccationẽ coaleſcit concreſcitque ſanguis, & qui in ipſum defluunt vicioſi ſucci. nempe exeuntibus ipſis & incorruptus & naturaliter fuſus liquidúſque redditur ſanguis. verùm cum manent natiuámque caliditatem reſpuunt extinguntq; is tanquam in mortuo corpore coaleſcit. Cùm ergo ita adfectis ſanguis detrahitur, is frigidus craſſuſque & vix è venis effluens apparet. idque propter eiuſmodi refrigerationem. interdum autem & toto corpore conuulſiones fiunt. atq; interdum ſalubriter & commodè. Nempe corpus totum quatiẽtes, vniuerſas calfaciunt partes, adeò vt ex multitudine aliud per cutim digeratur, aliud ad aliquam ex non præcipuis expellatur partem. vbi cum indiſſolubiliter impactum fuerit, paraplexiam facit. Nam quòd eas quæ ex apoplexia vel epilepſia ad aliquam ex non præcipuis partem irruunt paralyſes, id eſt reſolutiones, Hippocrates ita appellet eſt demõſtratum. interdum quoque & facta abſq; cõuulſione apoplexia in partis reſolutionem nonnullis finitus eſt adfectus qui paraplexia appellatur. Cætera dictionis ſunt manifeſta.

Ἀλλὰ χρὴ τοὺς τοιούτους προπυριῶντας, φλεβοτομέειν ἐν ἀρχῇσιν εὐθέως, μετεώρων ὄντων πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων· εὐβοηθητότερα γάρ ἐστι.

*Talibus ſanè poſt adhibita prius fomenta uenam confeſtim ab initio ſecare oportet, cùm ſuſpenſa exiſtant & nondum fixa ſint omnia quæ contriſtant tum ſpiritus tum fluxiones. facilius enim remediis patent.*

Qui ita habent, his ante fotus adhibere oportet. quoniã coaluit in ipſis ſanguis, difficulterq; fluit. ſed quoniam & ante fotum ipſum fricatio quædam fiat, facere quod perpetuò ſcripſimus eſt melius. ſecare ſtatim internam cubiti venã. Non enim perpetuò concretus ita reperitur ſanguis vt fluere non poſſit. Fricandæ igitur in ipſo tempore per multos homines cũctę corporis partes, & ſi mediocriter ſanguis fluxerit, rurſus fricandę iterúmque auferẽdus ſanguis.

ſanguis. ſi verò non fluxerit, fricandæ quidem & fouendæ donec fluxerit. vbi verò in paraplexiam deſierit affectio, breui fricare expedit tempore & fouere. rurſum fricare & fouere donec citiſſimè hęc deſierint, ſuſpenſis adhuc ſpiritibus, & ad vacuationem non difficilè ſolubilibus exiſtentibus.

Καὶ ἀναλαμβάνοντα, καὶ τὰς κρίσιας ἐπιθεωρέοντα φαρμακεύειν, ἢν μὴ κουφίζηται ἄνω· τὴν δὲ κάτω κοιλίην, ἢν μὴ ὑποχωρέῃ κλυσμῷ, ὄνου γάλα ἑφθὸν διδοὺς, καὶ πινέτω μὴ ἔλασσον δώδεκα κοτυλῶν. ἢν δὲ ῥώμη περιέχῃ, πλεῖον ἑκκαίδεκα.

*Poſteà reficere expedit, & inſpecta indicatione ſuperiorem uentrem ſi non leuetur purgare. inferiori uerò ſi non deiecerit, clyſmum iniicere. Coctum deinde aſinæ lac dabis, bibétque non minus cotylis duodecim: & ſi uirtus tolerauerit, ſedecim magis.*

Ab ea quę per ſanguinis miſſionem fit vacuatione refici hominem roborarique præcipit: vt ſi nihil leuatus videatur, ad eam quæ per ſuperiores partes, id eſt per vomitum fit purgationem agatur. Verùm purgans medicamentum nominatim perſtringere prætermiſit. neque facto ipſius delectu ſignificauit. Nempe quòd ad morbi magnitudinem virtutiſque robur reſpicientes vel album veratrum, vel ex aliis quæ vomitum cient quicquam exhibeamus, palàm eſt. quę autem de aluo inferiore dicta ſunt, hæc clara exiſtunt, & expoſitoris non indiga. Neque admirationi ſit lactis copia cùm antiquis omnibus ita fuerit aſſuetum. Quòd autem lac aſinæ propter humiditatē exhibeant, ſuprà eſt dictum. atque amplius quòd non concreſcat epotum veluti quæ craſſa ſunt. At cum eo mellis quippiam ſaliſque admiſcere oportet.

Σύναγχος δὲ γίνεται ὁκόταν ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα πολὺ καὶ χολῶδες ὥρῃ χειμερι-

νῇ, ἢ

νὴν, ἢ ἐαρινὴν ἐς τὰς σφαγίτιδας φλέβας ἐπιῤῥυῇ, καὶ τὸ † πνεῦμα πλεῖον διὰ τὴν θερμότητα ἐπισπάσωνται· ὅταν δὲ ψυχρόν τε ἐὸν καὶ κολλῶδες, ἐμφράξει τοῦ τε πνεύματος τὰς διεξόδους, καὶ τοῦ αἵματος ἀποφράσσον, πήγνυσι τὰ σύνεγγυς τοῦ αἵματος, καὶ ἀκίνητον καὶ στάσιμον ποιεῖ, φύσει ψυχρὸν ἐὸν καὶ ἐμφρακτικόν. Διὰ τοῦτο πνίγονται, τῆς γλώττης ἀποπελιουμένης, καὶ στρογγυλουμένης, καὶ ἀνακαμπτομένης διὰ τὰς φλέβας, τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν· τῆς γὰρ ἀποτεμνομένης σταφυλῆς, οἱ δὲ κιονίδα καλέουσιν, ἑκατέρωθεν φλὲψ παχεῖα· ὁκόταν οὖν πλήρεις αὗται ἐοῦσαι ἐς τὴν γλῶσσαν ἀναποστηρίζονται, ἀραιὴν ἐοῦσαν καὶ σπογγώδεα διά γε τὴν ξηρασίην. ἡ δ' ἀπὸ βίης τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν δεχομένη ὑγρὸν ἐκ πλατείης μὲν στρογγύλη γίνεται· ἐξ εὐχρόου δὲ πελιδνή· ἐκ μαλθακῆς δὲ σκληρή· ἐξ εὐκάμπτου δὲ ἄκαμπτος· ὥστε ταχέως ἀποπνίγεσθαι, ἢν μή τις ταχέως βοηθῇ, φλεβοτομίην τε ποιεύμενος ἀπὸ βραχιόνων, καὶ τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν φλέβας ἀποτεμών, καὶ φαρμακεύων τοῖσιν ἐλικτοῖσι, καὶ ἀναγαργαρίζων θερμοῖσι, καὶ κεφαλὴν ὑποξυρῶν, καὶ κήρωμα τραχήλῳ καὶ κεφαλῇ περιτιθέναι, καὶ ἐρίοισι περιελίσσειν, καὶ σπόγγοισι μαλθακοῖσι, ἐν ὕδατι θερμῷ ἐκπιεζεῦντα πυριῆν, πίνειν τε ὕδωρ καὶ μελίκρητον μὴ ψυχρά.

Ϡ ἔσωμα.

χυλὸν δὲ

χυλὸν δὲ προσφέρειν, ὁκόταν ἐκκρίσιος ἐν ἀσφαλείῃ ἤδη ᾖ.

*Synanchus, id eſt angina fit cùm hyeme ueréq; fluxio multa & uiſcoſa ad iugulares ex capite defluxerit uenas, plurimúmque hæ traxerint ſpiritum. cùm autem & frigida & glutinoſa fuerit, ſpiritus obſtruit permeationes, ſanguinémq; coercens quæ uicina ſunt inſpiſſat, ſanguinémque ipſum immobilem reddit & conſtantem. quippe cùm natura frigida ſit & obſtructoria, ob id ſuffocantur liuente lingua atque in rotundum acta flexáque propter eas quæ linguæ ſubduntur uenas. Nam præciſa una quam nonnulli cionida, id eſt columellam uocant, uena utrinque craſſa apparet. Cùm igitur hæ oppletæ fuerint, linguæ quæ ob ſiccitatẽ & rara & ſpongioſa exiſtit, innituntur. lingua autẽ ui ex uenis humorem accipit. atq; ex lata rotunda, ex bene colorata liuens, ex molli dura, atq; ex facilè flexili flectenti contumax efficitur. Eam ob cauſam citò iugulat, niſi citò aduerſus eã pugnaueris. ſanguinẽ ergo ex brachiis detrahes, mox uenas quæ ſub lingua ſunt ſecabis, deinde medicamentis quibuſdam attractoriis utêris, calida exhibebis gargariſmata, caput abrades, ceratúmq; tum collo tum capiti circumpones, laniſque circumuolues, & molli ſpongia ex aqua calida expreſſa fouebis. bibet autem aquam & mulſam non frigidam. cremorémque adſumet ubi ex iudicatione iam in tuto fuerit.*

Siue ſynanchon dicere volueris, ſiue cynanchon: vel alterum quidem eorum ſynanchen, alterum verò cynanchen, ſiue vtrũque ſynanchen vocaueris, duas ſynanches ſciueris

ſciueris eſſe rationes. Nempe ad curationem nominibus opus nobis non eſt.Conſueuit ſiquidem eam docere longè melius quàm hi qui nomina curioſè obſeruant. ſubſcribam autem tibi compendioſè doctrinæ huiuſmodi formam, ſuſcepto ita exordio: Fluxionum quæ à capite deferuntur, quædam ſubſtantia tenues exiſtunt, alię ex craſſis viſcoſisque humoribus conſtant. Quæ igitur tenues ſunt, hæ latis penetratis venis, in anguſtioribus detinentur. tales autē ſunt quæ guttur ambiunt. Contrariū autē in craſſis contingit quòd non ingrediantur vniuerſas quæ ſtrictæ admodū ſunt venas, antè ſcilicet in capacioribus detentæ. Cùm igitur in faucium venis tales impacti fuerint humores, pars in tumorem attollitur, veluti guttur ex aliis, tanquā gutturis quàm faucium ſtrictiores multò exiſtant venæ. Corpus autem totū vacare excremētis debet, & nō plethoricū eſſe geminam ob cauſam. nempe tum ob eam quę à vacuatione eſt reuulſionem, tum quòd vacuato corpore cùm à parte adfecta quod influit repellimus, id facilius conſentit, nihilque ſi calido aliquo euaporare volueris, à corpore ipſo parti calefactæ mittetur. Corpus igitur totum vena ſecta vacuare oportet, & purgatione & clyſteribus. Verùm adfectas partes medicamentis adſtringentibus quæ profluentes retrudant humores atque ex infarctis qui non admodum infarcti ſunt, & glutinoſi valde & craſſi. & tum calidis tum acribus euaporantibus eos qui in membris adfectis continentur humores. Venæ quæ ſub lingua ſunt ſectæ eam quæ in faucibus eſt phlegmonē ſine medicamentis vacuant. ſed quoniam humorum craſſi alij glutinoſique, hi acrioribus multò propterea indigent medicamentis, quæ ſcilicet & ſecare, & in tenuia diuidere & tum glutinoſa tum craſſa confringere poſſint. Præterea & ad exteriorem ſuperficiē reuellere oportet humores circumpoſitis collo quæ attractoria polleant facultate medicamentis. Nempe colli ſuperficiarias partes quàm imas adfici eſt melius, quòd ſpiritus quidem cùm inſpirationes fiunt, ad fauces gutturque irruat, & cum expirationes fiunt, per ea foras deferatur. Sæpius verò quæ ad partes prędictas procedunt fluxiones, eæ ad partes quaſdam alias exprimente ipſas natura tranſmutantur.

cantur. atque interdum principio ita celeriter deferuntur, vt rurſum aliæ oriantur tum faucium tum gutturis fluxionum differentiæ. Quòd autem quæ ad cutem receſſerunt his quæ in profundum decubuerunt, multò ſalubriora exiſtant, conſtat omnibus. Commune tamen in vtriſque tum colli tum capitis à quo fluxiones fiunt auxilium tibi ſit. ſermo hic & ſynanchas, & cauſas earum, & adfectos locos, & curationes docuit. Neque ſi vel ſynanchen vel cynanchen, vel ſynanchon vel cynanchon appellaret fuit ſollicitus. Qui igitur librum hunc ſcripſit, neglectis nominibus omnes qui tum in faucibus tum gutture exiſtunt, arctántque reſpirationem adfectus ſynanchos appellitãs, duas horum eſſe ſpecies ait. alteram quidem quæ à glutinoſa frigidáque fluxione facta ſit, quam pituitoſam vocare poſſis. alteram verò à calida acrique, quam ſi picrocholã bilioſamq; ſimpliciter appellaueris, non peccabis. Priorem autem fluxionẽ in latiores decumbere venas ait. bilioſam etiã in tenuiores peruenire oſtendens. Cætera dictionis ſunt manifeſta. ad ea autem quæ retuli aduertas animum oportet. & ſi primam ſpeciem nõ intellexeris, bis & ter lege, & intelliges. ego autem ad ſecundam ſynanchi ſpeciem tranſibo.

Ὁκόταν ἐν θερινῇ, ἢ μετοπωρινῇ ὥρῃ ἐκ κεφαλῆς θερμὸν τὸ ῥεῦμα καταῤῥυῇ καὶ νιτρῶδες, ἅτε ἀπὸ τῆς ὥρης δριμὺ, καὶ θερμὸν γεγενημένον, δάκνει δὲ τὸ τοιόνδε ἐὸν, καὶ ἑλκοῖ, καὶ πνεύματος ἐμπίπλησι, καὶ ὀρθόπνοια παραγίνεται, καὶ ξηρασίη πολλὴ, καὶ τὰ θεωρεύμενα ἰσχνὰ φαίνεται.

*Cùm æſtate uel autumno fluxerit è capite calida & nitroſa fluxio, quaſi ab anni tẽpore tum acris tum calida fuerit, cùm huiuſmodi eſt, mordet, ulcerat, ſpiritu implet, orthopnœam parit, & ſiccitatem multam. præterea quæ intuenti apparent, haudquaquam tumentia uidentur.*

Quo modo

Quo modo & quam ob cauſam hæc fiant? quoniã à calidis & acribus. priorem ſiquidem fluxionem quæ pituitoſa eſt, hyeme vel verè defluere ait: poſteriorẽ verò hãc, autumno vel æſtate. In aliis verò anni tẽporibus ex proportione, vt anteà eſt dictũ. Orthopnœam autem huic ſuperuenire ait anginæ generi, quæ inſignis nota eſt anguſtiæ partem ex his quæ reſpirationi ſeruiunt aliquam fatigantis, vt ſuprà eſt demonſtratum. Quòd ſi hos ampliſſimè aperire os volueris, linguamque repreſſeris cohibueríſque, vt quæ in faucibus ſunt ſpectare queas, nullum ſanè prçter naturam tumorẽ vt in antedictis inuenies. quod ſcriptor explanauit cum inquit: prætereà quç intuẽti apparent, ἰσχνὰ, id eſt nõ tumentia videntur. Nempe quod in faucium meatu inflammatũ eſt non videtur: quod autẽ in ore apertis videtur, id omnino citra inflammationem exiſtit, partéſq; non tument. Nempe hæc vox ἰσχνὸν tumenti præter naturam interdum opponitur. quam vocis huius nunc dictam ſignificationem ignorantes nonnulli, dictionem ridiculè exponunt. Alij autem permutant, vt qui in hunc ſcribunt modum: prætereà quæ intuenti apparent, ἄχροα, id eſt decolora videntur. Cæterum ita adfectis fit interdũ vt & fluxionis partẽ recipiant, faucibus vicini atque à tergo ſiti ordinatíq; muſculi. vbi & ſtomachus qui ſçpius & ipſe vnà adficitur. Poſt hoc ſanè in prçſenti dictione ſcriptum quoque eſt quod ſequitur,

Καὶ τοὺς ὄπισθεν τένοντας ἐν τῷ τραχήλῳ ξυντείνεται, καὶ δοκέει οἷον τέτανος ἐντετᾶσθαι.

*Tendones quoq; colli poſteriores contenduntur, apparentq; tetani modo intendi.*

Quod deinceps dictũ eſt, magis adhuc guttur affici oſtendit. Nempe & vocis generationem in ea animalis abſolui parte eſt demonſtratum. quapropter inquit.

Καὶ ἡ φωνὴ ἀπέῤῥωγε, καὶ τὸ πνεῦμα σμικρόν.

*Voxq; abrupta eſt & ſpiritus paruus eſt.*

Nempe vox omnino ἀπέῤῥωγε, id eſt ἀπόλλυται, id eſt, diſperiit abruptáque eſt, adfecto vt dictum eſt gutture.

Reſpiratio

Reſpiratio autem parua redditur, propter meatus anguſtiam. Recenſetur autem in commentariis de difficultate ſpirandi quòd longior tempore ſit & interuallis frequentior. quod ſcriptor in hunc enunciauit modum.

Καὶ ἡ ἀντίσπασις τοῦ πνεύματος πυκνὴ καὶ βιαίη παραγίνεται·

*Spirituſq; reuulſio frequens, & uiolenta accedit.*

Spiritum & eam quæ inſpirationi ſuccedit expirationem, & eam quæ expirationi ſuccedit inſpirationem dixit. vtrinque enim frequẽs redditur ſpiritus. Nempe quæ ab inſpiratione eſt quies breuioris eſt temporis iis qui ita adfecti ſunt. ſimiliter & quæ expirationi ſuccedit ante inſpirationem. demonſtrationes horum in libris de ſpirandi difficultate enarratæ ſunt.

Οἱ τοιοίδε τὴν ἀρτηρίαν ἑλκοῦνται, καὶ τὸν πνεύμονα † πίμπρανται οὐ δυνάμενοι τὸ ἔξωθεν πνεῦμα ἐπάγεσθαι. τοῖσι τουτέοισι δὲ ἢν μὴ εἰς τὰ ἔξω μέρεα τοῦ τραχήλου ἑκουσίη ἀποφέρηται, δεινοτέρη καὶ ἀφυκτοτέρη ἐστὶ διὰ τὴν ὥρην, καὶ ὅτι ἀπὸ θερμῶν καὶ δριμέων. Τπίμπλανται

*Talibus arteria ulceratur, incenditúrque pulmo, neque externum aerem admittere intrò queunt. quibus niſi ad exteriores colli partes malum ſua ſponte perferatur, hi grauius ineuitabiliúſque habebunt, & propter anni tempus. & quòd à calidis acribúſque id ſit humoribus.*

Arteriam quoque vlcerari his qui ita adfecti ſunt, dictum eſt & propter humoris acrimoniam. Pulmonem verò ardere ait priuatum, ſermonem doctrinæ veræ coniungens copulánſque. Nempe in cõmentario de vſu reſpirationis demonſtratũ eſt animal in reſpirationis priuatione nõ ob ſubſtantiæ penuriam perire: ſed quòd calor natiuus tũ refrigerio, tũ vẽtilatione deſtituatur. quapropter nõ immerito qui immoderatior exiſtit, pulmonẽ accẽdit.

hanc

hanc igitur anginæ ſpeciem tum grauiorem tum ineuitabiliorẽ eſſe priore ait, tum propter antè dicta, tum quòd æſtiuum autumnaléque ſit anni tempus, & quòd ex acrioribus oriatur humoribus. qua efficitur ratione vt ea quę cum coniunctione, &, eſt dictio, melior ſit quàm ea quæ ſine coniunctione eſt. ſignificat autem ab his quæ antè dicta ſunt, & propter anni tempus in quo ſit, & propter humorem à quo oritur maioris eſſe periculi ſecundam anginę ſpeciem. Non eſt ergo ſimpliciter ſcribendum quòd tum grauior tum vitatu difficilior ſit propter anni tẽpus. quòd ſi & abſque coniunctione ſcriptionem ſeruare quis voluerit, coniunctionem eam ita ſubaudire oportebit vt ſi in dictione eſſet. Multa ſiquidem atque alia apud antiquos defectiuo modo ſcripta reperiuntur.

Ἢν πυρετὸς λάβῃ παλαιῆς κόπρου ὑπεούσης, ἢ νεοβρῶτι ἐόντι, ἤν τε σὺν ὀδύνῃ πλευροῦ, ἤν τε μὴ ἡσυχίην ἄγειν μέχρις οὗ καταβῇ τὰ σιτία πρόσω, ἐς τὴν κάτω κοιλίην.

*Si febris hominem præhenderit, uetere excremento ſubeunte, uel nuper cibatum, ſiue cum lateris dolore ſiue non, is quieti tantiſper permittendus donec cibus primùm ad uentrem imum deſcenderit.*

Dictiones quoque huiuſmodi ea quæ libro de victu in acutis morbis apponuntur, Hippocratis ſcripta non eſſe oſtendunt. Non enim qui perfectè de pleuritide in legitima libri huius parte tractauerat, eum rurſus hîc pauca de pleuriticis apponere oportebat.

Πόματι δὲ χρῆσθαι ὀξυμέλιτι. ὁκόταν δὲ ἐς τὴν ὀσφὺν βάρος ἥκῃ, κάτω κλύσαι κλυσμῷ, ἢ καθᾶραι φαρμάκῳ. ὁκόταν δὲ καθαρθῇ, διαιτᾶν ῥοφήμασι πρόσω, καὶ πόμασι μελικρήτῳ, ἔπειτα σιτίοισι καὶ ἰχθύσιν ἑφθοῖσιν, καὶ οἴνῳ ὑδαρεῖ εἰς νύκτα ὀλίγῳ, ἡμέρῃ δὲ ὑδαρὲς μελικρῆτον. ὁκόταν δ' αἱ φῦσαι δυσώδεες ἔωσιν οὕτως,

ἢ βαλά-

ἢ βαλάνῳ, ἢ κλυσμῷ· εἰ δὲ μὴ, ἐπισχεῖν ὀξύμελι πίνοντα, ἕως ἂν καταβῇ ἐς τὴν κάτω κοιλίαν, εἶθ' οὕτως κλύσματι ὑπαγαγεῖν.

*Sumat autem in potu oxymeli. At cum grauitas ad lumbos uſque deſcenderit, tum uel clyſmum dare, uel medicamento purgare oportet. atque cum purgatus fuerit, ſorbitionem primùm, mox aquam mulſam, deinde cibaria, & coctos piſces miniſtrare uinúmq; quod aquoſum ſit, & exiguum noctu, interdiu uerò dilutã mulſam. Cùm uerò flatus male olentes fuerint, balanus uel clyſmus confert. ſi non, bibẽtem oxymeli tantiſper cohibere oportet, donec ad inferiorem aluum deſcenderit, deinde clyſmate ſubducere conuenit.*

Indefinitè & indiſtinctè dictũ eſt, quanquam quod hîc ſcriptum eſt definitè diſtinctéque in legitima libri huius parte dictum ſit. & quæ poſt id vſque quo piſcium meminit Hippocrates. quoniam adhuc de languentibus in libro ipſe agebat, & non his qui ex morbo reualeſcũt. Cætera dictionis manifeſta ſunt.

Ἢν δὲ λαπαρῷ ἐόντι καῦσος ἐπιγένηται, ἤν σοι δοκέῃ φαρμακεύειν, ἐπιτηδείως ἔχειν, εἴσω τριῶν ἡμερῶν μὴ φαρμακεύειν, ἀλλ' ἢ τεταρταῖον.

*At ſi liquidam aluum habenti cauſus ſuperuenerit, ſi tibi purgatio idonea uideatur, eam nõ tribus primis diebus adhibebis, ſed quarto.*

Quòd intempeſtiuè quidem hîc de cauſo egerit, prædictis ſcilicet in principio ipſius tum differentiis tum curationibus nemo eſt qui ignoret. Nempe & dictiones ex mente ſunt aphoriſmi illius: Cocta medicari & mouere, non cruda, neque in principio niſi turgeant: plurima verò non turgent. Quidam aliter ſcribunt cauſis ab initio

medicari volentes, vt dictio talis ſit: intra tertiũ diem adhibebis. Expedit igitur nõ omnino à tertio medicari die: ſed vt aphoriſmus canit: in acutis morbis raro & in principiis medicamento purgante vti. Rem ergo ſecundum aphoriſmorum mentem definire oportet, ſcrutaríque cũ in principiis purgatione vtendum ſit, & cùm morbi coctio expectanda ſit. qui autem vel in principio ſimpliciter dixerit, vel neutrum definierit, fallitur.

ὁκόταν δὲ φαρμακεύσῃς, τοῖσι ῥοφήμασι χρῶ, διαφυλάσσων τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν, ὅκως μηδέποτε προσοίσῃς ἐόντων, μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι, ἀλλὰ ληγόντων, ἢ παυσαμένων, καὶ ὡς προσωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων, μήτε ποτὸν, μήτε ῥόφημα, μήτε ἄλλο μηδὲν δίδου τοιόνδε, ἀλλὰ μέγιστον ἡγοῖο τοῦτ᾽ εἶναι διαφυλάσσεσθαι, ἕως ἂν διαθερμανθῇ σφόδρα, εἶθ᾽ οὕτως τὸ ξυμφέρον πρόσφερε. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ σημεῖόν ἐστι μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ ψύξις ποδῶν. εἰ δὲ ἐν τοιούτῳ καιρῷ προσοίσεις ἅπαντα, τὰ μέγιστα ἐξαμαρτήσεις· τὸ γὰρ νόσημα αὐξήσεις οὐ μικρῶς. ὁκόταν δὲ ὁ πυρετὸς λήγῃ, τοὐναντίον οἱ πόδες θερμότεροι γίνονται τοῦ ἄλλου σώματος. αὔξεται μὲν γὰρ ψύχων τοὺς πόδας, ἐξαπτόμενος ἐκ τοῦ θώρακος εἰς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπων τὴν φλόγα. συνδεδραμηκότος δὲ ἄλεος τοῦ θερμοῦ ἅπαντος ἄνω, καὶ ἀναθυμιωμένου ἐς τὴν κεφαλὴν, εἰκότως οἱ πόδες ψυχροὶ γίνονται, ἄσαρκοι καὶ νευρώδεες φύσει ἐόντες. ἔτι δὲ καὶ πολὺ ἀπέχοντες τῶν θερμοτάτων τόπων, ψύχονται

ψύχονται συναθροιζομένου τοῦ θερμοῦ εἰς τὸν θώρακα· καὶ πάλιν ἀνάλογον λυομένου τοῦ πυρετοῦ, καὶ κατακερματιζομένου, ἐς τοὺς πόδας καταβαίνει. κατὰ τόνδε οὖν τὸν χρόνον ἡ κεφαλὴ, καὶ ὁ θώρηξ κατέψυκται. τουτέων εἵνεκεν τουτέου προσαρτέον, ὅτι ὁκόταν οἱ πόδες ψυχροὶ ἐῶσιν, θερμὴν ἀνάγκη τὴν κοιλίην εἶναι, καὶ πολλῆς ἄσης μεστὴν, καὶ ὑποχόνδριον ἐντεταμένον, καὶ ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος διὰ τὴν ἔνδον ταραχὴν, καὶ μετεωρισμὸν γνώμης καὶ ἀλγήματα, καὶ ἕλκεται καὶ ἐμέειν ἐθέλει, καὶ ἢν πονηρὰ ἐμέῃ, ὀδυνῆται· θέρμης δὲ καταβάσης εἰς τοὺς πόδας, καὶ οὔρου διελθόντος, ἐὰν μὴ ἱδρώσῃ, πάντα λωφᾷ. κατὰ τόνδε οὖν τὸν καιρὸν δεῖ τὸ ῥόφημα διδόναι, τότε δὲ ὄλεθρος.

*Cũ autem purgaueris, ſorbitionibus utitor, obſeruatis ita febriũ acceßionibus ut nũquã cũ adſint, neque cum futuræ ſint exhibeas: ſed cum uel ceſſant uel quieuerũt, & maximè à principio receſſerũt. Frigẽtibus ergo pedibus neq; potum neque ſorbitionem, neque aliud quippiam huiuſmodi dabis, ſed maximum exiſtimato ſi tãtiſper caueris donec ualde incaluerint. deinde ita quod cõfert exhibe. frigiditas ſiquidẽ pedũ parte plurima febris acceſſuræ ſignũ exiſtit. quo tẽpore ſi quid porrigas, prorſus maximè peccabis. nempe & morbum non parum augebis. At uerò cùm febris deſierit, cõtrario modo pedes reliquo corpore calidiores fiunt. Nempe cùm augetur pedes refrigerat, incenſáque ex thorace ad caput flammam mittit.*

*Calore igitur toto ad ſupernas partes cõcurrente atque ad caput expirante, non abſque cauſa pedes frigeſcunt, ut pote qui naturâ & carne uacẽt & neruis abundent. Præterea & à calidißimis ſeparati locis refrigerantur ſeſe ad thoracem colligente calore. Rurſum & cum febris ſoluitur, & in minutas redigitur partes calor ad pedes ex proportione deſcendit. quo tempore caput & thorax refrixerunt, atque ob id cibus dandus. Nempe cùm pedes frigidi fuerint, uenter de neceßitate calet, faſtiditque cibum, intenditur hypochondrium, iactatur propter internã turbationem corpus, mens fixa non eſt, dolet æger, lancinatur, uellicatúrque, uomere adfectat, & ſi mala uomuerit dolet. Ergo cum calor ad pedes deſcenderit, curritque urina, & ſi non ſudet, omnia ceſſant. quo tẽpore ſorbitionem dare expedit. nam aliàs pernitioſa exiſtit.*

De particulari cibi miniſtrandi tempore dictum quidẽ eſt paucis in legitima libri parte: ſed æquè & nunc prolixius manifeſtiúſque dicetur, quaſi ſermo præſens alterius ſit explanatio ſeruata Hippocratis mente. quam tũ in cæteris dixit, tum in eo, quòd febrem ex thorace, id eſt corde accendi, atque in caput flammam mittere ait.

ὁκόσοισι δὲ διὰ τελέος ἡ κοιλίη ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὑγρὴ, τουτέοισι διαφερόντως τοὺς πόδας θερμαίνων, καὶ περιστέλλων κηρώμασι, καὶ ταινιδίοις περιελίσσων πρόσεχε, ὡς μὴ ἔσονται ψυχρότεροι τοῦ ἄλλου σώματος. θερμοῖσι δ᾽ οὖσι, θέρμασμα μηδὲν πρόσφερε, ἀλλὰ παρατήρει ὅκως μὴ ψυχθήσονται. πόματι δὲ χρέεσθαι ὡς ἐλαχίστῳ ὕδατι ψυχρῷ ἢ μελικράτῳ.

Quibus

*Quibus autem aluus per ſebres perpetuò liquida eſt, his pedes maximè calſaciens ceromatiſque contegens, atque faſciis obuoluens ita attende ut reliquo corpore frigidiores non ſint: ſi uerò pedes calent, calorificum nullum exhibe, ſed ne frigeſcant, caue. potu autem eſt utẽdũ quàmminimo aqua frigida uel mulſa.*

διὰ τελέος,, idem cum διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, id eſt ſemper & perpetuò ſignificat. At cum multi exiſtãt adfectus in quibus per totum malum aluum liquidam eſſe contingit, fieriq́ue nequeat vt curationem habeant vnam, quomodo ſępius eſt demonſtratum, tantum abeſt vt ex dictione quicquam vtiliter diſcatur, vt etiam iacturam facturus ſit, qui ſcriptum curationis modum in affectibus multis iuuare crediderit. Nam vt cætera omittam, cum aluus liquida eſſe poſſit, tũ propter ventris phlegmonem tum propter contabefacientem colliquãtémque febrem, frigidæ potus phlegmonæ maximè contrarius eſt: colliquantibus verò febribus conuenientiſſimus eo quod didiciſti tempore exhibitus.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖς κοιλίη ὑγρὴ καὶ γνώμη τεταραγμένη, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν αὐτέων τὰς κρονίδας ἀφαιρέουσι, καὶ τὰς ῥῖνας σκάλλουσι, καὶ κατὰ βραχὺ μὲν ἀποκρίνονται τὸ ἐρωτώμενον· αὐτοὶ δὲ ἀφ᾽ ἑωυτῶν οὐδὲν λέγουσι κατηρτημένον· δοκέει δ᾽ ὦν μοι τὰ τοιάδε μελαγχολικὰ εἶναι· ἢν δὲ τῶν τοιῶνδε ἐόντων, ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ καὶ σιωπήνη, δοκέει δὲ μοι τὰ ῥοφήματα ψυχρότερα καὶ παχύτερα προσφέρειν, καὶ τὰ πόματα σταλτικὰ καὶ οἰνωδέστερα, ἢ καὶ στυπτικώτερα.

*Quibus per febres aluus liquida eſt, & mens turbata eſt, atque horum multi floccos uellunt, nareſque fodiunt: & parum quidem interrogatis reſpõdent: ſed*

*ex ſe nihil quod cõpoſitum ſit, dicunt: talia his melãcholica eſſe arbitror. his igitur ita habẽtibus ſi uenter liquidus fuerit, & colliquãs, ſorbitiões frigidiores & craßiores exhibendas eſſe puto. potúſque qui ſiſtant, uinoſioréſque uel etiam adſtringentiores.*

Alia quidem ſunt phreniticorum ſymptomata, ſed venter quidem interdum cum phrenitide liquidus efficitur: non tamen id propriè ipſi ineſt: quapropter liquidam aluum diſtinctè curare expedit. Phrenitim verò alia ſeorſum perſequi ſanatione. In ea verò quam author ſcripſit ſanatione nullo pacto animi intentionem ad phrenitidem dirigit, ſed curare eum magis velle arbitror adfectionem quandam ex ventris quidem parte aliqua prodeuntem: ſed caput ita ad condolentiam cõtrahentem, vt ex ventris adfectu deſipiat. Talia autem nõ rectè melancholica eſſe dictum eſt, nempe ea magis à flaua proficiſcuntur bile cohibita aluo.

Ὁκόσοισι δὲ τῶν πυρετῶν δῖνοι τε ἀπ' ἀρχῆς, καὶ σφυγμοὶ κεφαλῆς εἰσὶ καὶ οὖρον λεπτόν, τουτέοισι δεῖ προσδέχεσθαι πρὸς τὰς κρίσιας παροξυνόμενον τὸν πυρετόν, οὐ θαυμάζειν μηδ' ἂν, οὐδ' εἰ παραφρονήσειαν.

*Quibus item febribus uertigines à principio & capitis pulſus ſunt, & urina tenuis, his ad iudicationes uſque febris acceßionem expectare oportet, quòd ſi etiam delirent, nihil mirum.*

Cum caput circumagi videtur, δῖνος .i. vertigo vocatur adfectio. cùm autem & tenebricoſa ſimul fuerit viſio, σκοτήδινος vocatur .i. tenebricoſa vertigo: fit autem ob inordinatam ſpiritus flatuoſi motionem, qui vel in capite localem habet generationẽ, vel ſurſum ex infernis fertur partibus. Omnes autẽ ſpirituum huiuſmodi generationes turbationẽ indicãt: ob quas & cũ ſymptomatis tumultuoſis iudicationes fiũt. Scire etenim oportet affectiones huiuſmodi

iuſmodi medium quodammodo obtinere tum earum quæ periculo vacant, tū pernitioſarū. Conatur ſiquidē caliditas natiua corporis humores tum diſſoluere tū effundere: ſed tenuare exactè ipſos & per inuiſibilia foramina excernere nō poteſt. cum verò perfectè languet, neque ſoluere incipit, atq; ob id ſpiritus flatuoſus non ſummè languēte natiua caliditate ortum habet. Aegrè igitur valere periculo omni vacat: natura ſiquidē morbo ſuperior exiſtit. Verū maximè ægrè valere, lethale eſt: natura enim nō parū à morbo vincitur. Cū autē nō vincitur, prædicta fiūt ſymptomata: atque poſteaquā lāguerit, iudicationes abſoluūtur, aliæ ad ſalutē, aliæ ad mortē. Pulſus autem qui in capite fiunt. i. ſenſibiles arteriarū motiones, caliditatis multæ ſymptomata exiſtūt ob quas ſæpenumero deliria fiūt. Ad hunc itaque modum vniuerſim habentibus quæ dicta ſunt, cum, vbi quis parum valere cœperit ab vrinarū quidem tenuitate cruditas morbi indicetur, caput autem flatuoſo impletū eſſe ſpiritu indicent vertigines cū pulſibus, ſcire oportet naturam haudquaquā quieſcere: ſed interdū contentos in corpore prauos humores, ita aggredi vt à bonis eos ſeparet, atque quouis modo excernat, vel ad eā quæ minus præcipua ſit reiiciat partem. Prædictus igitur ſermo ad antedictorum prænotionem præſenſionémque maximè cōfert. Nēpe interdum ab initio mali, febres quidem moderatę fiūt, ſed ſymptomata huiuſmodi caput infeſtant propter contentorum in corpore ventris humorū vſtionē atq; exhalationē. Sanè capitis ſolius quouis aliter modo habentis caliditatem balneum iuuabit, ptiſanęque cremor pro ſorbitione ſatis erit. Verùm cum ſpiritus calidus flatuoſúſque ob humorum prauitatē ad caput fertur, lauare hos nō confert. Tute igitur ſingula hæc faciēda ſunt. Definitio autē adfectionū vna ſola eſt ex vrinarū cruditate & cōcoctione, quorū author rectè meminit, inquiens: vrina tenuis: quod ſæpius cruditatis ſignum eſſe eſt pronunciatū: quo fit vt nullus ſit medicus qui in morbis huiuſmodi negligentius vrinas contempletur.

Ὅσοισι δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα νεφελοειδέα, ἢ καὶ παχέα, τοὺς τοιούσδε ὑποκαθαίρειν, ἢν καὶ

τ᾽ ἄλλα συμφέρῃ. ὁκόσοισι δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα λεπτὰ, μὴ φαρμάκευε τοὺς τοιούσδε, ἀλλ᾽ ἢν δοκέῃ κλύσαι, τούτους συμφέρει οὕτως θεραπεύεσθαι.

*Quibus principio urinæ & nebuloſæ & craſſæ exiſtunt, hos annuentibus cæteris purgare conuenit. Quòd ſi urinæ inter initia tenues fuerint, tales non purgabis. At ſi uideatur, clyſterem exhibebis. Tales autem ita curare confert.*

Siue his quæ in antedicta oratiõe relata ſunt, hæc cõiungit ſiue non, quod ex ipſis vtile quis habere commune poteſt, quòd ſcilicet corporis purgationem prorſus vitare oporteat cum in humoribus adeſt cruditas, id manifeſtauit, inquiens: Vrinæ tenues, tanquam craſſæ coctionis notas habeant. Iam hoc ipſum ſubſtantiã indicat. Sed verbum hoc nebuloſæ, vrinas ſignificat nebulas habentes. Nempe nigras adieciſſet ſi nos eas audire voluiſſet. Multa ſiquidem nomina communia citra diſtinctionem dicere conſueuerunt, cum id quod in ſignificantiis rerum melius eſt declarare voluerint: ſic ſanè cum iudicationes ad ſalutem fuerint, ſimpliciter dicunt iudicatus eſt: defuncto verò iudicato non ſimpliciter efferunt, ſed hoc totum, iudicatus obiit. Prætereà cum quis excretam bilem ſimpliciter dixerit, pallidam & nõ nigram intelligimus: ſic certe & impræſentiarum vrinas nebuloſas audire, oportet eas quæ albas habent nebulas quæ coctionis notæ exiſtunt. Quoniam igitur cocta medicamento purgat, ob id & nunc ita ſcripſit libri huius author: Tales autem ita curare confert. Nihil autem de ſanguinis miſſione loquutus, ea particularia enarrat ex ordine omnia, non quòd interdum ita habẽtibus ſanguinis miſſione opus non ſit, ſed quòd nũc ſola alia docere velit: nempe de ſanguinis miſſione abundè ſuprà eſt dictum.

Τῷ σώματι ἡσυχίην ἄγοντα, ἀλείφοντά τε καὶ περιστέλλοντα ὁμαλῶς· πρὸς τῷ δὲ χρέεσθαι μελικρήτῳ

λικρήτῳ

λικρήτῳ ὑδαρεῖ, καὶ ῥοφήματι χυλῷ πτισάνης ἐς ἑσπέρην· κοιλίην δ' ὕπαγε κατ' ἀρχὰς κλυσμῷ, φάρμακα δὲ μὴ πρόσαγε τουτέοισιν. ἢν γάρ τι κινήσῃς κατὰ κοιλίην, τὸ οὖρον οὐ πεπαίνεται, ἀλλ' ἄνιδρός τε καὶ ἀκρίτως ὁ πυρετὸς ἐπὶ πλείω χρόνον ἔσται·

*Corpus quieti permittere, ungere & æqualiter cōtegere oportet, mulſamq́; aquoſam bibendam & ptiſanæ cremorem ueſperi ſorbendum dabis. Ventrē ab initio clyſtere duces: ſed medicamenta purgantia his non admouebis. Nempe ſi uentrem moueris, urina non maturabitur, febríſque citra tum ſudorem tum iudicationem in longum protrahetur tempus.*

Sermonem quoque hunc percurrit, ſcopum in eo habens, eam quæ cum moderata calfactione ſit quietē. Cremorem autem ptiſanæ ab initio elargitur, quòd mulſa ad vigorem vſque & iudicationem ſufficere non poſſit. Morbus ſiquidē crudus eſt, & longè abſunt concoctiones. Prę terea mulſam quæ aquoſa ſit adhibet, propterea quòd aquam per ſe & ſolam nihil boni habere demōſtratum ſit. Veſperi autem ptiſanam mauult exhiberi quàm mulſam, nempe cum anteà in legitima libri huius parte didicerimus ptiſanam mulſa poſterius exhibēdam, melius fuit & nunc ita dicere. Mulſam quidem prius, poſteriorem verò ptiſanæ cremorem exhibe. Cum verò veſperi pro poſterius dixerit, particulariorem facit doctrinam & non vniuerſaliorem. Cur autem eos purgare haud velit in quibus ſumma eſt cruditas, cauſam recenſuit epilogiſticam magis quàm analogiſticam, quam dicere ad eū ſpectat qui quod fit ſola citra logicam demonſtrationem experientia nouit. Dogmatici autem viri erat docere quam ob cauſam purgantibus nobis ita habentes non coquatur vrina, febríſque ſine ſudore & iudicatione perſeueret. Perfectius quidem & diligentius alibi hæc omnia ſumus contēplati: ſed impræſentiarum quod præſenti enarrationi conferre

poſſit

poſſit,ſummatim dicemus. Tu ergo animum ad me conuerte. Cùm facultates vt ſcis quatuor ſint, atque inter eas nō minimè valeat alteratrix,per quā diſpenſatis à ſe corporibus natura alimenta adſimilat,coctio nūcupatur nutrituræ ſubſtantię permutatio ſecundum qualitatem exiſtens. Natura igitur adſumpto in ventrem deuoratóque alimēto,à cæteris quidē motionibus ceſſare debet, vt ſoli quod coquendis cibis deputatum ſit operi vacet: ſed auxilio externo aliquopiam indiget ſi aliquādo imbecillior reddita fuerit,quomodo & in ea humorum quæ in venis fit coctione contingit. Quiete quidem indiget ſequentem ante caliditatem: ꝙ calefactus ſit & refrigeratus, vel exiccatus & humectatus ſit,ſingulis horum alio & alio tēpore factis. Ob id igitur qui hæc ſcripſit, hominē curari voluit quieti permiſſum,vnctūque, & æqualiter veſtimētis obuolutum. Nēpe aduerſus vim febris humiditatem eā quæ vnctionibus cōparatur, remediū eſſe putuit: præterea & neque valēter calfacere neque refrigerare,ſed lenire mulceréque:quibus maximè indigent quæ coquuntur & maturantur. Quòd ſi hæc coctioni humorum conferant,purgationes contrariæ exiſtunt: nempe corpus vehementer mouentes frangunt. Tali ſiquidem virtute prædita ſunt omnia quæ purgant medicamenta. hęc eſt ergo cauſa cur purgationes coctionibus aduerſentur. Ad eam autē quæ ſermoni huic continuatur ſeriem pergamus.

Τὰ δὲ ῥοφήματα ὁκόταν τῆς κρίσεως ἐγγὺς ᾖ, μὴ δίδου ἢν θορυβῆται· ὁκόταν δ' ἀνῇ καὶ ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ καὶ πάντων τῶν πυρετῶν τὰς κρίσιας, καὶ ἀφαιρέειν τὰ ῥοφήματα κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν·

*Cùm iudicatio propè fuerit, ſorbitionem ne dederis ſi perturbetur:ſed cùm perturbatio deſierit,atque in melius profectum ſit. Obſeruandæ autem febrium omnium iudicationes, ſorbitionéſque hoc auferendæ tempore.*

Mentem

Mentem Hippocratis hoc etiam in loco ſeruat qui librum hunc ſcripſit. In principio quidem mulſam & ptiſanæ cremorem exhibens, & cum propè eſt iudicatio cremorem tollens.

Μεμαθήκασι δὲ μακροὶ οἱ πυρετοὶ, οἱ δὲ γίγνεσθαι καὶ ἀποστήματα τ ἴσχειν, ἢν μὲν τὰ † κάτω ψυχρὰ ᾖ, περὶ ὦτα καὶ τράχηλον. ἢν δὲ μὴ ψυχρὰ ᾖ, ἀλλὰ ἴσχει μεταβολάς. ῥέει δὲ αἷμα ἐκ ῥινῶν, καὶ κοιλίαι τοῖσι τουτέοισι ἐκταράσσονται. † ἀποσκήμματα.

*Conſueuerunt febres hæ protrahi & abſceſſus habere, ſi quidem infernæ partes frigidæ fuerint, circa aures & collum: ſi uerò frigidæ non fuerint, alias habent mutationes. Nam fluit è naribus ſanguis, & uentres his perturbantur.*

Quibus vrina ob humorum cruditatem tenuis eſt, his iure optimo protrahuntur febres, quæ ante coctionē ſolui nequeunt. Quòd autem tales per abſceſſus iudicentur, ſæpius eſt iam dictum: rarius autem & per excretionē ſolutiones harum fiūt. Vtrum autem in ſuperiore corporis parte vel inferiore abſceſſus generabitur, quæ hîc dicuntur his quæ in prognoſtico ſcripta ſunt concordant.

Ὁκόσοισι δὲ πυρετοὶ ἀσώδεες εἰσί, καὶ ὑποχόνδρια συντείνουσι, καὶ κεκλισμένοι οὐκ ἀνέχονται ἐν τῷ αὐτέῳ, καὶ τὰ ἄκρεα ψύχονται πάντα, πλείστης ἐπιμελείης καὶ φυλακῆς δέονται. διάγειν δὲ τούτοισι προσφέροντας μηδὲν ἄλλο ἢ ὀξύμελι ὑδαρές. ῥόφημα δὲ μὴ πρόσφερε ἕως ἂν λήξῃ, καὶ οὖρον πεπανθῇ.

*Quibus febres graues & implacidæ ſunt, & hypochondria cōtendunt, iacētéſque ægri ſeſe cōtinere eodem in loco nō poſſunt, atque extrema omnia frige-*

*ſcunt,*

*ſcunt, abſolutiſſima tum diligentia tum cuſtodia indigent, eóſque ita degere oportet ut nihil præter oxymeli aquoſum tangant. ſorbitionem autem non dabis donec ſeſe malum remiſerit, & urinæ maturentur.*

Ἀσώδεις febres appellat in quibus ægri ἀσσῶνται, id eſt grauiter adficiuntur atque implacidè habent, difficilè autem ferre conſequitur interdum quidem fortem febrem æſtuoſamque: ſæpius quoque & ſtomachi malitiá. Os autem ventriculi ita me dicentem nunc audi. Incepit ergo à febribus ipſis, ἀσώδεις. i. graues & implacidas inquiés, & hypochődria contendẽtes, deinde ad febrientes pertranſiit. Nam quòd iacentes ſeſe continere non poſſint, de febrientibus eſt dictum: veluti & extrema refrigerãtur. Iacentes autem ſeſe non continere grauiter languentium atque difficulter ferentium implacidorum & inquietorũ eſt nota. Extrema autem frigere magnæ viſcerum phlegmones quæ ex craſſis ſuccis orta ſit: vt anteà demonſtrauimus, cum de ſecunda cauſi ſpecie ageremus. Quòd ſi vehemens frigus fuerit, virtutem valde imbecillam eſſe iam tibi coniectura eſt. Non immerito igitur ita languentes plurima tum cuſtodia tum diligentia indigere ait. Porrigit autem & ipſis non abſq; cauſa oxymeli vtpote craſſos glutinoſóſque ob humores fatigatis. Adiecit autem ſermoni: aquoſum, tanquam contrarium illi quod his exhiberi ſolet in quorum pulmonibus tales continẽtur humores. Acidius enim in illis eſſe oportet quòd propter longam in diſtributione ad adfectam partem delationem de neceſſitate ſoluatur virtus. His verò tale hypochondrio ſtatim incurſat quale epotum eſt. Nullo autem pacto ſorbitionem ita habentibus dare priuſquam morbus ad maturitatem deductus fuerit, indiſtinctè eſt pronuntiatum, ſeruantibus nobis quod edocuit Hippocrates adiiciendũ ſermoni ſi æger ſuffecerit, quod tanquã manifeſtum fortè prætermiſit.

Κατακλίνειν δὲ εἰς ζοφερὰ οἰκήματα, καὶ κατακεκλίσθαι ὡς ἐπὶ μαλθακωτάτοις στρώμασι,

μασι, πλείω χρόνον ἐπὶ τὰ αὐτὰ καρτερέοντα, καὶ ὡς ἥκιστα ῥιπτάζειν· μάλιστα γὰρ τοῦτο τοὺς τοιούσδε ὠφελέει.

*Iacere autem in conclaui obſcuro debent & lecto ualde molli, diúque poſitum eundẽ ſuſtinere, & quàm minimè ſeſe proiicere & iactare. nempe id tales maximè iuuat.*

Nunc decubitum obſcura in domo non tanquam maturatorium auxilium: ſed tãquam difficilis tolerãtiæ quæ ob ἄσην.i. moleſtiam fit, correctorium voluit, gratia cuius & lecti mollis meminit. Tentare autem ſeipſum non proiicere ſed conquieſcere laboranti vtroque modo commodat: tanquam & morbi totius concoctionem iuuans, & virtutem ipſam conſeruans.

Ἐπὶ δὲ τὸ ὑποχόνδριον λίνου σπέρμα ἐγχρίων ἐπιτιθεῖ, φυλασσόμενος ὅκως μὴ φρίξῃ προστιθέμενον, ἔστω δὲ ἀκροχλίαρον ἑφθὸν ὕδατι καὶ ἐλαίῳ.

*Hypochondrium autem lini ſemine illines, cauebiſque ne cum apponitur, horreat: ſit autẽ ſummè tepidum, ex aqua & oleo coctum.*

Mollit lini ſemen, & non manifeſtè calefacit, quibus maximè opus habet phlegmone omnis, & ſanè tactu tale ipſum præparat, quale & ſecũdum virtutem eſt, perquàm tepidum ipſum adhibere præcipiens. Cæterum aquæ & olei mixtura tepidam generat caliditatem, mollitque & mitigat, vtpote moderatam habens facultatem, cuius potiſſimum eſſe debent, vt demonſtrauimus, quæ & maturant & euaporant.

Τεκμαίρεσθαι δὲ ἐκ τῶν οὔρων τὸ μέλλον ἔσεσθαι· ἢν μὲν γὰρ παχύτερα καὶ ὠχρότερα ᾖ, βελτίω· ἢν δὲ λεπτότερα καὶ μελάντερα, πονηρότερα.

*Coniectura autem colligere oportet ex urinis quidnam futurum ſit, nempe craßiores pallidioréſque meliores: tenuiores uerò & nigriores pernitioſæ magis.*

Non quicquid futurum ex vrinis docet: ſed vel ſalutem vel mortem. ſalutẽ indicant craſſiores & pallidiores: craſſiores autem dixit, tenuibus & non naturalibus comparans, vt & pauloante intelligere voluit. Neque enim craſſas neque tenues quę ſecundum naturam habent dixeris, ſi rectè interpretari volueris. Porrò tenues & nigræ deterrimæ ſunt. A tenuibus ſiquidem ſolis morbi cruditas indicatur. Nam quod exactè tenue eſt, id aquoſum eſt: quapropter & album. ſed prænotiones ex vrinis in commentariis prognoſtici dictæ ſunt.

Ἢν δὲ μεταβολὰς ἔχῃ, χρόνον τε σημαίνῃ, καὶ ἀνάγκη τῷ νοσήματι μεταβάλλειν, ἐς ἤδη τὰ χείρω καὶ ἤδη τὰ βελτίω τὴν ἀνωμαλίην.

*Si autem mutationes habent, tempus indicant, morbúſque de neceßitate modo ad peius, modo ad melius permutat inæqualitatem.*

Nempe ſi id & in laborantibus obſeruaueris, verè hominem ex vrinarum varietate in longius decidere tempus reperies, atque medias incurrere permutationes. Plures nanque ſignificantur adfectiones quæ non eadem egent curatione, neque æqualem habent ſolutionis præfinitionem.

Τοὺς δὲ ἀκαταστάτους τῶν πυρετῶν, ἐᾶν μέχρις ἂν στῶσιν· ὁκόταν δὲ στῶσιν, ἀπαντῆσαι διαίτῃ καὶ θεραπείῃ τῇ προσηκούσῃ κατὰ φύσιν θεωρέων.

*Inconſtantes febres donec conſtent ſinere oportet: ubi autem conſtiterint, uictu & curatione conueniente pugnabis, quod naturale eſt contemplatus.*

Febres ἀκαταστάτους, id eſt, inconſtantes dixit, in quibus nihil

nihil eſt καθεστηκὸς, quod ſignificat βέβαιον, id eſt certum. ſunt autem certa, quæ in periodis apparent vriniſque, atque adhuc in exquiſitis febrium formis. Periodi itaque principium non oſtendunt primis diebus: vrinæ verò ſuperueniunt aliàs aliæ: & ſępenumero ter quatérque inter diu & noctu meiere contingit, diſſimileſque inter ſe apparent vrinæ. Formam ergo talis febris inconſtantem eſſe ait, quod idem eſt perinde atque diceres: non exactè formam vnam ſeruantem. Expoſui tibi exactas febrium formas & in commentariis de febrium differentiis, & in ſecundo iudicationum libro. In huiuſmodi itaque febribus non in principio victu vti præcipit: ſed ſinere donec qualíſnam ſit febris cognoſcamus, & tunc victus formam præfinire.

Εἰσὶ δὲ ὄψιες πολλαὶ τῶν καμνόντων.

*Sunt autem facies ægrotantium multæ.*

ὄψιας, id eſt facies dixit, quaſi differentias vel modos vel formas: ægrotantium verò, pro his qui ægrotantibus fiunt morbis. Nempe ſæpius eſt demonſtratum eam eſſe antiquis omnibus conſuetudinem, vt à pathematis ad patientes, & à patientibus ad pathemata transferant appellationes: quaſi febrium vel febrientium differentias dicere nihil referat, ſic & pleuriticorum vel ſynanchicorum, aut pleuritidis vel ſynanches. Facies ergo dixit laborantium quoniam eos oculis contemplantes, differentias reperimus.

Διὸ προσεκτέον τῷ ἰωμένῳ, ὅκως μὴ διαλήσεται τις τῶν προφάσιων.

*Quo fit ut animaduertere debeat medicus, ne quã piam manifeſtarum cauſarum ignoret.*

Quòd προφάσεις cauſas manifeſtas appellet didicimus, & ſanè nunc eam de his appellationem ferre conſtat. Infert igitur.

Μήτε τῶν κατὰ λογισμὸν, μήτε ὁκόσα εἰς ἀριθμὸν ἄρτιον ἢ περισσὸν δεῖ φανῆναι.

*Neque eas quæ ad ratiocinationem ſpectant,*

*neque*

*neque quæ in numerum parem uel imparem apparere oportet.*

Quaſi cauſarum alias quidem manifeſtas abſque ratione artificioſa cognoſcant omnes, alias verò ſoli qui ratione artificioſa vtuntur. His quoque & attendendum ait quas in numerum parem vel imparem apparere oportet.

Μάλιστα μὲν οὖν δεῖ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν εὐλαβέεσθαι, ὡς αὗται αἱ ἡμέραι ἑτεροῤῥεπέας ποιοῦσι τοὺς κάμνοντας.

*Maximè uerò numerus impar eſt obſeruandus, nẽpe hi dies in hanc uel in illam declinantes partem ægros reddunt.*

Dies impares multa pollere virtute non ſimpliciter, ſed in acutis morbis eſt intelligendum, quòd inſignes in vtranque tum ſalutem tum mortem mutationes efficiāt. id enim ſignificat vocabulū ἑτεροῤῥεπέας, id eſt huc vel illuc declinantes dixit. In acutis quidem hi ſunt: tertius, quintus, ſeptimus, nonus, vndecimus, decimuſquartus. In longis ſexageſimus, & octogeſimus. Medij horum ſunt vigeſimus, trigeſimusquartus, & quadrageſimus. Impares autem & hi.

Φυλάττεσθαι οὖν δεῖ τὴν πρώτην ἡμέραν ᾗ ἤρκται ἀσθενέειν ὁ κάμνων, ἰδόντα τὴν ἀρχὴν ἐξ ὅτου καὶ ὅτε. ἡγέεται γὰρ τοῦτο τὸ πρῶτον εἰδῆσαι. ὁκόταν δὲ ἔρῃ αὐτὸν καὶ διασκέψῃ πάντα, πρῶτον μὲν κεφαλὴν ὅπως ἔχει, εἰ ἀνάλγητος καὶ μὴ βάρος ἔχει ἐν ἑωυτῇ, ἔπειτα ὑποχόνδρια καὶ τὰ πλευρὰ, εἰ ἀνάλγητα. ὑποχόνδριον μὲν γὰρ εἰ ἐπίπονόν ἐστιν, ἢ ἐπηρμένον, ἢ ἔχει τινὰ σκολιότητα ἢ κόρον, ἢ πλευροῦ ἀλγηδὼν ἐνείη, καὶ ἅμα τῷ ἀλγήματι ἢ βηχίον, ἢ στρόφος, ἢ πόνος κοιλίης. ὁκόταν δέ τι τούτων παρεῖ ἐν ὑποχονδρίῳ,

δρίῳ, μάλιστα λύειν τὴν κοιλίην κλυσμοῖσι πινέτω δὲ μελίκρητον θερμὸν ἀφηψημένον. καταμανθάνειν δὲ καὶ ἐν τῇσιν ἐξαναστάσεσιν, εἰ λειποθυμέει, καὶ εἰ τοῦ πνεύματος εὐφορίην αὐτὸν ἔχει. ἰδὼν δὲ διαχώρησιν μή τι μέλαν ἰσχυρῶς διεχώρησεν χρῶμα, ἢ καθαρὸν, ὁκοῖα ὑγιαίνοντος ἂν εἴη διαχωρήματα. καὶ ὁ πυρετὸς εἰς τὴν τρίτην ἐπιπαροξυνόμενος. κατιδὼν δὲ εὖ μάλα περιούς δὲ ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι τριταίους, πρὸς ταῦτα ἤδη καὶ τὰ ἄλλα συνορῆν, καὶ ἢν ἡ τετάρτη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ὅμοιον ἔχει τι τῶν αὐτῶν τούτων, κινδυνώδης ὁ κάμνων γίγνεται. τὰ δὲ σημεῖα, ἡ μὲν μελαίνη διαχώρησις, θάνατον σημαίνει. ἡ δὲ ὁμοίη τῷ ὑγιαίνοντι, ὁκόταν ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας φαίνηται, σωτήριον.

*Obſeruare autem oportet primum diem quo æger parum ualere cœpit, principiumq́; unde & quando inſpicere. exiſtimatur ſiquidem id ut ſciatur præcipuum: cùm autem ægrum interrogaueris, atque omnia fueris contemplatus, primum quidem quónam caput habet modo, ſi dolore careat, nihilque graue in ſe habeat: deinde ſi hypochondria latúſque dolore infeſtentur, ſi uidelicet hypochondrium laboret, uel attollatur, uel obliquitatem habeat uel ſatietatem, aut latus doleat, ſimúlque cum dolore tuſſicula fuerit, uel tormina dolorq́; uentris: cum inquam horum quippiã hypochondrio aderit, potiſſimũ clyſmis uentrem ſoluere oportet: bibat autẽ mulſam calidã coctamq́;. Ad*

 hæc

*hæc perdiſcendũ ſi cùm exurgit, animi deliquio corripiatur, & ſi facilè ſpiret. Inſpiciendũ quoq; utrúmne deiectio nigra admodũ colore fuerit, uel ſincera, qualis ſanorũ exiſtit: & ſi febris tertio exacerbet die. Nẽpe in huiuſmodi morbis tertianæ exacerbationes exactè ſunt conſiderandæ. Conſpiciẽda præterea et alia, & ſi quarta dies tertiæ quippiam horum ipſorum ſimile attulerit. Quantum autem ad ſigna attinet, nigra deiectio mortem indicat: quæ uerò ſanæ ſimilis, cùm omni die apparuerit, ſalutem.*

Obſeruandam in primis ait, primam eſſe diem in qua morbi cauſam cognoſci iubet. Nempe hæc oratio ἐξ ὅτου καὶ ὅτε, id eſt vnde & quando quíſnam ſit morbus indicat. Interrogari autẽ præcipit in primis quidem quónam modo habet caput, mox hypochondria, deinde latus. Hypochondria quidem, ſi dolor quiſpiam adficiat, vel attollantur, vel quandã habeãt σκολιότητα, id eſt, ἀνωμαλίαν, id eſt obliquitatẽ ſiue inæqualitatem, quod in prognoſtico hac dictum eſt oratione: ſi inæqualiter adfecta ſunt, dextra ac ſiniſtra parte, vel ſi κόρον habent inquit, quod ciborum repletionem eſſe arbitror. Interrogari quoque & alia quę in dictione habentur iubet. Deinde hypochondriis ita adfectis ſoluere aluum clyſteribus præcipit, mulſamq́ue bibere calidam & coctam. ſed indiſtinctè hæc locutus deinceps ſcribit: Adhæc perdiſcẽdum ſi cùm exurgit, animi deliquio corripiatur, & ſi inquit, facilè ſpiret, quod animi deliquio correpto opponitur. Conſpiciendam præterea iubet deiectionem vtrúmne nigra ſit vel ſincera inculpatáque qualis in ſanis eſſe videtur, veluti & ſi febris tertio exacerbet die. Et ſi his ita habentibus quarta dies tertiæ quippiã ſimile in acceſſione attulerit, periculoſam eã eſſe aſſeuerans. Nempe quartã diẽ quæ ſeptimę index eſt rem nouã ædere ex grauibus eſt notis. Rei autẽ nouæ æditio deſignatióq; patet omnibus. Nã ſi prima die & tertia fiat acceſſio & ſecũda haudquaquam facta fuerit, quòd quinta acceſſionem habitura ſit par eſt, & nõ quarta. quapropter

pter ſi quarta habuerit, mali cuiuſpiã alterius generationem demonſtrat. ſi autem & nigra deiecerit, mors indicatur futura. Tu autem multa ex dictis prætermittens memoriã rei huius habe. Nam ſi prima & tertia die proportionalem attulerit acceſſionem febris, atq; nouiter quidem quarta paroxyſmum fecerit, & æger nigra deiecerit, ſignum eſt lethale. Quòd ſi diebus omnibus ſanis ſimilia deiecerit, ſalutem ægro ſpera.

ὁκόταν δὲ μὴ ὑπακούῃ τῇ βαλάνῳ, ἐνῇ δὲ τοῦ πνεύματος εὐφορίη, διαναστὰς ἐπὶ τὸν θρόνον, ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ, ἢ ἀψυχίη ἐνῇ· ταῦτα δὲ ὁκόταν προσῇ τῷ κάμνοντι, ἢ τῇ καμνούσῃ κατ' ἀρχὰς, παραφροσύνην προσδέχου ἐσομένην·

*Cùm autem uenter glandi non obedierit, ſpiritúſque tum placidus tum quietus fuerit, ſurgensq; æger ad ſedem uel dum in lecto eſt animæ defectu corripiatur: ſi hæc uel ægro uel ægræ inter initia adfuerint, delirium fore expecta.*

Confuſa eſt dictionis huius intelligentia. Nempe vbi glans nihil profecerit, ęgerque tum placidus tum quietus eſſe videtur, ſi vtique & cùm exurgit defectu animæ corripitur, delirium expectandum perperam dictum eſſe mihi videtur, cum rei huic neq; experientia, neque ratio patrocinentur. quanquã aliquando tale quippiam fiat. Prænotiones autem non eorum ſunt quæ raró accidunt, ſed eorum quæ ſemper vel magna ex parte.

Προσέχειν δὲ χρὴ καὶ τῇσι χερσίν· ἢν γὰρ τρομεραὶ ἔωσι, προσδέχου τῷ τοιῷδε ἀπόσταξιν αἵματος διὰ ῥινῶν ἐσομένην·

*Manus quoque contemplari oportet. Nam ſi tremulæ fuerint, huic deſtillationem ſanguinis per nares futuram expecta.*

Sermo quoq; hic neq; quod perpetuum eſt, neq; quod magna ex parte fit, ſed quod raró accidit docet.

Ὁρῆν δὲ χρὴ αὐτοὺς τοὺς μυκτῆρας, ἢν ὁμοίως τὸ πνεῦμα δι᾽ ἀμφοτέρων ἕλκηται, καὶ ἢν πολὺ φέρηται ἐκ τῶν μυκτήρων, φιλέει γίνεσθαι σπασμός· ἢν δὲ σπασμὸς γένηται, τῷ τοιῷδε θάνατος προσδόκιμος· καὶ καλῶς ἔχει προλέγειν.

*Nares quoque inſpiciendæ. nam ſi per utranq; ſpiritus æqualiter trahatur, & ſi multus ex ipſis feratur, cõuulſio fieri conſueuit: quæ ſi fiat, magna in ſpe mors eſt, quam prædicere pulchrum fuerit.*

Cùm tremunt manus, nempe ita dicere expedit, ſi ſpiritus multus per vtranque narem feratur, conuulſionẽ fieri ait. cõſueuit autem ita appellare ſpaſmoſam affectionem, quæ in muſculis naris pinnas mouentibus fit.

Ἢν δὲ ἐν πυρετῷ χειμερινῷ ἡ γλῶσσα τρηχείη γένηται, καὶ ἀψυχίαι ἐνέωσι, φιλέει τῷ τοιῷδε καὶ ἐπάνεσις εἶναι τοῦ πυρετοῦ, ἀλλ᾽ ὅμως τὸν τοιόνδε παραφυλάσσειν τῇ λιμοκτονίῃ, καὶ ὑδροποσίῃ, καὶ μελικρήτου πόσει καὶ χυλοῖσι παραφύλασσε, μηδὲ πιστεύων τῇ ἀνέσει τῶν πυρετῶν, ὡς οἱ τὰ τοιάδε ἔχοντες σημεῖα, ἐπικίνδυνοί εἰσι θνήσκειν· ὁκόταν δὲ ταῦτα συνειδῇς, οὕτω προλέγειν ἤν σοι ἀρέσκῃ, θεωρήσας εὖ μάλα.

*Si in febre hyemali lingua aſpera reddatur, præbẽdantq; animæ defectiones, huic etſi febris remiſſio eſſe cõſueuit, tamẽ hunc in perfecta abſtinẽtia ſeruare oportet, et aquæ mulſæq; potione, & ptiſanæ cremore: neq; febris remiſſiõi eſt fidẽdũ, ꝙ qui talia habẽt ſigna mortis in periculo uerſantur. Cũ aũt hæc noueris, optimeq; contemplatus fueris, ita prædicere placeat tibi.*

Febrem

Febrem hyemalem quidam ſimpliciter intelligunt quę hyeme fit, alij eam quæ hyemi natura peculiaris ſit. fuerit autẽ talis ex pituita, quemadmodũ æſtiua ex bile. ſi itaq; inquit ex tali febre lingua aſpera fiat, & animi defectus, eã periculoſam eſſe eſt fatendum. atq; ob eam rem febrium remiſſionibus nõ eſt fidendum, vbi cum ſymptomatis vel ſignis prauis ſunt, vt nunc cum animi deliquio & linguæ aſperitate. Non itaque inquit negligenter rege ægros, ſed tum aquam tum melicratum tum ſuccum ptiſanæ ſorbendũ dato. ſed ſanè hæc pugnare videntur aduerſus id quod in perfecta abſtinẽtia ſeruandos dixerit. Nempe λιμοκτονία maximè quidem perfectam indicat ἀσιτίαν, id eſt abſtinentiam. ſi verò non ſaltem eam quæ ex potibus ſolis fit dięta, ſic & melicratum & ptiſanæ cremorẽ dari permiſit. Videtur autẽ mihi ob id dicere ipſos in abſtinentia ſeruandos, ꝙ qui remiſſiones huiuſmodi quietiſſimas habent, longo ita tẽpore in his morentur protrahantque, vt falſi circunuentiq; nonnulli validiorẽ miniſtrauerint alimoniam, & potiſſimum ob animi deliquium. quo fit vt ad victũ hunc is qui per mulſam atq; ptiſanæ cremorẽ multis fit diebus rectè dictus ſit λιμοκτονία, id eſt inedia.

Ὁκόταν δ᾽ ἐν πυρετοῖσι φοβερόν τι γένηται πεμπταίοις ἐοῦσιν, ἢ κοιλίη ἐξαίφνης ὑγρὰ διαχωρήσῃ, καὶ ἀψυχίη γένηται, ἢ ἀφωνίη ἐπιλάβῃ, ἢ σπασμώδης γένηται, ἢ λυγμώδης, ἐπὶ τούτοισιν ἀσώδης φιλέει γίνεσθαι. καὶ περὶ τὸ ὑπορίνιον καὶ μέτωπον ἱδρῶτες καὶ αὐχένα, ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς. οἱ δὲ ταῦτα πάσχοντες, θνήξουσι πνευματωθέντες οὐκ ἐς μακράν.

*Cùm autem in febribus quinta die terrificum quippiam fuerit, uel uenter repente liquida deiecerit, & animæ defectus præhenderit, uel uocis priuatio, uel conuellatur æger, uel ſingultiat, ex his moleſtè affici conſueuit, ſudoréſque circa tum muſtacem tum*

*frontē, tum ceruicē poſt caput eſſe conſueuerunt. qui autē hæc patiuntur, ſpirituoſi pòſt paulò morientur.*

Ex his quæ per obſeruationē empiricè à medicis ſcripta ſunt, quędam talia exiſtunt, id eſt ex ſemel aut bis conſpectis, modi vniuerſalis enunciationem habent, quòd ſæpius in eiſdem & ſimiliter videri potuerunt. Tale autem quippiam & hoc eſt quod nunc dicitur. Nempe contemplatus ægrum quendam quinto die liquida quædam deieciſſe, atque animæ defectu præhenſum vocéque priuatum: alium verò conuulſum, & poſt hoc vel ambos, vel alterum faſtidioſum grauiterque adfectum, parteſque tum faciei tum colli reſudantes, deinde obiiſſe, hæc ſcripſit, quòd ſignorum empiricorum concurſum exiſtimaret. Sed hæc poſſunt & ſtomachicam prægredi ſyncopen: fieríque valent & propter copiam oppreſſa virtute, vel ea ipſa alio languente modo. Vnumquodque ſiquidem eorum quę dicta ſunt per ſe malum eſt, non ſolum non conuenientia omnia. Nempe ex repétinis deiectionibus linqui animo periculoſum exiſtit. veluti & voce priuari & grauiter habere. neq; partes tum faciei tũ capitis duntaxat ſudare eſt bonũ. vt itaq; hæc multa & praua ſymptomata exiſtunt, ita & alia quæ in prognoſtico ſcripta ſunt, potéſtque quiſpiam hæc inter ſe connectens videri nouũ quippiam docere. quòd ſi & dictionem obſcuram ſermoni miſcuerit veluti ænigma, vulgo quidem & ex hoc ſapientior eſſe videbitur. Admiratur ſiquidem vulgus quæ non intelligit. viro autem qui ſuperuenientia à pathognomonica ſyndrome diſcernere nouit, ſermo varius quídē ſed inutilis depręhendetur. Nempe pathognomonica ſyndrome, id eſt ſymptomatum morbum indicantium concurſus morbi ſpeciem demonſtrat. ſuperuenientia verò ſymptomata manſuetudinem & malitiam ipſius. eúmque qui ſingulorum horum ſymptomatum vires didicit, quæ apparent tum æſtimare tũ inter ſe comparare oportet. & ſi quidem tum fortiora tum plura videantur bonis praua, hominē in periculo eſſe eſt ſciendum. Verùm ſi bona malis & fortiora & plura fuerint, de ægro bene ſperandum. quod te facere iubet & ipſe Hippocrates. Nēpe in

prognoſtico

prognoſtico ſingulorum tum ſymptomatum tum ſignorum uires particulatim docuit. atq; circa libri finem ita ait: Oportet autẽ eum qui rectè ſit tum conualituros tum morituros prędicturus, pręterea & in quibus morbus pluribus diebus, & in quibus paucioribus permãſurus ſit, ſigna omnia perdiſcere, atq; æſtimatis eorum inter ſe viribus vt ſcriptum eſt ferre ſententiam. ſignorum autem vires æſtimari præcipit, atq; ex ipſis prænoſcere quidnam futurũ ſit. Vbi ergo bona malis permixta fuerint, viribus quodammodo paria æquáq;, exercitato quidem eſt opus viro qui in operibus ipſa ſæpius fuerit contemplatus. vbi verò omnia vel mala vt nunc fuerint, vel bona, cuiuis patet quod futurũ ſit. Cùm enim deiiciente aluo linqui anima ſignũ per ſe malum ſit, pari modo & malum vocis priuatio, ſi præter hæc æger conuulſione laboret, vel ſingultiat vel grauiter habeat, manifeſtius indicabitur periculũ. ſi verò & aliud quoppiam prauum ipſum ſignum ſuperueniat, veluti circa ceruicem faciemque ſudores, atque adhuc magis quæ ab ipſo libri authore dicũtur, nullo bono ſigno malis mixto, quòd quidem talis de neceſſitate morietur ex malorum ſignorum aceruatione eſt manifeſtum. Quòd & πνευματώδης ται, id eſt ſpirituoſus reddetur, in fine dictionis huius eſt tãquam ænigma adiectum, ceu quippiam eorum quæ de neceſſitate fore non reclamant, quicquid ſignificet ſiue ſpirituum, id eſt flatuũ ventris copiam, quibus venter totus inflari poſſit, ſiue magnã & frequentẽ reſpirationem. quam haudquaquam bonam eſſe his quas cõcomitatur adfectionibus didicimus. veluti & flatus vẽtris copiam. quapropter veſtiganda alia ſigna non ſunt his de neceſſitate antegredientibus. ex his enim nondum vt ex nonnullis quæ caſu eueniunt futurorũ ſecura quædam fit prænotio.

*ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ σκέλεα γίγνεται φυματώδεα, καὶ ἐγχρονιζόμενα μὴ ἐκπεπαίνεται ἐόντων ἐν πυρετοῖσιν, καὶ προσπέσοι πνιγμὸς ἐν φάρυγγι, ἰσχνῶν ἐόντων τῶν περὶ φάρυγγα, καὶ μηδὲ πεπαίνηται, ἀλλὰ σβεσθῇ,*

φιλέει τῷ τοιῷδε αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥέειν, κἢν μὲν πολὺ ῥυῇ, λύσιν σημαίνει τῆς νούσου, ἢν δὲ μὴ, μακρήν. ὁκόσον δ' ἂν ἔλασσον ῥυῇ, τοσῷδε χεῖρον καὶ μῆκος. εἰ δὲ τ' ἄλλα ῥήϊστα γένηται, προσδέχεσθαι τῷ τοιῷδε, ἐς πόδας ἀλγήματα. ἢν δ' ἅπτηται τοῦ ποδὸς καὶ ἐπώδυνος γενόμενος παραμένει, περιφλεγὴς γενόμενος καὶ μὴ λυθῇ, κατὰ σμικρὸν ἥξει καὶ ἐς αὐχένα ἀλγήματα, καὶ ἐς κληῖδα καὶ ἐς ὦμον καὶ ἐς στῆθος καὶ ἐς ἄρθρον. καὶ τούτῳ δεήσει φυματῶδες γενέσθαι. σβεννυμένων δὲ τούτων, ἢν αἱ χεῖρες ἐφέλκωνται, ἢ ξομβραὶ γίνωνται, σπασμὸς τὸν τοιόνδε ἐπιλαμβάνει καὶ παραφροσύνη. ἀτὰρ καὶ φλυζάκια ἐπὶ τὴν ὀφρύν. καὶ ἐρυθήματα ἴσχει. καὶ βλέφαρον τὸ ἕτερον παρὰ τὸ ἕτερον παραβλαστάνει, καὶ σκληρὴ φλεγμονὴ κατέχει. καὶ οἰδέει ἰσχυρῶς ὁ ὀφθαλμός. καὶ παραφροσύνη μέγα ἐπιδιδοῖ. αἱ δὲ νύκτες μᾶλλον ἐπισημαίνουσιν, ἢ αἱ ἡμέραι, τὰ περὶ τὴν παραφροσύνην. τὰ δὲ σημεῖα μάλιστα γίνεται πολλὰ ἐπὶ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν, ἢ ἐπὶ τὸν ἄρτιον. ὁκοτέρῳ δ' ἂν τούτων τῶν ἀριθμῶν γίνηται, ὀλέθριοι ἐπιγίνονται.

*Quibus per febres crura phymatoſa fiunt, & tractu tẽporis manente etiámnum febre nõ maturuerint, faucibusq; haudquaquã tumentibus irrepſerit ſuffoca tio, nõ maturuerint inquam ſed extincta ſint, iis ſan-*

*guis*

*guis è naribus fluere conſueuit. qui ſi multus fluxerit, morbi ſolutionem portendit: ſi nõ multus, morbi prolixitatem. quò autem minus fluxerit, eò deterius & prolixius erit malum. ſi uerò & alia facillima fuerint, pedum dolores huic ſunt expectandi: qui ſi pedem attigerint, & cum dolore pes permaneat inflammetúrque & non ſoluatur, pòſt paulò ad ceruicem dolores peruenient, clauiculámque & humerum, & pectus articulúmque. atque huic phymatoſum eſſe opus erit. his autem extinctis ſi manus uel contrahantur, uel tremulæ fiant, conuulſio hunc præhendit & deſipientia. ſuperciliis oriuntur phlyctænæ, ruboréſq; habent, atque ex palpebris altera ad alteram germinat, dura præhendit phlegmone, intumeſcit ualde oculus, & deliriũ ualde creſcit intẽditúrque, noctesq́; magis quàm dies deſipientiã ſignificant. ſigna uerò maximè fiunt multa in numero impari, uel pari. ſed utro libet horum numerorum fiant, pernitioſa ſuperueniunt.*

Qui librum hunc cõfecit, is hæc omnia quæ dicta ſunt deinceps inter ſe contemplatus vniuerſalem quendam ex obſeruatione particulari ſermonem temere mihi feciſſe videtur. melius ſiquidem erat, ſi quo Hippocrates modo in epidemiis morbis ſcribere conſueuit, is ita feciſſet. prefatus quidẽ ab initio patientis nomen, deinde dies in quibus ſingula facta ſint, narratione aſſecutus, vt & in ipſis quæ nunc dicta ſunt ſymptomatis facere potuit. Nempe in cuiuſpiam cruribus orta ſint tubercula, eaque non recipiant maturitatem, febriat quoque is & ſuffocationem incurrens ab his liber ſit tuberculis, exiſtimabit profecto quis ſurſum factam humorum qui crus infeſtabant tranſmutationem, quæ in horum tranſitu ſuffocationem homini peperit. ſi itaque talis vt inquit Hippocrates euaſurus

ſurus eſt, profluere per nares ſanguis poterit: qui ſi multus fuerit, morbum ſoluit: ſi non, protrahetur morbus, & ſi reliqua bene fiãt, ſuccedantque, rurſum ad pedes decumbere huic dolor poterit. quod ita factum eſſe ſtatuatur, veluti ex his hominem πυριφλεγῆ factum eſſe, quod caliditatem multam circa pedem ſignificare conſueuit, vel febrem multam igneamque & flagrantem: & ſi poſt hæc non ſoluta fuerint ſymptomata, reuerſa iterum ad ſuperiores partes humorum copia, dolores pariet in collo, clauicula, humero & pectore. vt autem huic omnia hæc abſque ratione contigerunt, hoc ſiquidem fuit extincta eſſe, ita manus tremulas factas eſſe ſtatuatur, deinde neruorum diſtentionem (quòd ad neruoſas partes decubuerit humorum copia, principiumque ipſorum præhenderit, vnde inſania) ſubſequutam eſſe. Contemplatus igitur author quendam ex his qui ita adfecti ſunt, phlyctænas in ſuperciliis habentem, nempe id ſignificant φλυξάκια, omnibus ita habentibus futurum ſymptoma hoc temere pronunciauit. Idemque de his quæ continuata ſerie ſcripta ſunt, ſermo exiſtit. Nempe quod vni ita adfectorum, vel duobus factum eſt, id ad omnes extendens ait, & ipſos rubores habere, & ex palpebris alteram ad alteram germinare, duram quoque fieri phlegmonem, & vehementer tumere oculos. quorum cætera quidem cuiuis patent: ſed ex palpebris alteram ad alteram germinare eſt ambiguum, vtrúmne ſignificare voluerit quandam & parte earum exurgentem conſertionem, vel carnoſam quandam germinationem, ab altera quidem enaſcentem, ſed ad alteram ſeſe extendentem. ſi verò inuentionis rei ipſius vtile quippiam temere fuiſſet, de ipſa amplius fuſiusque fuiſſem perſcrutatus.

Τοὺς τοιούτους δὲ, ἢν μὲν ἐξ ἀρχῆς φαρμακεύειν προαιρῇ πρὸ τῶν ε΄. ἢν βορβορύζῃ ἡ κοιλίη, ἢν δὲ μὴ, ἐᾷν ἀφαρμακεύτους εἶναι. ἢν δὲ διαβορβορύζῃ, καὶ τὰ ὑποχωρήματα χολώδεα ᾖ, σκαμμωνίῃ ὑποκάθαιρε μετρίως.

τῇ δὲ

τῇ δὲ ἄλλῃ θεραπείῃ ὡς ἐλάχιστα προσφέρειν, ποτὰ καὶ ῥοφήματα, ἵνα βελτιόνως ἔχῃ, ἢν μὴ ὑπερβῶσι τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐπανέντες.

*Hoc ſi ab initio purgare uolueris, id ante diem quintum facito ubi uenter murmurauerit: ſi non, à medicamentis abſtineto. ſi uerò murmurauerit, fuerintq́; excrementa biliosa, ſcammonia mediocriter purgato. quantũ uerò ad aliam pertinet curationem, quàm minimè exhibebis tum potus tum ſorbitiones, ut melius æger habeat, niſi decimumquartum fuerit egreſſus.*

Sanationem prædictæ concurſionis ſcribit quam nominatim perſtringere mihi vt dixi non placet, nihîlque ſanatio habet commune præter ea quæ ſæpius antè ſunt dicta. Ait ſiquidem conſiderandam aluum, quam per murmuratioñe cognitam purgandam eſſe pręcipit. & ſi biliosa deorſum repant, ſcammoniã biliosa expurganté exhibet. Quod verò ad reliquũ ſanationis attinet, ſorbitiones perquam exiguas miniſtrari præcipit, quouſq; decimumquartum pertráſierint diem. qua oratione morbum ante decimumquartum diem coqui non poſſe ſignificatur.

ὁκόταν πυρέσσοντι τεσσαρεσκαιδεκαταίῳ ἐόντι ἀφωνίη προσγένηται, οὐ φιλέει λύσις ταχείη, οὐδ' ἀπαλλαγὴ τοῦ νοσήματος γίγνεσθαι, ἀλλὰ χρόνον τῷ τοιῷδε σημαίνει. ὁκόταν δὲ φανῇ ὧδε τῇ ἡμέρῃ ταύτῃ, μακρότερον συμπίπτει.

*Cùm febricitanti decimoquarto die uox intercepta fuerit, tantum abeſt ut morbus celeriter tum ſolui tum diſcedere conſueuerit, ut etiam diuturnitas ipſi indicetur.*

*indicetur. Cùm ergo in eo die apparuerit uocis interceptio, morbus protrahitur.*

Dictio hæc his ſuperfluit qui mala ſymptomata maiori prædita eſſe facultate didicerunt, cùm in diebus iudicatoriis apparent. Nempe qui librum hunc ſcripſit, nunc in re vna quæ decimoquarto diei eſt particularis, hoc eſt vſus vniuerſali. nempe vt diebus iudicatoriis cæteris, ſic & decimoquarto, ſi malum aliquod ſymptoma apparuerit, id maiorem habet efficaciam. Adnotare autem oportet quod futurum eſt neque ſimpliciter, neque vt res tulerit, ſed cum definitione. Nam ſi ex ſignis bonis quæ maiorẽ habent efficaciam ægro adfuerint, longiori tempore ſeruari æger poterit. At ſi nullum tale fuerit, morietur, nequeunte morbi cõcoctioni ſatisfacere virtute. Qui igitur hæc ſcripſit, prolixiorẽ omnino fore morbum malè pronũciauit. nempe & citò mori poteſt cui vox decimoquarto die intercepta eſt, ſi cum ſæuis aliis notis factum fuerit hoc ſymptoma.

ὁκόταν δὲ πυρέσσοντι τεταρταίῳ γλῶσσα ἐκτεταραγμένα διαλέγεται, καὶ ἡ κοιλίη χολώδεα ἀποχωρέῃ ὑγρά, φιλέῃ παραληρεῖν ὁ τοιόσδε, ἀλλὰ χρὴ παραφυλάσσειν παρεπόμενον τοῖς ἀποβαίνουσι.

*Cũ febrientis lingua quarto die turbata loquitur, uẽtérq; liquida biliosa deiicit, talis delirare cõſueuit. ſed obſeruare oportet quod euenientibus ſuccedit.*

Id quòq; & in alio quodam die apparet. Verùm ſi quarto apparuerit primũ, periculoſiorem ſeptimum fore demonſtrat, id eſt quæ illo die futura ſunt.

Θερινῆς καὶ μετοπωρινῆς ὥρης ἐπὶ τῶν ὀξέων, αἵματος ἀπόσταξις ἐξαπίνης, συντονίην καὶ πολλὴν φλεγμασίην κατὰ τὰς φλέβας δηλοῖ, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίην λεπτῶν οὔρων ἐπιφάσιας

φάσιας. καὶ ἢν ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ, καὶ τὸ σῶμα ἐν γυμνασίῳ, ἢ εὐσαρκώσιος ἔχει ἢ μελαγχολικὸς, ἢ ἐκ πόσιος χεῖρες τρομεραὶ, καλῶς ἔχει παραφροσύνην προειπεῖν, ἢ σπασμόν.

*In acutis morbis quæ æſtate & autumno fit repentina ſanguinis deſtillatio, robur multámque in uenis inflãmationẽ ſignificat: itémque quòd poſtero die urina tenuis apparebit. & ſi æger ætate floruerit, fueritque corpore bene carnoſo uel melancholico, uel ex potatione manus tremulæ fuerint, delirium uel conuulſionem prædicere bene habet.*

Dictio quoque hæc ſymptomatum multorum quæ nõ in ægro cum coeunt conueniuntque implicationem permiſtionemque habet. quo fit vt & inutilia ſint quæ ad hunc ſcribuntur modum, cùm doctrina ab vniuerſalibus recipiat commoditatem. quo Hippocrates modo facere conſueuit. dictum autem eſt vniuerſalium quædam perpetuam habere virtutem vſumque, alia verò vt plurimum. Quòd ſi anceps quippiam vel rarum fuerit, id ad doctrinam inutile cenſetur. Quæ igitur recenſuit, particulatim contemplemur. atque ante omnia quod primo eſt dictum: in acutis morbis quæ æſtate & autumno fit repentina ſanguinis deſtillatio, robur & multam in venis inflammationem ſignificat. Melius ſiquidem erat pronunciare, quòd robur venas curatione egere indicaret. nouimus enim quòd ſanguinis è naribus ſtillationes malum quippiã ſemper eſſe ait, propterea quòd natura quidem concupiat quod ſuperfluũ eſt excernere, ſed ob propriam imbecillitatem nequeat, vel ſanguinis craſſitiem, vel partium denſitatem, vel quiddam ex his vel propter omnium concurſum. Cùm autem malum ſemper hoc ſignum ſit, magiſque quòd primis tum æſtatis tum autumni temporibus virtutem ipſius intendi contingit. nempe in his diebus flaua redundat bilis, ambienſque nos aër calidus

calidus fit. quo fit vt ſanguinem vtranque ob cauſam benè fluentem eſſe oporteat. magnitudo quædam cauſæ indicatur propter quam fluere inhibetur, quam ſyntoniam, id eſt robur eſſe ait, fortè denſitatem ita appellans. Quòd porrò ita adfecti venarum curatione indigeant, nondum oſtẽdit priuſquam adſtruat quámnam dicat curationem, nec tamen dixit. Prædictionẽ autem ſolam primam ſcripſit, quòd ſcilicet poſtero die vrina tenuis apparebit, non ſolo eo die de neceſſitate crudis apparẽtibus, verùm quoque & aliis præcedentibus. Conuulſionem quoq; & deſipientiam fore ait, ſi æger ætate floruerit. Præterea & exercitati, & bonæ ipſius carnoſitatis meminit, & temperamenti. Nempe melancholicus, nomen eſt temperamenti. huc adde quòd ex potatione eũ manus habere tremulas ait. hæc ſanè ſymptomata poſſunt inter ſe complicari permiſceríque, non tamẽ de neceſſitate, quibus magna ex parte ſuccedent deſipientia & conuulſio.

Καὶ ἢν μὲν ἐν ἀρτίῃσιν ἐπιγένηται, βέλτιον· ἐν κρίσει δὲ ὀλέθριον, ἢν μὴ πουλὺ ἅλις ἐπεσσυθὲν αἷμα ἐξόδους ποιήσεται διὰ πλεονεξίης κατὰ ῥίνας, ἢ καθ' ἕδραν ἐμποιήσειεν, ἢ μεταστάσεις, ἢ ἀποστάσεις, ἢ πόνους ὑποχονδρίων, ἢ ἐς ὄρχιας, ἢ ἐς σκέλεα· πεφθέντων δὲ τουτέων ἔξοδοι γίγνονται πτυσμῶν, παχέων οὔρων, ἢ λείων, λευκῶν.

*Et ſi paribus quidem diebus ſuperuenerint, melius. in iudicatione autem pernitioſum, niſi multus abundè effuſus ſanguis uiam redundantiæ fecerit, uel per nares, uel per ſedem, uel per abſceſſus, uel commutationes aut ad hypochondriorum dolores, aut ad teſtes, aut ad crura. coctis autem his uiæ patent ſputis, urinæque excernuntur craſſæ, læues & albæ.*

Gemina eſt ſcriptura in verbo ἐπιγίνεσθαι, id eſt ſuperuenire. Vna quidem per τ elementum tertia ſyllaba ſcripta: alia autem per γ. Verùm ſiue per priorem ſcripturam ægros diebus paribus ἐπιτείνεσθαι, id eſt intendi dixerit, ſiue ſecundum poſteriorem prędicta ſymptomata diebus paribus ἐπιγίνεσθαι, id eſt ſuperuenire affirmauerit, non continuò exiſtit & melius, quanquam dixit. neque enim ſi pares fuerint, intueri oportet: ſed ſi & iudicatorij. Nempe & quartum qui par eſt & ipſe pauloante maximam habere facultatē aſſeruit. Cæterùm quod deinceps dicitur, verum exiſtit. nam ſi ſanguis multus quouis modo id fiat, excretus fuerit, ſalutis ſpem habet. prętere a & per abſceſſum ipſos & per commutationem ſeruari ait, abſceſſum quidem ferè ſua peculiari appellatione declarans, quam apoſtaſin vocat. ſed commutationem cum dicit, ad hypochondriorum dolores vel ad teſtes vel ad crura. Differūt autem inter ſe quòd apoſtaſis, id eſt abſceſſus iudicationem ipſam infert, ægrumque à moleſtiis omnibus liberat: μετάστασις autem, id eſt commutatio aliarū habet principium acceſſionum, & laborum: vt & aliud exigat tempus ad coctionem mali corporis locus, ad quem infeſtantium humorum facta ſit commutatio. eam ob cauſam adiecit: Coctis autē his permutationes fiunt, ſputis vel craſſis vrinis, læuibus & albis. ſigna coctæ commutationis edocens ex coctis tum vrinis tum ſputis.

Πυρετῷ λυγγώδει ὀπὸν σιλφίου, ὀξύμελι, δαῦκον τρίψας, πιεῖν δίδου καὶ χαλβάνην ἐν μέλιτι καὶ κύμινον ἐκλεικτικὸν καὶ χυλὸν πτισάνης ὧδε τουτέοισι ῥοφέειν. ἄφυκτος δ' ὁ τοιοῦτος ἢν μὴ ἱδρῶτες κριτικοὶ καὶ ὕπνοι ὁμαλοὶ ἐπιγένωνται· καὶ οὖρα παχέα καὶ δριμέα καταδράμῃ, ἢ εἰς ἀπόστασιν στηρίξῃ.

*Febri ſingultuoſæ ſilphij ſuccum, oxymeli, daucum tritum*

*tritum propina, galbanúmque ex melle & cyminum in eclegmate, ſorbẽdúmque ptiſanæ cremorem ab his dato. Talis autem euadere non poteſt niſi ſudores ſu peruenerint iudicatorij, & ſomni æquales, urinæq; exierint craſſæ & acres, aut in abſceſſum firmetur morbus.*

Λύγκας & λύγγους, id eſt ſingultus appellare conſueuerunt. ſunt autem motiones quædam ſtomachi conuulſificæ. quas quidem fieri aiunt propter immoderatam vel inanitionem vel repletionem. quæ ſi propter inanitionẽ fiant, ferè ſanationem non recipiunt: ſi verò ob repletionem fuerint, ab his quæ infarcta ſecant abſtergúntque ſanantur medicamentis. quo è numero ſunt quæ hoc in loco ſcripta ſunt. videtur autem & nunc morſus fieri ob acrimoniam ſtomachum mordentem, vt cum quiſpiam piperis plus vel ſimile quippiam deuorauerit. Et ſanè fuerunt ex febrientibus qui in ſingultu rodentem acerrimũque vomuerunt humorem, à quo tandem ſymptomate fuerunt liberati. Verùm febris huiuſmodi nequaquam ſingultuoſa appellatur. Népe vt ſingultuoſa vocitetur permanere diutius debet ſingultus, vel etiam per totũ morbum ſimul cum febre exacerbare. febrem hanc per ſudores iudicatorios ſomnóſque ęquales & vacuatas vrinas tũ craſſas tum acres ſanari ait aut talibus excretis, aut in apoſtema firmatus morbus fuerit.

Κόκκαλος καὶ σμύρνα ἐκλικτὸν· πίνειν δὲ τοῖσι τοιουτέοισιν ὀξύμελι δίδου ὡς ἐλάχιστον.

*Coccalus & myrrha in eclegmate exhibeantur, bibántque hi oxymelitis perquam exiguum.*

Scriptum quoque & inordinatè hoc eſt. commodius ſiquidem feciſſet, ſi pauloante in ea orationis parte qua eos ſanauit quibus tum thorax tum pulmo per ſputa expurgari debent id ſcripſiſſet, & non febri ſingultuoſæ adieciſſet. Et ſanè quod dicitur obſcurum eſt, & claritate deſtitutũ. Nempe coccalus ab ipſo dictus nõ ita: ſed conus magis

magis ab antiquis græcis appellitatur, veluti & à recentioribus medicis propemodũ omnibus ſtrobilus, id eſt nux pinea. Conſueuit autem ex eo eclegma conficere vbi maximè pinguis fuerit, id eſt vbi multam circunfuſam habuerit quæ peculiaris ſit reſinam. Coquunt autem fructũ hunc cum marrubio recenti, mox decocto mellis modicũ miſcent, coquuntque iterum donec mellis accipiat craſſitudinem, quo ad hunc modũ confecto medicamento vtimur ad thoracis pulmoníſque excreationes. Quo autem modo & alia quædam medicamento huic ſæpius immittimus, ita & authorẽ libri huius myrrham immittere veriſimile eſt, quod poſteà velut compendio manifeſtauit, inquiens: Coccalus & myrrha in eclegmate exhibeantur. Poteſt autem & ipſos qui edũtur conos cum myrrha exhibere, atque huic fortaſſe mel non perperam medicamẽto miſceri intellexerimus. Sunt qui dictionem ab antedicta ſeparent, ſeorſumque ſcribant, alij finem præſcriptæ principium huius efficiunt, hoc pacto: ſi autem abſceſſus confirmetur, coccalus & myrrha in eclegmate exhibeantur, vt morbis in abſceſſum confirmatis ea medicamentũ eſſe intelligamus, quod à ratione alienum cenſeo maximè propter id quod ita infertur: bibántque hi oxymelitis perquam exiguum. Nempe in ſingultuoſa febre formidandum acetum præcipit ratio, in his verò quæ in abſceſſum confirmantur, nequaquam. Eam ob cauſam ſunt alij qui dictionem hanc quadamtenus quidem anteà ſcriptæ coniungant copuléntque, ſed quadamtenus ſeparãt, atque adiecta coniunctione, autem, ita ſcribunt: ſi autem in abſceſſum firmetur morbus, tanquam de ſingultuoſa febre antedicta id dictum ſit, volente libri huius authore, ſi in abſceſſum aliquando firmari contigerit ſingultuoſam febrem, coccalum cum myrrha exhibere, & copioſam oxymelitis vitare potionem, ſyllaba autem vltima verbi huius στηρίζῃ, id eſt firmetur ſiue per ζ literam ſcribatur, ſiue per ξ, nullam quæ inſignis ſit facit ſermonis mutationem.

Ἢν δὲ διψώδεες σφόδρα ἔωσι τοῦ κριθίου ὕδατος.

*Quòd ſi ſupra modum ſiticuloſi fuerint, bibant aquam hordei.*

Quòd potum hunc tanquam ſitim adimentem exhibeat, eſt manifeſtum: ſed melius feciſſet, ſi prius quónam pacto parare ordeum oporteat enunciaſſet, vtrúmne ſimpliciter madefacere, vel ex eo zythum vt huius temporis homines conficere, vel quouis alio parare modo.

Τὰ δὲ περιπνευμονικὰ καὶ πλευριτικὰ ὧδε χρὴ σκέπτεσθαι· ἢν ὀξύς τε ὁ πυρετὸς ᾖ, καὶ τὰ ὀδυνήματα τοῦ πλευροῦ τοῦ ἑτέρου ἢ καὶ ἀμφοῖν, καὶ τοῦ πνεύματος ἄνω φερομένου, ἢ πονέῃ, καὶ βῆχες ἐνέωσι καὶ πτύσματα ἀνείη πυῤῥὰ ἢ πελιὰ, ἢ καὶ λεπτὰ καὶ ἀφρώδεα καὶ ἀνθηρὰ, καὶ εἴ τι ἄλλο διαφέρον ἔχει, παρὰ τὰ μεμαθηκότα τούτοισιν, οὕτω χρὴ διάγειν.

*Peripneumonias & pleuritidas ita conſiderare oportet: ſi febris acuta fuerit, ſi dolores lateris uel alterius uel utriuſque infeſtent, & ſi æger in ea quæ ſurſum eſt, ſpiritus latione laboret, tuſſeſque adſint, & ſputa educantur rufa uel liuida, uel & tenuia & ſpumoſa & florida: et ſi quippiam aliud diſcrepãs præter ea quæ his conſueta ſunt, ita ducere oportet.*

Pleuritidis peripneumoniæque tum magna tum effatu digna quidem omnia in legitima libri huius parte ſunt definita diſtinctáque, ſed quæ medicis omnibus patent, ea ſunt prætermiſſa. Talia autem ſunt quæ impræſentiarum ab authore ſcribuntur, & primum quidem à veteribus empiricis appellata ſyndrome. Veteres autem coaſſidentia adfectibus vocabant eiuſmodi ſymptomata: vt eſt febris acuta, & dolor lateris alterius vel vtriuſq;, maximè qui in expirãdo fit. Nẽpe hoc eſt: & ſi æger in ea quæ ſurſum fit, latione laboret, tuſſes adſint, & ſputa educantur vel fulua vel liuida, & tenuia, & ſpumoſa & florida, & quouis

quouis aliter modo præter id quod mite eſt permutata. Nempe hoc ſignificat inquiens: & ſi quippiam aliud diuerſum habent præter ea quæ conſueta ſunt, omnia ſcilicet quæ pleuriticis peripneumonicíſque contingere ait, ita ducere oportet.

Ἢν μὲν ὀδύνη ἄνω σημαίνῃ πρὸς κληῗδα, ἢ περὶ μαζὸν καὶ βραχίονα, τέμνειν χρὴ τὴν ἐν τῷ βραχίονι φλέβα τὴν εἴσω, ἐφ᾽ ὁκότερον ἂν ᾖ τῶν μερῶν, κατὰ τόδε.

*Si dolor quidem ſupra admonuerit ad clauiculam uel mammam uel brachium, uenam brachij internam ſecare oportet, qua dolor afficit parte.*

Rurſus & in præſenti loco partis legitimæ ſententiam elaborat, quoniam in ea prætermiſſum eſt quod ſimul cũ dictis intelligitur, adiicitque illud. venam ſcilicet ſecandã recto à latere dolente tramite, quod expoſuit inquiens: Venam brachij internam ſecare oportet, qua dolor adficit parte, ſed manifeſta vſus breuitate orationem negligẽtius percurrit. Nempe venam cubiti dicere debuit, cùm venam brachij dixit.

Ἀφαιρέειν δὲ κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καὶ ὥρην καὶ ἡλικίην καὶ χροιὴν πλέον, καὶ θαρσέων ἢν ὀξὺ τὸ ἄλγημα ᾖ, ἀγαγεῖν πρὸς λειποψυχίην.

*Sanguinémque auferes pro corporis habitu, anni tẽpore, ætate & colore. ampliúſque non ueritus ſi dolor acutus fuerit, ad animi uſque deliquium detrahes.*

Rurſus hoc in loco pluſquã mediocriter ſcopos ſanguinis detractiõis oẽs receſere conatus ſilẽtio quoſdam præteriit, neq; enim virtutis meminit, neque ſanguinis mutationis, nec verò regionis, neque ſtatus cæli. Plus autẽ auferre atq; ad animi deliquiũ id audacter agere præcipiẽs, deliquit ſanè in dictiõe cũ adiecit quã ob cauſam audere cõueniat, nẽpe ꝙ dolor acutus ſit, plus quidẽ vacuamus,

 ſed fluere

ſed fluere ſinimus non quòd acutus ſit, ſed ob alia: vtpote ſi virtus robuſta fuerit, floruerit ætas, ſanguis abundauerit, & ægri natura tum denſior tum durior, atq; ægrè magis perſpirabilis, & ſanguinis copioſi fuerit. Anni etiam tempus, & conſtitutio aëris temperata: ſic ſanè & regio. Nempe quòd ad animi deliquium ſanguinem auferre audeamus, nobis ex his accidit.

Ἔπειτα ὑποκλύζειν μετὰ τοῦτο.

*Clyſterem poſteà exhibebis.*

A ſanguinis miſſione clyſterem exhibere iubet, ſed melius erat adiicere Hippocraticam limitationem, ſi nõ ſpõte deiecerit aluus probè.

Ἢν δὲ ὑπὸ κάτω τοῦ θώρακος τὸ ἄλγημα ᾖ, καὶ συντείνῃ λίην, τῷ πλευριτικῷ τὴν κοιλίην ὑποκάθαιρε. μεσηγὺ δὲ τῆς καθάρσεως μηδὲν δίδου. μετὰ κάθαρσιν δὲ ὀξύμελι, φαρμακεύειν δὲ τεταρταῖον· τὰς δὲ ἐξ ἀρχῆς τρεῖς ὑποκλύζειν· κἂν μὴ κουφίζῃ, οὕτως ὑποκάθαιρε. φυλακὴ δὲ ἔσω ἕως ἀπυρέτου καὶ ἑβδόμης· ἔπειτα ἢν ἀσφαλὴς ἐὼν φαίνηται, οὕτω χυλῷ ὀλίγῳ, καὶ λεπτῷ τὸ πρῶτον, καὶ μέλιτι μίσγων δίδου. ἢν δὲ ἀνάγηται ῥηιδίως, καὶ εὔπνοος ᾖ καὶ ἀνώδυνος ᾖ, τὰ πλευρὰ κατὰ σμικρὸν παχυτέρῳ τε καὶ πλείονι καὶ δὶς τῆς ἡμέρης.

*Si autem dolor ſub thorace fuerit, ualdéque infeſtauerit, pleuritico uentrem ſubpurga, nihilque in medio purgationis adminiſtra. A purgatiõe autem oxymeli, purgánſque medicamentũ quarto die, tribúſque primis diebus clyſteres dabis. quibus ſi non leuetur, ita purgabis, cuſtodies deinde ægrum donec ad febris priuationem & ſeptimum peruenerit diem, qui ſi in tuto*

*eſſe*

*eſſe uideatur, primum modicū tenuémque cremorem, eúmque melle cōditum dabis. ſi uerò facilè reuocetur, & facilè ſpiret, & latera non doleant, ſenſim craſſiorem copioſiorémque & bis die miniſtrabis.*

Pleuriticum nominauit id quod ab Hippocrate in legitima libri huius parte eſt dictum. vbi ita habentes pleuriticos purgat. facit autem id duobus modis. quarto verò die medicamento purgandum indiſtinctè pronuntiauit, neq; enim inter morbi initia aliquod remediorum eiuſmodi iniungere oportet deſumpto à numero dierum ſcopo. Sed quod Hippocrates recenſuit eſt exequēdum. Nā vel ſtatim ab initio priuſquam in partem aliquam firmentur humores, medicandum: vel vbi ad maturitatem perducti fuerint. quam ob cauſam & primo interdum die & ſecundo & quarto, & interdum quinto medicamenta dedimus, & non in quarto ſolum vt hic dixit.

Ἢμ δὲ μὴ ῥηϊδίως ἀπαλλαγῇ, ἔλασσόν τε τὸ πόμα, καὶ τὸ ῥόφημα ὀλίγομ, χυλὸν λεπτὸμ, καὶ ἅπαξ· ἐν ὁκοτέρῃ ἂν ὥρῃ βέλτιομ διάγῃ, γνώσῃ δὲ ἐκ τῶν οὔρωμ. δεῖ δὲ ῥόφημα προσφέρειμ τοῖσιμ ἐκ τῶν νοσημάτωμ μὴ πρότερομ, ἢ πέπονα τὰ οὖρα ἢ πτύσματα ἴδῃς γεγενημένα. ἢν δὲ φαρμακευθεὶς συχνὰ καθαρθῇ, ἀναγκαῖομ διδόναι, ἔλασσομ δὲ καὶ λεπτότερομ. οὐ γὰρ δυνήσεται ἀπὸ κενεαγγείης ὑπνώσσειμ, οὐδὲ πέσσειμ ὁμοίως, οὐδὲ τὰς κρίσιας ἀπομένειμ. ἀλλ' ἐπειδὰμ ξυντήξιες ὠμῶμ γένωνται, καὶ τὰ ἀντέχοντα ἀποβάλλῃ, ἀνθέξει οὐδέμ.

*Quòd ſi non facilè reuocari uideatur, potionis minus, ſorbitionem exiguam, cremorémque tenuem & ſemel exhibebis, atque eo quo melius degit tempore, quod ex urinis deprœhendes. Nēpe in huiuſmodi mor-*

 *bis*

*bis ſorbitio ante urinarum ſputorúmque cõcoctionem danda non eſt. Quòd ſi purgatus multa deiecerit, dare oportet, minus tamen & tenuius. non enim ob uacuationem dormire neque concoquere poterit ſimiliter, neque iudicationes ſuſtinere: uerùm ubi crudorum colliquatio facta fuerit, & quæ renituntur reiecta, nihil obſtabit.*

De particulari cibi exhibendi tempore agens Hippocrates, & libri huius author in his quæ ſuprà ſcripta ſunt, eam quæ tum in thorace tum in pedibus eſt caliditatem animaduertendam eſſe voluerunt. Nẽpe vrinarum conſideratio ad vniuerſalem victus formã commoda eſſe videtur: quo fit vt non rectè dixerit hoc in loco cremorẽ tenuem ſemel exhibendum eo quo melius degit tempore, deprẹhẽdẽdumque id tempus ex vrinis. Nempe tametſi pauciſſimam in particularibus acceſſionibus ad melius inclinationem vrinæ habuerint, tempus tamen huiuſmodi non vſque adeò protrahitur vt has recondamus expectemúſque vtrum nebulas vel ſublimes vel ſubſidentes habuerint. Hæc ſiquidem non in pauco fiunt tempore. Atqui in acutis morbis interdum ægri in declinationis principio de neceſſitate ſunt alendi.

Πέπονα δ' ἐστὶ τὰ μὲν πτύελα, ὁκόταν γένηται ὅμοια πύῳ· τὰ δὲ οὖρα τὰς ὑποστάσεις ἔχοντα ὑπερύθρους, ὁκοῖον ὀρόβων· οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ἀλγήματα τῶν πλευρέων χλιάσματα προστιθέναι καὶ κηρώματα. ἀλείφειν δὲ τὰ σκέλη καὶ ὀσφὺν θερμῷ, καὶ λίπος ἐγκαταλείφειν. ἐπὶ δὲ ὑποχόνδρια λίνου σπέρμα καταπλάσσειν ἕως μαζῶν. ἀκμαζούσης δὲ τῆς περιπνευμονίης, ἀβοήθητον μὴ ἀνακαθαιρομένης, ἢν πονηρὸν ἐὼν δύσπνοος ᾖ, καὶ οὖρα λεπτὰ καὶ δριμέα καὶ ἱδρῶτες περὶ τράχηλον καὶ κεφα-

κεφαλὴν γίγνωνται. οἱ τοιοίδε ἱδρῶτες πονηροὶ, ὑπὸ πνιγμοῦ καὶ ῥωγμῆς τῆς βίης ἐπικρατεόντων τῶν νοσημάτων. ἢν μὴ οὖρα πολλὰ καὶ παχέα ὁρμήσῃ, καὶ πτύσματα πέπονα ἔλθῃ. ὅ, τι δ᾽ ἂν τούτων αὐτοματίσῃ, λύει τὸ νόσημα.

*Cocta autem ſunt ſputa quidem cum puri ſimilia fuerint, urinæ uerò cum hypoſtaſes habuerint rubras, cuiuſmodi ſunt orobi. Cæteris autem doloribus tepefa ctoria apponere, & ceromata nihil uetat, cruráq; & lumbos calido inungere & pinguitudine illinire. Hypochondriis quoque aduſque mãmas ex lini ſemine ca taplaſma imponere. Vbi autem peripneumonia ad ſta tum peruenerit, ſi nõ repurgetur auxilium non habet, & mala eſt ſi laborans ægrè ſpirauerit, fuerintque urinæ tenues & acres, atque ſi ſudores circa collum & caput fiũt. Nẽpe ſudores huiuſmodi mali ſunt uin cente ob ſuffocationẽ impetúmque & uiolentiam ægrotatione, niſi urinæ multæ & craſſæ prodierint, & cocta exierint ſputa. Vtrumcunque autem ex his ſuperuenerit, ſoluit morbum.*

Neque authorem hunc de coctis vrinis ſuprà ad hunc ſcripſiſſe modum recordor, neque Hippocratem aliter aſſerere quã quòd vrina optima ſit, quæ ſedimẽtũ habet tũ album tũ læue tum æquale. Cætera quæ de peripneumonicis pleuriticíſque in orationis textura narrantur conſpi cua ſunt & abſq; mea expoſitiõe, tũ vbi libri huius author ab Hippocratis recedit ſententia, tũ vbi maximè prorſus vel aliqua ex parte huic annuit conſentitque.

Περιπνευμονίης ἐκλικτὸν, κόκκαλον, χαλβάνην ἐν μέλιτι ἀττικῷ, ἀβρότονον ἐν ὀξυμέλιτι, πέπερι, ἐλλέβορον μέλανα ἀποζέσας, καὶ πλευριτικῷ ἐν ἀρχῇσι πολλαδυνώῳ ἐόντι

πίνειν δίδου. ἀγαθὸν δὲ καὶ πάνακα ἐν ὀξυμέλιτι ἀναζέσαντα καὶ διηθέοντα διδόναι πίνειν, καὶ ἡπατικοῖσι καὶ τῇσι ἀπὸ τῶν φρενῶν περιωδυνίῃσιν, καὶ ὁκόσα δεῖ ἐς κοιλίην, ἢ ἐς οὔρησιν ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι. τὰ δὲ ἐς κοιλίην ξὺν ὑδαρεῖ μελικρήτῳ πίνειν πλεῖον δίδου.

*Peripneumoniæ eclicton, galbanum & nucleum pineum ex melle Attico dabis, abrotonum ex oxymelite, piper helleborúmque nigrũ ubi ferueſceceris, pleuritico etiam circa initia dolenti bibendum offeres. Quòd ſi panacem ex oxymelite ferueſeceris percolaueriſque & propinaueris, bonum: proderit & hepaticis, aut ex ſepti tranſuerſi dolore adfectis, atque his omnibus quæ aut per aluũ aut per urinas expelli deſiderant ex uino & melle. Verùm quæ uentri expurgando exhibiturus ſis, ea cum mulſa aquoſa & multa propinabis.*

Medicamentum primum ſecundúmque ſputa educũt, ſed quod ex helleboro nigro conficitur, ventrem ſubducit, quod verò ex panace eſt quibúſnam vtile ſit recẽſuit.

Δυσεντερίη, ἀπόστημα, ἢ ἔπαρμα ἕξει, παυσαμένη, ἢν μὴ ἐς πυρετοὺς, ἢ ἱδρῶτας, καὶ οὖρα παχέα καὶ λευκὰ καὶ λεῖα ἐπιφανῇ, ἢ ἐς τριταίους, ἢ εἰς κιρσὸν, ἢ ἐς ὄρχιν, ἢ ἐς σκέλεα ἀλγήματα, ἢ εἰς ἰσχίον στηρίξῃ ὀδύνη.

*Dyſenteria quæ ceſſauit, abſceßum uel tuberculum aliquod pariet, niſi deſierit uel in febres uel ſudores: apparuerintque urinæ craſſæ & albæ & læues, uel in tertianas uel in uarices. Aut dolor in teſticulum uel crura uel coxam firmetur.*

Sermo

Sermo quoque præſens ſine definitione & diſtinctione eſt prolatus, quòd neque qualem dicat dyſenteriam demonſtrauerit, & quòd neque omnis quæ ceſſauerit hæc inferat.

Ἐμ πυρετῷ χολώδει πρὸ τῆς ζ. ἡμέρας μετὰ ῥίγους ἴκτερος ἐπιγινόμενος, λύσει τὸν πυρετόν. ἄνευ δὲ ῥίγεος ἢν ἐπιγένηται ἔξω τῶν καιρῶν, ὀλέθριον.

*In biliosa febre morbus regius cum rigore ante ſeptimum diem enatus febrem ſoluet. ſi uerò abſque rigore extra tempus ſuperuenerit, lethale.*

Neque proculdubio ante ſeptimum diem cum rigore enatus morbus regius febrem ſoluit, neque poſt ſeptimũ: ſed ſanè ita diſtinguere oportet, febrientibus morbus ſuperuenit, interdum quidem tanquam adfectionis hepatis ſymptoma, interdum quoque & natura bilem per cutim excernere cõtendente ſed nequeũte, veluti in abſceſſibus omnibus fieri conſueuit. Verùm in aphoriſmis, de huiuſmodi morbis regiis eſt enunciatum.

Τέτανος δὲ ὀσφύος, καὶ ἐπὶ μελαγχολικῶν διὰ φλεβῶν πνευμάτων ἀπολήψιες ὅταν ἐῶσι, φλεβοτομίῃ λύεται.

*Lumborum tetanus, atque in melancholicis per uenas ſpirituum interceptiones cùm fuerint, ſanguinis detractione ſoluuntur.*

Cum inquit propter melãcholicum ſanguinem in venis redundantem ſpirituum interceptiones fiunt, ſanguinis miſſio hæc ſoluit: ſi interceptionem dicit ſpirituũ qui in arteriis ſunt. nempe & arterias antiqui appellabãt venas, quænam alia adfectio fuerit quàm ἀσφυξία. i. pulſus carentia? ſi verò eorum qui in pulmone ſunt ſpirituum interceptionẽ dicit, rurſum & appellatam apnœam quaſi nõ reſpirationem dixeris obſcurè inſinuabit, poteſt quoque ſanguinis tum copia tum craſſitudo non arterias modò infla-

dò inflare vt permeare non poſſit, verùm quoque & propriè appellatas venas.

Ὁκόταν δὲ ἀπὸ τῶν τενόντων σφοδρῶς ἔμπροσθεν ἀντισπῶνται, καὶ περὶ τὸν τράχηλον καὶ πρόσωπον ἱδρῶτες ὑπὸ τοῦ πόνου δακνομένων καὶ ξηραινομένων τῶν τενόντων, τῶν οὐρωδέων, οἱ παχύτατοι μὲν ῥάχιν συνέχουσιν. ἢ οἱ μέγιστοι σύνδεσμοι καταπεφυκότες, ἕως εἰς πόδας ἀποτελευτῶσι· τῷ τοιῷδε ἢν μὴ πυρετὸς καὶ ὕπνος ἐπιγίνηται, καὶ ἑπόμενα οὖρα πέψιν ἔχοντα ἔλθῃ, καὶ ἱδρῶτες κρίσιμοι, πίνειν οἶνον κρητικὸν οἰνώδεα, καὶ ἄλητον ἑφθὸν ἐσθίειν, καὶ κηρωτῇ ἀλείφειν καὶ ἐγχρίειν, τά τε σκέλεα περιειλίσσειν ἕως τῶν ποδῶν, θερμῷ βρέχων ἐν σκάφῃ· καὶ βραχίονας ἕως δακτύλων κατειλίσσειν, καὶ ὀσφὺν ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἕως τῶν ἰσχίων, σίαλον ἐγκηρώσας μαλακῷ δέρματι, ὅκως καὶ τὰ ἔμπροσθεν περιέξῃ, καὶ διαλείπων πυρία τοῖσιν ἀσκίοισι· θερμὸν δ᾽ ὕδωρ ἐγχέων, καὶ περιτείνων σινδόνιον, ἐπικατάκλινε αὐτόν. κοιλίην δὲ μὴ λύσῃς ἢν μὴ βαλάνῳ, ἢ μὴ πολλῷ χρόνον ᾖ ἀδιαχώρητος ἐοῦσα, καὶ ἢν μέν τοι σοὶ ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· εἰ δὲ μή, τοῦ ῥόδου τῆς ῥίζης τρίβων ἐν οἴνῳ εὐώδει καὶ δαῦκον πίνειν δίδου πρωῒ νῆστι πρὸ τοῦ βρέχειν· καὶ ταχὺ ἐπὶ τούτοισι τὸ ἄλευρον ἑφθόν, χλιαρὸν ἐσθιέτω ὡς πλεῖστον· καὶ οἶνον ὁκόταν βούληται εὔκρητον ἐπιπινέτω. καὶ ἢν μέν σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ

τὸ βέλ-

τὸ βέλτιον. ἢν δὲ μὴ, προλέγειν.

*Cum autẽ à tendonibus uehementer in anteriorem reuellũtur partẽ, ſudoréſq; circa collũ faciémq; oriũtur, morſis ob dolorẽ areſcẽtibúſq; his qui ad caudam uergunt tẽdonibus. Craßißimi hi ſpinã cõtinuant, quæ maximè enatæ copulæ ad pedes uſque finiũtur. Huic ſi neque febris neque ſomnus ſuperuenerit, fuerintque ſequutæ coctionẽ habẽtes urinæ ſudoréſq; iudicatorij, uinũ creticũ uinoſum bibendũ, edatúrq; farina cocta. Cerato quoque huic crura perũgãtur, & ad pedes uſque aqua calida in pelui madefacta, & ſuperpoſito uelamine cõtegantur, brachia itẽ ad digitos uſque inuoluãtur. Spinã prætereà à collo ad coxam uſque molli pelle quæ pinguitudine & cera illita ſit uelabis: ita ut anteriora etiã cõtineantur, intermißiſque quæ per utriculos fiãt, fomẽtis calida perfundes aqua, linteo obuolues & in cõclaui cubare ægrum facies. Ventrem autem non admodum ſolueris niſi balano, ſi longo iam tempore continuerit, idq; ſi bene tibi proceſſerit: ſin autẽ, mọdi radicẽ in uino odorato tritã & daucum mane ieiuno priuſquã madeſceceris propina, poſt hæc cito farinã coctam tepidam uoret plurimam, uinumq; cum uoluerit bene tẽperatum ſuperbibat, idq; ſi ad melius tibi proceſſerit, ſi non, prædicere oportet.*

Sermo quoque hic indiſtinctè indiſcretéque eſt prolatus, præter id quòd & nomina quædã impropriè ſcripta ſunt. Nẽpe ob dolorem morderi tẽdones impropriè eſt dictũ, verbo hoc mordere acribus humoribus & nõ doloribus quadrãte. Prętereà & ꝙ in principio dictiõis dicitur, vehemẽter in anteriorẽ reuellũtur partẽ. Poſt hæc inquit

areſcenti-

areſcentibus caudalibus tendonibus qui craſſiores ſpinã continuant, eos qui ad οὐραῖον pertinẽt ita vocans. Appellant autem οὐραῖον oſſis extremum. Quòd ſi partem vtráque tendi manifeſtare voluerit, atque tum in ſcapulas tũ in pectus tetanũ intendi, fieri ſanè poteſt quomodo pauloante dixit: Tetani lumborum. Non tuto autem morbi facilitatem ex vrinarum concoctione prænoſcit. Nempe tametſi febris cruditates per vrinas manifeſtè indicẽtur, morborum tamen muſculos infeſtantium haudquaquam ſecura eſt per vrinas ſignificatio, imò exigua. Vinum autem his indiſcretè exhibere vtrúmne ob frigiditatẽ paſſus æger fuerit an aliam ob cauſam, nõ exiguum eſt delictũ, imò petulãs potius immodeſtúmque. Abſque item ratione dictum eſt ventrem ſoluendum non eſſe niſi balano. Nempe in huiuſmodi morbis commodè interdum ſoluitur. Cætera dictionis manifeſta ſunt.

Τὰ δὲ νοσήματα πάντα λύεται, ἢ κατὰ στόμα, ἢ κατὰ κοιλίην, ἢ κατὰ κύστιν, ἢ τινὸς ἄλλου τοιοῦδε ἄρθρου. ἡ δὲ τοῦ ἱδρῶτος ἰδέη κοινὸν ἁπάντων.

*Morbi omnes ſoluuntur uel per os, uel per aluum, uel per ueſicam, uel per aliam quæ talis ſit partẽ. Sudor autem morbis omnibus eſt communis.*

Sermo hic neque vniuerſalis eſt neque communiter ineſt omnibus. Neque enim per hæc ſolum morbi ſoluuntur, verùm quoque & per vterum, & per ſanguinis è naribus eruptionem.

Ἐλλεβορίζειν δὲ χρὴ, οἷς ἀπὸ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα.

*Quibus à capite fluxio eſt, his helleborum dare oportet.*

Helleborum dare omnibus quibus à capite fluxio eſt, non eſt neceſſe. Nempe interdum capiti ſoli prouidere conſueuimus.

ὁκόσοι δ' ἐξ ἀποστημάτων, ἢ φλεβοῤῥαγίης, ἢ δι' ἀκρασίην, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὰν αἰτίαν ἔμπυοι γίγνονται, μὴ δίδου ἐλλέβορον τοῖσι τουτέοισιν· οὐδὲν γὰρ ὠφελήσει· καὶ ἤν τι πάθη, αἴτιον δόξειεν εἶναι ὁ ἐλλέβορος. ἢν δὲ διαλύηται τὸ σῶμα, ἢ πόνος ἐν κεφαλῇ, ἢ ἐμπεπλασμένα τὰ οὔατα ἢ ῥὶς, ἢ πτυαλισμὸς, ἢ τῶν γονάτων βάρος, ἢ σώματος ὄγκος παρὰ τὸ ἔθος, ὅ, τι ἂν συμβαίνῃ, μήθ' ἀπὸ πότων, μήθ' ἀπὸ ἀφροδισίων, μήθ' ἀπὸ λύπης, μήθ' ὑπὸ φροντίδων, μήθ' ὑπὸ ἀγρυπνιῶν· ἢν μέν τι τουτέων ἔχῃ αἴτιον, πρὸς τοῦτο ποιέεσθαι τὴν θεραπείαν.

*Quicunque ex apoſtemate uel phleborrhagia, uel incontinentia, uel alia quapiam forti cauſa ſuppurantur, his ne helleborum dederis, nihil etenim proderit: & ſi quippiam adficiatur æger, feciſſe id uidebitur helleborus: ſi uerò corpus diſſoluatur, uel caput doleat, uel oppleantur aures uel nares, uel exſcreatio, aut genuum grauitas adficiat, aut corpus præter ſolitum tumeat, quodcunque horum contigerit, dabis, modò hæc neque ob potum fiant, neque ob ueneres, neque ob triſtitiam, neque ob curas, neque ob uigilias: & ſi quippiam horum cauſæ rationem habuerit, ad id curationem dirigere oportet.*

Phleborrhagiam quidem venarum ruptionem dicit. Quòd autem neque ex eiuſmodi cauſa ſuppuratis, neque his qui propter abſceſſum, neque ob cauſam aliam adficiuntur dare helleborum oporteat ignorat nemo, ſed qui ob incontinentiam intemperantiámque ſuppurãtur, perperam in hoc recenſentur catalogo. Intemperantia ipſa per ſe intemperantes lædente, vt redundantia, cruditate.

crapula,

crapula, venere multa, vigiliis, & quæcũque alia ſunt huiuſmodi. Cæterum præfatus quibus helleborum exhibere non oporteat, inquit: ſi verò corpus diſſoluatur, id eſt, ſi valde exolutum fuerit abſque manifeſta cauſa, vel dolor in capite diuturnus fuerit & ſolutu difficilis, nempe & id te ſubaudire oportet in capitis dolore, & deinceps in his quæ ſerie continuata dicuntur omnibus, oppletis ſcilicet auribus naribus & excreatione. Adiicit & genuum grauitatem doloréinque, & corporis præter ſolitum tumorem. In omnibus ſiquidem his quæ ſine manifeſta cauſa facta ſunt, vult helleborum exhiberi. Diuertens autem ſermonem hunc vniuerſalem ad particularia, inquit: modo neque ob veneres, neque ob curas, neque ob vigilias dicta facta ſint. ſi enim ex horum aliquo facta ſint, pugnandum aduerſus cauſam efficientem præcipit. Quænam autem ex his omnibus quæ recenſuit vere diligenterque dicta ſint, & quæ non, didiciſtis tum in Hippocratis libris, tum in commentariis noſtris.

Τὰ ἐκ πορείης ἀλγήματα πλευρέων, νώτου, ὀσφύος, ἰσχίων, καὶ ὁκόσα ἀναπνέοντες ἀλγέουσι πρόφασιν ἔχοντες. πολλάκις γὰρ μεμάθηκε φοιτᾷν ἐκ κραιπαλέων καὶ βρωμάτων φυσωδέων ἀλγήματα, καὶ εἰς ὀσφὺν καὶ ἐς ἰσχίον· οἷς δ᾽ ἂν αὐτῶν ᾖ τοιάδε, δυσουρέεται· τούτων δὲ πορείη αἰτίη, καὶ κορυζέων καὶ βραγχῶν.

*Dolores ex itinere ſi fuerint, lateris, dorſi, lumborum, & coxæ, & qui inter reſpirandum dolent occaſionem habentes. ſæpius enim dolores ex crapula cibiſque inflantibus ad lumbos & coxam uenire conſueuerunt, quibus talia fuerint, urinæ difficultas accedit, horũ iter cauſa eſt & grauedinis & raucedinis.*

Sine ordine hæc memorauit. nam præfatus dolores ex itinere laterum, dorſi, lumborum, & coxæ, rei inanis repræſentationem fecit, tanquam quomodo talia curentur

eſſet

eſſet dicturus: deinde ita facto additamento ſæpius enim dolores ex crapulis cibiſque inflantibus venire conſueuerunt: intulit, quibus talia fuerint, vrinæ difficultas accedit. poſt hæc quoque inquit: horum iter cauſa eſt grauedinis & raucedinis: acephalon vt quiſpiam dixerit, id eſt ſine capite rei faciens ſermonem.

ὅσα δὲ ἀπὸ διαιτημάτων, τὰ μὲν πολλὰ ἕκαστος ὡς ἂν παρὰ τὸ ἔθος διαιτηθῇ μάλιστα ἐπισημαίνει. καὶ γὰρ ὁκόσοι ἂν μὴ μεμαθηκότες ἀριστᾷν, ἢν ἀριστήσωσιν, ὄγκος πολὺς αὐτοῖς τῆς γαστρὸς καὶ νυσταγμὸς καὶ πληθώρη. ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, κοιλίη ἐκταράσσεται. ξυμφέρει δὲ τουτέοισιν ἐκλουσαμένοις καθεύδειν· κοιμηθέντας δὲ περιπατῆσαι βραδέως συχνὴν περίοδον· καὶ ἢν μὲν λαπαχθῇ, δειπνῆσαι ἐπιπιεῖν οἶνον ἐλάσσονα ἀκρητέστερον· ἢν δὲ μὴ λαπαχθῇ, ἀποχρίεσθαι τὸ σῶμα θερμῷ· κἢν διψῇ, ὑδαρέα οἶνον λευκὸν ἢ γλυκὺν ἐπιπιόντα ἀναπαύεσθαι· ἢν δὲ μὴ ἐγκοιμηθῇ, πλείω ἀναπαύεσθαι· τὰ δ᾽ ἄλλα ὁμοίως τοῖσιν ἐκ κραιπάλης διαιτάσθω. τὰ δὲ ἀπὸ πομάτων, ὁκόσα μὲν ὑδαρέα, βραδυπορώτερά ἐστι, καὶ ἐγκυκλέεται καὶ ἐπιπολάζει περὶ ὑποχόνδρια, καὶ εἰς οὔρησιν οὐ κατατρέχει· τοιούτου δὲ πόματος πληρωθεὶς, μηδὲν ἔργον ὀξέως διαπρήξῃ, ὁκόσα τῷ σώματι ξυνταθέντι βίῃ ἢ τάχει πονέειν ξυμβαίνει· ὡς μάλιστα δ᾽ ἡσυχαζέτω μέχρι καταπεφθήτω μετὰ τῶν σιτίων. ὁκόσα δὲ τῶν πομάτων ἀκρητέστερά ἐστιν ἢ αὐστηρότερα, παλμὸν ἐν τῷ σώματι καὶ σφυγμὸν ἐν τῇ κεφα-

κεφαλῇ ἐμπριέται· τούτοισι καλῶς ἔχει ἐπικοιμᾶσθαι, καὶ θερμόν τι ῥοφέειν πρὸς ἅπερ μάλιστα ἥδιστα ἔχουσι· νηστείη δὲ πονηρὸν πρὸς τὴν κεφαλαλγίην, καὶ κραιπάλην. ὁκόσοι δὲ μονοσιτέουσι, κεῖνοι καὶ ἀδύνατοί εἰσιν, καὶ οὐρέουσι θερμὸν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγέοντες· γίνεται δὲ καὶ στόμα ἁλικὸν καὶ πικρὸν, καὶ τρέμουσιν ἐν παντὶ ἔργῳ, καὶ κροτάφοις ἐπιξυντείνονται, καὶ τὸ δεῖπνον οὐ δύνανται ἐπέσθειν, ὅκως περ ἦν ἠριστηκότες ἔωσιν· τούτους δὲ χρὴ πίνειν ἔλασσον, ἢ μεμαθήκασιν, καὶ ὑγροτέρην μᾶζαν ἀντὶ ἄρτου, καὶ λαχάνων λάπαθα, ἢ μαλάχην, ἢ πτισάνην, καὶ σεῦτλα· πίνειν δὲ κατὰ τὸ σιτίον οἶνον ὁκόσον σύμμετρον καὶ ὑδαρέστερον, καὶ ἀπὸ δείπνου περιπατῆσαι ὀλίγον ἕως οὖρα καταδράμῃ, καὶ οὐρήσῃ· χρήσθω δὲ καὶ ἰχθύσιν ἑφθοῖσι.

Quæ ob uictus rationem eueniunt, multa quidem unuſquiſque pro non aſſueta uictus forma maxime declarat. Nam qui prandere non conſueuerunt, ſi pranſi fuerint, his tumor uentris ingens accidit, dormitatio & plenitudo: quòd ſi ſupercœnauerint, uenter his turbabitur, hi à balneo (confert enim) dormiant, expergefactiq; plures lenta ambulatione abſoluant circuitus, & ſi uentrem exonerauerint, cœnent, parumq; uini ſed meracioris bibant. ſi uentrem non exonerauerint, corpus calido perungant: & ſi ſitiuerint, uinum aquoſum album aut dulce bibant: ſi non, amplius dormiant conquieſcántque. Cæterùm talis inſtituatur uictus qualis ex crapula laborantibus inſtitui ſolet: pocula

*cula aquoſiora tardè meant, ac ueluti in orbem aguntur, circáque hypochondria innatant, & non decurrunt ad urinas: quibus qui repletus fuerit, nullum celeriter ex his abſoluet opus quæ cõtentum robuſtúmque corpus ui & celeritate conficere poteſt. Maximè autem quieſcat donec cum cibis cõcocta fuerint. Meraciora uerò pocula & auſteriora palpitationem in corpore, atq; in capite pulſum efficiunt. His benè fuerit ſi ſuperdormiant calidúmque quippiam ſorbeant, ex his quæ ſuauiſsima habent. Ieiunium enim aduerſus capitis dolorem crapulámque malum eſt. Qui ſemel tantum die cibum adſumunt, imbecilli fiunt, & calidum mingunt, utpote præter conſuetum uacuati, os ipſis ſalſum efficitur, & amaricat, atque in quouis opere contremiſcunt, tempora contenduntur, cœnámque non ita concoquere perinde atque ſi pranſi fuiſſent, queunt. Minus igitur quàm conſueuerunt bibant, liquidiorémque mazam panis loco adſumant, atque ex oleribus rumicem, uel maluam, uel betas, & ptiſanam: Dum autem cibantur, uinum modicè bibant, aquoſiúſque, atque à cœna parum ambulent, donec excurrat urina, minxerintque: utantur autem & piſcibus coctis.*

Totum hunc ſermonem in legitima libri huius parte abundè tum elaboratum, tum explanatum ſcimus: quo fit, vt ex his quæ modo dicantur ſimili, poſsis tum diſcernere, tum iudicare, neque mihi diutius morari in his eſt neceſſe.

Βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει.

*Cibi autem maximè notas & indicia faciunt.*

Eduliorum vim non ex ratione aliqua, ſed experientia iudicari conuenit. neque hîc refert βρώματα, vel ἐδέσματα, id eſt cibos vel edulia dicere. Cæterum qui hæc ſcripſit, tale quippiam oſtendit per hoc verbum ἐπισημαίνειν, id eſt notas & indicia facere. Nempe nota corporibus ſignumque fit (vt inquit) iuxta vnamquamque ex cibis valentibus mutationem. Conſequenter autem ea enumerat.

Σκόροδον, φῦσαν καὶ θέρμην περὶ τὸν θώρηκα, καὶ κεφαλῆς βάρος, καὶ ἄσην, καὶ εἴ τι ἄλλο ἄλγημα εἴη, μεμαθηκὼς πρόσθεν, παροξυνέειεν ἂν, οὐρητικὸν δὲ καὶ τοῦτο ἔχει ἀγαθόν. ἄριστον δ' αὐτοῦ φαγέειν, ἢ μέλλοντι ἐς πόσιν ἰέναι, ἢ μεθύοντι.

*Allium flatum parit & caliditatem in thorace, capitis item grauitatem facit, & faſtidium: & ſi alius quiſpiam dolor ex cõſuetudine antè infeſtauerit, irritat. cæterum urinas ciet, éſtque hoc præditum bono. cúmque qui potaturus ſit & ſeſe crapulæ daturus, uotare allium optimum eſt, aut iam ebrium.*

Si vnumquodque eduliorum experientia iudicandum ſit, non rectè dictum eſſe videtur flatuoſum eſſe allium, neque caliditatis maioris ſenſum quàm cepam comedentibus inferre, nec in vlla alia corporis parte, neq; in thorace, neque ſimiliter ἄσην, id eſt faſtidium cibi ſcilicet, & potiſsimum, vbi quis ipſum parum antè feruefactum adſumpſerit. Eduliorum autem multa corpus ſi plethoricum fuerit calefaciunt, cùm verò antè vacuatum fuerit, ſiccãt abundè. Peccauit igitur libri huius author, qui indiſcretè rem enunciauit. Nam melius erat vt dictum eſt definire. imprǽſentiarum autem ſimpliciter de allio cenſuit. ſed melius feciſſet, ſi & exiccare & calefacere ipſum dixiſſet, & non flatuoſum eſſe. nempe aduerſus indiſcretum indiſtinctumque ferre ſententiam conſuetudo non eſt. ſubaudire autem oportet, vbi tempeſtiue datum fuerit: quod

rit:quod parato antè corpore manifeſtat. Antè autem paratur ſi neq; plethoricum, neq; cacochymum fuerit. Non rectè igitur capitis grauitatem ab eo fieri ait. Nam ſi præuacuato corpore allium obtuleris, capitis grauitatem ſanabis, partíſque alterius omnis. Demiror autem quónam pacto quæ hucuſque percurrit præfatus deinceps dixerit:eumque qui potaturus ſit,& ſeſe crapulæ daturus, vorare ipſum optimum eſt, aut iam ebrium. Videtur autem ex his neque crapulam neque ebrietatem efficere, ſed ab his ita præſeruare, vt & grauitatẽ expellere poſſit, & flatus ſanare. Vera quidem hæc dixit, atque adhuc ex cientibus vrinas medicamentis ipſum eſſe. ſed alia falſo adiecit, ſimulq́; & pugnantia ſi dicantur.

Τυρὸς δὲ φῦσαν καὶ στεγνότητα, καὶ σιτίων ἔξαψιν ποιέει· ὠμὸν καὶ ἄπεπτον· κάκιστον δὲ ἐν τῷ ποτῷ φαγεῖν, πεπληρωμένοισιν.

*Caſeus flatum parit, aſtrictionemq́; & cibos accendit. crudum quoque & incoctum exiſtit, atq; eſus ipſius repletis inter bibendum deterrimus.*

Caſeus recens & mollis ſicco flatuoſior exiſtit, minúſque quàm ſiccus adſtringit, id eſt ventrem ſiſtit. ſiccus etenim flatuoſus minus eſt, ſed ventrem magis ſiſtit, prætereà & ſiticuloſus magis exiſtit. quod oſtendit cum inquit: cibóſque accendit. Crudum quoque & incoctum in dictionis iacet medio. quod exacta enunciatione caret. Oſtendit autem quod crudum omne incoctúmque in corporis humoribus contractum ex huiuſmodi eduliis fieri natum eſt. cuiuſmodi eſt caſeus crudum & incoctum edulium. quaſi ita diceret: Caſeus flatum parit atque adſtrictionem ventris, æſtuoſúſque eſt: prætereà & crudum & incoctile eſt edulium, taléſque ſuccos generat. Ait prætereà & deterrimum eſſe repletis inter bibendum. quod & idiotis ipſis liquet. neq; ſiquidem aliàs bonum eſt edulium caſeus, vtpote qui craſſum ſuccum & coctu difficilem pariat. ſi verò inter bibendum eo quis vtatur repletus, deterrimum omnium eduliorum redditur. grauat ſiquidem os ventris, primúmque corrum-

 pitur,&

pitur, & alia deinceps ſecum corrumpit.

ὄσπρια δὲ πάντα φυσώδεα, καὶ ὠμὰ καὶ ἑφθὰ καὶ πεφρυγμένα, ἥκιστα δὲ βεβρεγμένα ἢ χλωρά. τουτέοισι δὲ μὴ χρέεσθαι εἰ μὴ μετὰ σιτίων. ἔχει δὲ καὶ ἰδίας μοχθηρίας ἕκαστον αὐτέων.

*Legumina omnia flatuoſa ſunt, & cruda, & cocta, & fricta: minimè autem uel macerata, uel uiridia. His autem utendum non eſt, niſi cum cibariis. ſed horum ſingula ſuum uitium habent.*

Ventrem implent legumina omnia, coctuque difficillima ſunt quæ cruda exiſtunt. Fricta autem flatuoſa quidem minus, ſed non minus concoctioni renituntur. quæ verò plurimum elixata ſunt, moderatiora exiſtũt. Quod autem ſequitur, in exemplaribus nonnullis ſcriptum eſt ita:& macerata & viridia: vt talia præfatis vitiis ſint prædita. in quamplurimis verò non ita ſcriptum reperitur, ſed principio altero in hunc modum: minimè autem vel macerata, vel viridia. Viridia itaq; dicuntur quæ ſicca nõ ſunt neque exactè iam perfecta: macerata autẽ, aqua madefacta. Cæterum leguminibus haudquaquam ſine cibariis vtendum eſſe præcipit. σιτία ſcilicet, id eſt cibaria maximè quidem eos qui ex tritico fiunt panes affirmans. vel ſimpliciter omnia quæ quouis modo parantur. fortè autẽ & alia omnia ex quibus panes conficiuntur. Ruſtici etiã ex milio panes conficiunt.

Ἐρέβινθος φῦσαν μὲν ὠμὸς καὶ πεφρυγμένος, καὶ πόνον ἐμποιέει.

*Cicer flatum parit crudum coctumq;, & dolorem.*

Quidam ob id cicer flatuoſum eſſe dicunt quòd pudenda intendat. quòd autẽ in fine dictionis dolorem dixerit, ad eum referre oportet qui ex inflatione fit dolorem.

Φακὸς δὲ στύφει καὶ ἄραδον ἐμποιέει, ἢν μετὰ τοῦ φλοιοῦ ᾖ.

*Lens adſtringit & turbationem facit, ſi non detracto cortice ingeratur.*

Vocem hanc ἄραδον turbationem quandam & veluti pugnam quæ in ventre ex diſcrepantibus facultate cibariis oritur ſignificare dixi. quomodo & nunc ſignificat, ſi cum cortice adſumatur. vt pote quæ quàm caro ipſius longè coctu difficilior exiſtat.

Θέρμος δὲ ἥκιστα τουτέων κακὰ ἔχει.

*Lupinus inter hæc minimè mala habet.*

Vocabulū hoc ἥκιστα, id eſt minimè, vocabulo huic μάλιστα, id eſt maximè, contrarium hîc indicat. lupinum auté minimè prædictorum omnium ait habere mala.

Σιλφίου δὲ καυλὸς καὶ ὀπὸς, ἔστι μὲν οἷσι μάλιστα, τοῖσι δ᾽ ἀπείροισιν οὐ διέρχεται τῇ κοιλίῃ, ἀλλὰ καλέεται ξηρὴ χολερή.

*Silphij tum caulis tum ſuccus nonnullis quidem maximè. inexpertis uerò per uentrem non deſcendit. nominatnr autem hoc malum cholera arida.*

Silphij radicem homines æquiuocè cum tota herba vocare conſueuerunt. hanc & herbæ ſuccum inexpertis, id eſt inaſſuetis ſiccam generare cholerā ait. ſed quænam ea ſit pòſt paulò ipſe docebit, ita inquiens: ab arida cholera venter inflatur, & ſtrepitus inſunt. Patet ergo ſpiritum flatuoſum ex ſilphij ingeſtione colligi in ventre. eſt enim acre & æſtuoſum. quídnam autem ſignificet vocabulum hoc, nonnullis nihil ex dictione eſt manifeſtum. atq; ob id explanaturus quiſpiam quod maximè probabile videbitur, id eſſe adfirmabit. Nempe in talibus dicere quod ex ratione eſt incertum exiſtit.

Μάλιστα δὲ γίγνεται ἢν μετὰ πολλοῦ τυροῦ μιχθείη, ἢ κρεηφαγίης βοείων κρεῶν.

*Maximè autem id fit ſi cum multo caſeo, aut bubularum carnium edulio miſceatur.*

Siccam ab eo vocatam choleram ait, maximè his fieri qui ſilphiũ ſimul cum caſeo multum ingeſſerunt, aut cum carne bubula. Nempe flatus qui ex ſilphio oritur, cũ opplentibus & tardè penetrantibus eduliis mixtus manet in ventre & non deſcendit.

Τὰ μὲν γὰρ μελαγχολικὰ καὶ παροξυνθείη ἂν παθήματα, ὑπὸ βοείων κρεῶν ἐδωδῆς· ἀνυπέρβλητος γὰρ ἡ φύσις αὐτῶν, καὶ οὐ τῆς τυχούσης κοιλίης καταπέψαι.

*Bubulæ etenim carnes ſi edãtur, melancholica proritant pathemata, nempe harum natura inſuperabilis eſt. Nec quiuis uentriculus eas concoquere poteſt.*

Agebat quidem de ſilphij virtute: ſed bubularum carnium eſum ſupermiſcuit, factóq; ad eas trãſitu pathemata melãcholica ab ipſis bubulis carnibus proritari ait: deinde geminas aſſignãs cauſas, hoc ait: nẽpe natura harũ inſuperabilis eſt. vſus eſt igitur hac cõiunctione, nempe: eorũ modo qui dictorũ cauſas referunt, non tamen cur à bubulis carnibus melancholica proritentur pathemata cauſam dixit, quanquam aliam quampiam cõmuniorem dixerit, qua ſcilicet natura ægrè conficiatur & valida ſit. Natura ſiquidem eſt inſuperabilis, quam nullus ſuperauit.

Βέλτιστα δ' ἂν ἀπαλλάσσοιεν, εἰ διεφθοισί τε χρέοιντο, καὶ ὡς παλαιοτάτοισι·

*At optimè liberabuntur qui coctis utentur & perquam uetuſtis.*

Hæc quoque ſermonis textura vniuerſaliorem habet admonitionem, non in melancholicis: nam bubulis carnibus & coctis, & vetuſtis vti præſtat, ſicuti & aliis omnibus quæ difficulter cõcoquuntur. At impropriè voce hac βέλτιστα, id eſt optimè eſt vſus. neq; enim melãcholico laborantes morbo, neq; homo alius quiſpiam vel ſanus vel ęger optimè liberatur bubulas carnes & coctas & vetuſtas ingerens. nempe inter omnia quæ eduntur, hæ nõ bonam præſtant alimoniam. bene tamen talia ingerentes, cæteris

minus

minus lędũtur. ſi ergo pro voce hac βέλτιστα, dixeris ἥκιστα, id eſt minimè, ſermonem reddes integrum.

Αἴγεια δὲ κρέα, ὅσα τε ἐν βοείοισιν ἔνι κακὰ, ἅπαντ᾽ ἔχει, τήν τε ἀπεψίαν, καὶ φυσωδέστερα καὶ ἐρυγματωδέστερα, καὶ χολέραν ποιέει. ἔστι δὲ τὰ εὐωδέστατα στερρεὰ, καὶ ἥδιστα, μὴ ταῦτ᾽ ἄριστα ἑφθά τε καὶ ψυχρά. τὰ δ᾽ ἀηδέστατα, καὶ δυσώδεα καὶ σκληρὰ, ταῦτα κάκιστα, καὶ τὰ πρόσφατα.

*Caprinæ carnes quæ in bubulis mala ſunt, omnia habent, & cruditatem, ſuntq́; flatuoſiores, & ructus magis generant, & choleram pariunt. Verùm quæ odoratiſsimæ, ſolidæ & ſuauiſsimæ, nõ hæ optimæ tum coctæ tum crudæ: quæ uerò ſuauitate carent, malè olent, & duræ ſunt, hæ peſsimæ, & recentes.*

Cur caprinæ carnes bubulis vitioſiores ſint, cauſam hoc in loco dixit. nempe cum coctu difficiles bubularum modo exiſtant, flatuoſiores etiam ſunt & ſæpius mouent ructus qui malam habeant qualitatem. Cùm igitur bubulis & acriores & calidiores ſint, ſi incoctæ maneant, choleram pariunt. qua efficitur ratione vt frigidas eas magis quàm calidas eſitare oporteat.

Βέλτιστα δὲ ἐν τῇ θερινῇ· μετοπωρινῇ δὲ κάκιστα·

*Optimæ autem ſunt æſtate, autumno uerò peſsimæ.*

Optimas eſſe ait caprinas carnes, inter ſe quidem non cum cæteris comparatas. oportebat igitur quantũ ad anni tẽpus pertinet, vicioſiſſimas ob temperaturã eſſe. Contingit autem capris tempore æſtiuo meliorẽ eſſe alimoniam, quomodo praua ſunt quę herbas vorant animalia, vbi viridem herbam nõ amplius habeant. Capris autem maximè idoneam præbent alimoniam germina arborum cauleſque, quos à fine veris æſtas largiter & copioſè habet. Quòd autem alimonia ad carnis bonitatem plurimum

 poſſit,

poſſit, poteſt ex vulpibus certior fieri, qui autumno probatiſſimam ob vuas habent carnem. ſic paſſer & ficedula maximè laudabilem habent carnem. Autumno igitur capræ nutrimento idoneo deſtitutæ tum deterrimam, tum perquam gracilem habent carnem: hyeme autem meliorem cõſequuntur ſanguinis habitum, naturalem intemperiem à temporis temperatura corrigentes.

Χοίρου δὲ πονηρὰ, ὁκόταν ἢ ἐνωμότερα ἢ περικαῆ· χολώδεα δ᾽ ἂν εἴη καὶ ταρακτικά. ὕεια δὲ βέλτιστα τῶν κρεῶν πάντων. κράτιστα δὲ, τὰ μὴ ἰσχυρῶς πίονα, μήτε λεπτὰ, μήθ᾽ ἡλικίην ἱερείου παλαιοῦ· ἐσθίειν δὲ ἄνευ τῆς φορινῆς, ἢ καὶ ὑπόψυχρα.

*Porcelli carnes prauæ ſunt, cùm uel crudiuſculæ, uel ambuſtæ fuerint. nempe ſunt tum bilioſæ, tum turbatoriæ. Suillæ autem carnium omnium optimæ ſunt. præſtantiſſimæ uerò quæ non admodum neque pingues, neque graciles ſunt, nec uictimæ ueteris ætatem ſunt aſſecutæ, edendæ uerò ſunt detracta pelle & frigidiuſculæ.*

Χοίριον propriè appellabant veteres porcum valde paruum, vt apud poetã reperitur, ἔσθιε νῦν ὦ ξεῖνε τά δὴ δμώεσσι πάρεστι χοίρε᾽, ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσι, id eſt, veſcere nunc ô hoſpes, ſeruorum cibus porcelli ſunt. Proci etenim pluſquam abſolutos edunt ſues. Non ſanè video quo pacto ſialos ederent proci (nam ſialos veteres appellabant ſues eos qui abſolutos perfectóſque ſupra eſſent) niſi quòd & ignariſſimi eſſent dignoſcendorum, tum eorum quæ facilè concoquuntur, tum ſuauium eduliorum. quales & ſeſe oſtendebant cum ventres caprarũ pinguium & ſanguine plenos eſitarent. quo ſanè quod difficilius concoquatur, edulium reperies nullum. Caro autẽ optima tum ad ſuauitatem tum ad cõcoctionem eorũ eſt, qui mediam ætatem ſunt aſſequuti, hæc item ſanguinem

bonum

bonum gignit:veluti deterrima eſt porci vetuſtiſſimi, atque eius qui confeſtim à partu voratur porcelli. Nempe hi terreſtrium ferè omnium quę vorant homines animalium maximè humidam obtinent carnem. atque ob eam rem cùm nuper genitorum caro exuperanter humida ſit, plurimã inde generat pituitam:& ſi ſubcruda fuerit, multò adhuc magis. Simili quoq; ratione pinguiſſimam ſuum carnem ea quam medij & benè carnoſi habẽt deteriorem exiſtimat, ſuſpectam habẽs ipſius humiditatem. ob quam pinguitudo omnis carne ſui generis deterior tum ad concoctionem tum nutritionem exiſtit. Quæ autem ob aſſationem ambuſtæ ſunt, tum ad ſucci bonitatem tum ad cõcoctionem ſunt inhabiles, choleramque pariunt propter eam quæ his accedit acrimoniam. Nempe ea choleroſorum eduliorum communis eſt malitia, cùm & humida & acria fuerint. Talia ſiquidem ſimiliter corrumpuntur, ſuáque acrimonia vaſorum eorum, quæ ad ventrem decumbunt ora remordent, atque fluxionum earum quæ ex toto corpore in eum fiunt, cauſæ efficiuntur. Quòd autem porcelli abſque pelle, id eſt abſque cute edendi ſint, nemo ignorat. Non enim cutis animalis carni ſimiliter concoqui nata eſt, vtpote quòd frigidior exiſtat. frigidiuſculos quoque & hos manifeſtè edendos præcipit, calidas omnes carnes veritus, ac fortaſſe calidas frigidiuſculis tum æſtuoſiores, tum flatuoſiores eſſe exiſtimans. Ego autem in caprinis carnibus & quæcunque alia natura calida ſunt, ſermonem admitto. in moderatis verò tum caliditate tum frigiditate, cuiuſmodi ſuillę carnes ſunt, ſimpliciter indiſcretè ita dici nõ admitto. Nempe & qui diſtinxerit, calidæ frigidis idoneæ magis erunt.

χολῆς δὲ ξηρῆς ἡ γαστὴρ περιφύσηται, καὶ ψόφοι ἔνεισι, καὶ ὀδύνη πλευρέων καὶ ὀσφύος· διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ᾽ ἀπεστέγνωται.

*Ab arida cholera uenter inflatur, ſtrepitus fiunt, & dolor tum laterum, tum lumborum, nihilque aluus deiicit, ſed adſtringitur.*

Choleram ſimpliciter ab hominibus appellatã ab arida per

da per humiditatem diſtinguit. in vtraque autem, nomine cõmuni eſt vſus, generationis modum qui communis eſt reſpiciens. Vt enim cholera humida ab acribus oritur humoribus, qui ex eſorum corruptione prodierunt: ſic arida ex ſpiritu flatuoſo acri. Quo fit vt quæ prope ventrem ſint neruoſa corpora mordeantur intendanturque, & dolorem pariant. At cum ſpiritus hi poſſint interdum quidem retineri, interdum & exire, aridam propter retentos ſpiritus generari choleram aſſerere non poſſum. nam probabilius fuerit ita appellare quæ penetrant & egeruntur.

Τὸν τοιόνδε διαφύλαξον ὅπως μὴ ἐμῆται, ἀλλὰ κοιλίη ὑπελεύσηται. κλύσον οὖν ὅτι τάχος θερμῷ καὶ ὡς λιπαρωτάτῳ, καὶ ἐς ὕδωρ ἀλείφων ὡς πλεῖστον κάθιζε θερμὸν, ἐν σκάφῃ κατακλίνων, καὶ τοῦ θερμοῦ κατὰ μικρὸν παράχεε, καὶ ἢν θερμαινομένῳ αὐτῷ ἡ κοιλίη †ὑπίῃ, λέλυται.

Τῆπίῃ.

*Ita adfectum ne uomat ſeruato, uentérque ſubducatur. Clyſterem itaq; mox ex calido & perquam pingui adhibebis. perunctúmque in calidam demittes & quamplurimam, in ſcapha reclinans, & calida ſenſim perfundes: & ſi calfacto uenter ſubducitur, morbus ſolutus eſt.*

Quamcitiſſimè clyſterem exhibere & vomitum prohibere præcepta ſunt cõmunia omniũ quæ in ventre pręter naturã continentur, & quæ vt excernantur apprimè contendimus: ſimili modo & calidum exhibere clyſterẽ. prouocat ſiquidem calidum, & frigidum reprimit. Clyſma autem pingue aridam propriè ſanat, quoniam & virtute cõtrarium eſt, ſiccitatem nimirum humectans, morſusque leniens. Eundem habes ſcopum ſi in ſcapha fouẽdo cùm aqua tum oleo, & calfacis & mitigas ſolarisque.

Ξυμφέρει δὲ καὶ ἐγκοιμᾶσθαι τῷ τοιῷδε.

Confert

*Confert quoque & huic dormire.*

An eum dum in ſcafa fouetur, dormire velit, an ſine illa, non conſtat. Quòd autẽ ipſum dormire per ſe cruditatibus omnibus maximo remedio ſit, conſideranti patet.

Καὶ πίνειν οἶνον λεπτὸν καὶ παλαιὸν, καὶ ἀκρητέστερον·

*Bibere item uinum tenue, & uetus, & meracius.*

Vinum quidem exhibet vt concoctioni adiumento ſit, ſed tenue, vt in ventre non moretur: vetus verò & meracius, vt calfaciat magis. vinũ ſiquidem omne habitum calefacit, magiſque quod vetus eſt.

Καὶ ἔλαιον δίδου, ὥστε ἡσυχίῃ, καὶ ἡ κοιλίη
† ὑπίῃ, καὶ λέλυται. † ἥπίη.

*Oleum quoque dabis ut quieſcat, & uenter ſubducatur, & ſoluitur morbus.*

Oleum quæ acria ſunt lenit, placatque & ſiccitatem emendat. ventremq; moderatè ſubducit. quibus omnibus ei qui curatur eſt opus.

Σιτίων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀπεχέσθωσαν·

*A cibis autem atque aliis abſtineat.*

Si corpori nihil deſit, nullaque apponendi premat neceſſitas, & cruda quædam coctionis indiga contineantur, his requie eſt opus, & non cibariis priuſquam contenta mediocriter concoquantur.

Ἢν δὲ μὴ ἀνῇ ὁ πόνος, ὄνου γάλα δίδου πίνειν ἕως καθαρθῇ·

*Verùm ſi dolor non ceſſauerit, lac aſinæ bibendum donec purgetur dabis.*

Si feceris quod dictum eſt & dolor non ſoluatur, contriſtãtis cauſæ maiorem eſſe acrimoniam exiſtimandum, atque ob id corpus purgare oportet. lacte aſinæ vtendum præcipit, quòd purgantia inter medicamenta omnia mitius tranquilliúſque exiſtit, id quoque & lacte omni humidius eſt, & ventrem magis ſubducit.

Ἢν δὲ

Ἢν δὲ ὑγρὴ ἡ κοιλίη ᾖ, καὶ χολὴ ὑποχωρέῃ, καὶ στρόφοι, καὶ ἔμετοι, καὶ πνιγμοὶ, τούτοισι κράτιστον ἀτρεμίζειν, πίνειν δὲ μελίκρητον καὶ μὴ ἐξεμέειν.

*Si uenter liquidus fuerit, bilisque excernatur, uexéntque tormina, & uomitus & ſuffocatio, quieſcere his eſt optimum, mulſam bibere, & uomere.*

An de arida adhuc cholera agat, an per ſe hæc intelligenda ſint, non ſatis conſtat. ſed quocunque res ierit, contineri in ventre videtur bilis quæ acris & elui contumax ſit. Ventrem autem moderatè ſubducere, atque quæ in ventre continentur concoquere molitur. Subducetur autem mediocriter aqua mulſa, & per requiem concoctio fiet. Qui autem in adfectionibus huiuſmodi ſæpius valenter auxiliatur, is cacochymiam valente medicamento affatim expurgat, vires contemplatus, ægri habitum, anni tempus, ætatem, & conſtitutionem aëris. Quod autem in fine dictionis dicitur: mulſam bibere & vomere: quaſi ſuperiorem ventrem expurgari author voluerit, dictum eſt. melior autem ſcriptura alia cum aduerbio, non. Nempe mulſa detergendi pollens facultate, quæ corrupta ſunt in naturalem dirigit viam, idque citra oris ventris tum læſionem, tum periculum, quæ per vomitum contrahi poſſunt.

Ὑδρώπων δύο φύσιες· ὧν ὁ μὲν ὑποσαρκίδιος, ἐγχειρέων γίνεσθαι ἄφυκτος· ὁ δὲ μετ᾽ ἐμφυσημάτων πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος, μάλιστα δὲ ἀπὸ ταλαιπωρίης, καὶ πυρίης, καὶ ἐγκρατείης. ξηρὰ δὲ καὶ δριμέα ἐσθιέτω, οὕτω γὰρ ἂν οὐρητικώτατος εἴη, καὶ ἰσχύοι μάλιστα. ἢν δὲ δύσπνοος εἴη, καὶ ἡ ὥρη ἐαρινὴ ἐοῦσα τύχῃ, καὶ ἡ ἡλικίη ἀκμάζῃ, καὶ ῥώμη ᾖ, ἀπὸ τοῦ βραχίονος αἷμα ἀφαιρέειν, εἶτα θερμοὺς ἄρτους ἐξ οἴνου μέλανος, καὶ

ἐλαίου

ἐλαίου ἀποβάπτων ἐσθιέτω, καὶ ὡς ἐλάχιστα πίνων, ὡς πλεῖστα πονεέτω, καὶ κρέα ὕεια σαρκώδεα ἐσθιέτω μετὰ ὄξεος ἑφθὰ, ὅκως πρὸς τὰς προσάντεας περιπάτους ἀντέχῃ.

*Hydropum duæ ſunt naturæ, quorũ hypoſarcidius quidem ſi hominẽ aggreditur, uitari non poteſt: alter autẽ ex flatibus conſtat, multáq; & bona indigens fortuna, curatúrque tolerantia, fotu & cõtinentia. Sicca autem & acria edat. ita enim maximè tum minget, tum ualebit. ſi difficulter ſpirauerit, fuerítque anni tempus æſtiuum, & floruerit ætas, uiribúsque fuerit ualentibus, ſanguinem à brachio tolles. deinde calidos panes ex uino nigro & oleo tinctos dabis. ísque quamminimè bibat, & quamplurimum laboret. ſuillámque edat carnoſam, ex aceto coctam, ut aduerſus arduas reſiſtat obambulationes.*

Sunt qui non hypoſarcidium, ſed epiſarcidium ſcribant. neque tamen anaſarca & cataſarca alicubi ſcriptum reperi, quanquam recentiores ita nominent. Cùm autem hydropum naturas duas eſſe dixerit, atque de poſteriore quidẽ flatus citra quoduis aliud ſymptoma ſcripſerit, de priore verò nihil omnino, non ſolum in aliquo confuſus videtur, verùm quoque & in hydropum differentiis falli videtur. Quidam ergo ex medicis quatuor hydropum differentias eſſe adfirmant, à iuſto recedentes: aduerſus quos verba impræſentiarum facere tempeſtiuum non eſt, verùm qui hæc ſcripſit manifeſtè defecit. Nempe hydropum vnus humidi ſubſtantia tenuis copiam in tota inferiore thoracis regione aceruat, quam aliquando perpungentes humidum euacuamus. Alter locum hunc non aqua, ſed ſpiritu & ferè ſuperiora omnia tumentia: hunc tympaniam appellant. qui autem habitum totum pituitę plenum habet, eum hypoſarcidium nonnulli appellant.

quo

quo fit vt non exactè duas hydropum eſſe naturas dixerit, neque etiam rectè protulit ἐγχειρέων γίγνεσθαι, id eſt ſi aggreditur. nam verius dixiſſet ita ſcribens: interficit autem protinus hydrops poſteaquã factus fuerit. ſcripta eſt autem ita dictio: ſed perperam ſcripta ab eo qui primùm ſcripſit. Alterius ſanè hydropum quem ex flatu conſtare ait, ſanationem ſcribit, quæ profectò hydropum omnium quod commune eſt habet. Principio autem ſcripſit tolerantiam, fotum & temperantiam, calida & ſicca comedere admonens: quod ſolius anaſarca eſt, quem vt inſanabilem pertermiſit. Nempe hic ſolus cùm incipit eget interdum ſanguinis detractione. cùm ſcilicet ex retentione vel hæmorrhoidis, vel muliebriũ, vel ex quapiam quæ ita plethorica ſit cauſa inceperit. Tympaniã verò & aſciten nullus per ſanguinis miſſionem ſanare auſus eſt. in eo igitur qui ſanguinis detractione indiget fiat quæ ſubſequens eſt curatio, quæ ſcilicet calfacit & ſiccat. Sanè libri huius authorad id quod expedit intentionem direxiſſe videtur, non tamen rectè dixit. ſi difficulter ſpirauerit æger, ſanguinis eget detractione, ſi non propter plethoram hydropem incurrat, prope ſcilicet ad extinctionem accedente naturali caliditate, vt igni cõtingit. Nempe vt ignis prope extinguitur immiſſis lignis tum humidis, tum multis, niſi quis multitudinem ſuſtulerit, ſic & in frigidiore ob copiam ſanguine, vbi calor natiuus propè extinguitur, præſentiſſimum eſt remedium ſanguinis miſſio, quo tempore periculum ita præhenderit. Perperam quoque dictioni apponitur: fueritque anni tempus æſtiuum. nempe plus minus auferendi ſanguinis alia quędam ſcopi eſſe dicta ſunt, ſicuti & anni tempus: auxilij verò huius, affectionis natura. Quidam autem vt & Dioſcorides non æſtiuum anni tempus ſcripſerunt, ſed vernũ virtutis exolutionem æſtate adfuturan ſuſpicati, hyeme verò adfectioni refrigerationem. Vulgariter autẽ & ineptè admodum panes calidos ex vino nigro & oleo ei cui ſanguis eſt detractus exhibet, ſcopum quidem verum roborandæ virtutis habens, vt exercitationum tolerantiis ſufficere poſſit: Sed materiam ſcopi dignam non inuenit. vinum etenim nigrum ſanguinem plurimum generat, ſed tantum vt

& ſuperfluus ſit, & melancholicus fiat. Verùm melius eſt vinum huic dare fuluum, tenue quidem ſubſtantia vt vrinas moueat, ſed non ætate nouum quomodo ſanè multis cõtingit. Vinorum etenim nouornm nullum eſt fuluum: ſed vel album, vel rubrum vel nigrum: vetuſtate autem fiunt & fulua, & flaua. Atqui quàmminimum bibere & quàmplurimum laborare rectiſſimè eſt dictum. Nempe talis viuẽdi modus calfacit & ſiccat. Suillæ carnes ſi quo dictum eſt modo edantur, florentibus ætate & validis dari poſſunt. Cæterorum autem nullus eas probè coquere poteſt. vtpote qui iam propè eſt vt caloris natiui patiatur extinctionem. Melius ergo ita adfectis dare quæ probè coquent.

ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι, καὶ δριμέα τὰ ὑποχωρήματα καὶ ἀνώμαλα διέρχεται, ἀπὸ συντήξεως αὐτέοισιν· ἢν μὲν δυνατοὶ ἔωσιν, ἐλλεβόρῳ τῷ λευκῷ ἀντισπάσαι. ἢν δὲ μὴ, ὁ χυλὸς τῶν σιτανείων πυρῶν παχὺς, ψυχρὸς, καὶ τὸ φάκινον ἔτνος, καὶ ἄρτοι ἐγκρυφίαι, καὶ ἰχθύες πυρέσσοντι μὲν ἑφθοὶ, ἀπυρέτῳ δ᾽ ὀπτοὶ, καὶ οἶνος μέλας ἀπυρέτῳ· ἢν δὲ μὴ, ὕδωρ ἀπὸ μεσπίλων, ἢ μύρτων, ἢ μήλων, ἢ ὄων, ἢ φοινικοβαλάνων, ἢ οἰνάνθης ἀμπέλων·

*Qui uentrem inferiorem calidum habẽt, ſubeuntq́; acres deiectiones & inæquales, hi à colliquatione id patiuntur. qui ſi ualentes fuerint, reuelles helleboro albo: ſi non, cremorem tritici trimeſtris craſſum frigidúmque dabis, & ex lente fracta decoctum, panémque ſubcinericium, & piſces febrientibus quidem elixos, non febrientibus uerò aſſos. Vinum prætereà haudquaquam febrientibus nigrum dabis, aliis uerò*

*aquam*

*aquam aut à meſpilis, aut malis, aut myrtis, aut ſorbis, aut palmulis, aut uitium œnanthe.*

Excrementa his ob inuſtionem non ob colliquationẽ ſubire propriè magis dixiſſet. Nam colliquatio in eo fit abſumpta cõtabefactáque propter febrem malignam vel pinguedine vel molli carne. Inuſtio vero in ventre oritur propter acrem eorum quę ingeſta ſunt caliditatem, ob quam & febrire contingit. Helleborum præterea huic album exhibet. Hoc ſiquidem oſtenſum per hoc verbum ἀντισπᾶσαι, id eſt reuellere: quòd per ventrem ſuperiorem. Si verò æger quauis ex cauſa non poſſit helleborum adſumere, viceritque acrimonia, pocula dare iubet tum adſtringentia tum refrigerantia. Adiicit autem eduliis & quæ exſiccare poſſunt, veluti panes ſubcinericios, atque aſſos piſces. His ita & non ſine ratione enuntiatis quemnam ventrem inferiorem dicat, eſt contẽplãdum. Veteres enim thoracem interdum ventrem ſuperiorem appellantes, alimenti receptaculnm omne quod à ſepto tranſuerſo eſt ventrem inferiorem nominant. Interdum autem ventrem ſuperiorem appellantes in quem cibi adſumuntur, quæ ab eo ſunt omnia ventrem inferiorem vocitant. Interdum quoque & ſola quæ craſſiora ſunt inteſtina: ſunt qui colon duntaxat ventrem inferiorem vocent. Forſan igitur quæſiuimus quámnam vel quáſnam ex prædictis particulis probabilius impræſentiarum intelligere ſperabamus, ſi effatu dignum quippiam percepturi eramus: ſed quoniam horum inuentio nihil nos admonet magis quàm ea quæ ipſi & ſcimus & diſcernimus, quòd nonnulla quidem rectè dicta ſunt. nonnulla verò non, cognitioniſque curioſitatem magis quàm commoditatem habent, melius eſt citò relinquere, & potiſſimum cum huiuſmodi liber Hippocratis legitimus non ſit.

Ἢν δὲ πυρετὸς μὴ ἔχῃ καὶ στρόφοι ἔωσι, γάλα ὄνειον θερμὸν ὀλίγον παρὰ πότον, ἔπειτα ἐκ προσαγωγῆς πλεῖον, ἢ λινόσπερμον, καὶ πύρινα ἄλφιτα, καὶ τῶν αἰγυπτίων κυάμων ἐξελὼν τὰ πικρὰ, καταλεπίσας ὑποπάσσων πινέτω, ἢ ὠὰ ἡμιπτὰ

μὴ παρέῃ, ἐσθιέτω ὀπτὰ, καὶ σεμίδαλιν καὶ κέγχρον, καὶ χόνδρον ἑφθὸν ἐν γάλακτι, ἑφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, καὶ ποτὰ καὶ ἐδέσματα προσφερέσθω.

*Si uerò febris non fuerit, uexéntque tormina, primùm quidem lactis aſinini calidi pauxillũ, deinde ſenſim plus bibat, & lini ſemen, & triticeam polentam remixta hordeacea, & ſparſa adempto amaro faba Aegyptia decorticata, uel oua ſemiconcreta edat aſſa, & ſimilam & milium, & chondrum ex lacte cõcoctum, cocta frigida edat, atque his ſimilia tum pocula tum edulia ingerat.*

Quamplurimi exponentium, conuenientius hæc cum prædictis componũt, præſentem ſermonem adhuc de his qui calidum habent ventrem inferiorem fieri exiſtimantes, alij & pauci ſeparant, ſeorſumque exponunt: ſcopúſque his eſt vt interdum quidem cacochymiam expurgét, interdum verò & contemperent infrenéntque, interdũq; ſiccent, & interdum refrigerét. lac ergo aſininum expurgare poteſt, & cõtemperare, lini ſemen tum exiccare tum refrigerare. Quæ autem ex tritico conficiuntur polentæ contemperant, quibus non perperam remiſcentur hordeaceæ, vtpote quæ ſiccent & refrigerét. Fabæ Aegyptiæ mediocriter refrigerare poſſunt. Oua autem & ſimilia & chondrus craſſi ſunt ſucci & boni, & humorum acrimoniam infrenant: ſiccat autem in edulio milium, quo refrigerat modo. Omnia hęc frigida exhibet, propter humorũ qui adfectum procreant tum acrimoniam tũ caliditatem.

Τῆς διαιτητικῆς ἐστι μέγιστον, παρατηρεῖν καὶ φυλάσσειν, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀξέσι καὶ ἐν τοῖς μακροῖσιν ἀῤῥωστήμασι, καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν, καὶ τὰς ἀνέσιας, ὥστε τοὺς καιροὺς διαφυλάττειν, ὁπότε μὴ δεῖ τὰ σιτία προσενεγκεῖν,

καὶ ἀσφαλέως, ὁκόταν δέῃ προσενεγκεῖν, εἰδέναι· ἔτι δὲ ὁκόταν πλεῖστον ἀπέχωσι τῆς ἐπιτάσιος·

*Eius medicinæ partis quæ uictu medetur, maximũ eſt febrium tum intenſiones tum declinationes non in acutis modò morbis, uerùm quoque & in longis obſeruare, ut tẽpora quibus cibi offerendi non ſunt, & quibus tutò offerendi exiſtunt, cognoſcas, atque adhuc quando plurimum ab intenſione aberunt.*

Artis ciborum exhibendorum maximum eſſe ait, particulare cibi porrigendi tempus noſſe, ſcopúmque vnum ait quòd ſcilicet tempus illud quo cibus exhiberi debet plurimum abſit à febris intentione quam ἐπίτασιν dicit, acceſſionis principiũ intelligẽs, id autẽ nõ in diuturnis ſolũ, ſed in acutis quoque verũ eſſe videtur. ſed quare lõgis in morbis adiecit? nẽpe quòd in his magis & forſan ſolis euidẽs ſit ſcopus. In acutis etenim morbis depræhenſa in pedibus caliditas cibi tempeſtiuè offerendi ſignum ſufficiẽs fuit, nõ tamen in lõgis ita nutrire oportet, ſed optima declinatiõis pars eſt expectãda, quod in acutis haudquaquã eſt expectãdũ, timore cito futuræ acceſſiõis. ſunt qui dictionẽ hãc ita ſcribãt: eius medicinæ partis quæ victu medetur maximũ eſt vt in acutis, ita & in lõgis obſeruare, & ſcire quãdo cibũ dare oporteat, alij finẽ huius dictiõis: atque adhuc cum plurimum à febris intẽſione aberunt, cognoſcere oportet, vt præter cætera quæ nos in ægro contemplari voluit & id admoneat. Quòd ſi quis id perquirat & nõ particulari tempeſtiuè cibãdi inuentioni copulet, id importunũ eſſe de alimonia pręceptum, atque re nulla dignum videtur.

Εἰδέναι δὲ τοὺς κεφαλαλγικοὺς ἐκ γυμνασίων, ἢ δρόμων ἢ πορειῶν, ἢ κυνηγεσίων, ἢ ἄλλου τινὸς πόνου ἀκαίρου, ἢ ἐξ ἀφροδισίων· τοὺς ἀχρόους, τοὺς βραγχαλέους, τοὺς σπληνώδεας, τοὺς λειφαίμους,

τοὺς

τοὺς πνευματώδεας, καὶ ξηρὰ βήσσοντας καὶ διψώδεας, τοὺς φυσώδεας, καὶ φλεβῶν ἀπολήψιας, ἐντεταμένους ὑποχόνδρια καὶ πλευρὰ καὶ μετάφρενον, καὶ τοὺς ἀπονεναρκωμένους, καὶ ἀμαυρὰ βλέποντας, καὶ οἷς ἦχοι τῶν ὤτων ἐμπίπτουσι, καὶ τῆς οὐρήθρας ἀκρατῶς διακειμένους, τοὺς ἰκτερώδεας, καὶ ὧν αἱ κοιλίαι ὠμὰ ἐκβάλλουσιν, αἱμοῤῥαγέοντας ἐκ ῥινῶν ἢ καθ᾽ ἕδρην σφοδρῶς, ἢ ἐν ἐμφυσήμασιν ἐόντας, ἢ πόνος αὐτοῖς ἐπιτρέχει σφοδρός, καὶ μὴ ἐπικρατέωσι, τῶν τουτέων μηδένα φαρμακεύειν· κινδυνώδη τε γὰρ ἕξεις, καὶ οὐδὲν ὀνήσεις, τάς τε ἀπὸ † ταυτομάτου ἀπαλλάξιας καὶ κρίσιας ἀφαιρήσεις. † τῶν αὐτομάτων

*Cognoſcere aũt et eos oportet ꝗ capite dolẽt, uel ob exercitatiões, uel curſum, uel iter, uel uenatũ, uel quẽuis aliũ importunũ laborẽ, uel uenerea. Decolores itẽ, raucos, lienoſos, exãgues, ſpirituoſos, aridè tußiẽtes, ſiticuloſos, flatuoſos, & uenarũ interceptiones. Huc adde quibus extẽta ſunt tũ hypochondria, tũ dorſum, tũ latera, torpẽtes, obſcure uidentes, eos quibus auriũ tinnitus moleſtus eſt, eos qui urinas nõ cõtinent, morbo laborãtes regio, quorũ uẽter cruda egerit, ſanguinẽ è naribus uel ſede uehemẽter profundẽtes, inflatos, & quos uehemens fatigatio infeſtat: nulli etenim horũ niſi ſuperuicerint, medicamentum exhibebis. nam periculo ægrum expones, nihilq; iuuabis, ſpontaneáſque tum permutationes tum iudicationes adimes.*

Quòd inordinatè & præparationis ad cõmentationem modo omnia hoc in libro ſcripta ſint, cuiuis patere arbitror. Multa ſanè vt dixi in hoc bene dicta ſunt, ob quę ad

ea que dicta ſunt, non rectè quidam animo & ſtudio incubuerunt, magíſque qui ſibi cõſcij fuerũt, veluti diſcretoria eorum quæ ſcribuntur ſcientia carentes. Quæ ergo hac in dictione dicuntur, catalogum habẽt eorum qui vt medicationem recipiant idonei non ſunt. καθαίρεσθαι autem, id eſt purgari & φαρμακεύεσθαι, id eſt, medicamento purgante vti idem ſignificãt, vt φαρμακεύειν, & καθαίρειν. videamus ergo quibúſnam ab initio purgationem interdicat. Capite dolẽtes recẽſet vel ob exercitationes, vel alium quemuis importunum laborẽ. ſummatim itaque eos intelligens qui ex intempeſtiuis laboribus capite dolent, haudquaquam expurgabis. Labores autem intempeſtiui importuníque omnino ſunt, quos præſens hoc tempore corporis adfectio ferre non poteſt. Admonebo autem rete impræſentiarum rei quæ ad multa eſt vtilis: quam ſemper in memoria haberi velim. Corpore igitur noſtro ad morboſam adfectionem parato ita vt propè cõpleta ſit, externum quippiam obueniẽs eã affectionem manifeſtauit, febrem videlicet accendens, vel capitis dolorem, vel catarrhum, vel tuſſim excitans, vel aliud quod tale ſit, deinde ex hoc continenter ad morboſam adfectionis præparationem non ſine periculo languent, neque curſu morbum excitante, vel vehemẽti omnino motione, vt neque intemperantia vel refrigeratione, vel alia quauis ſimili cauſa. nihil etenim horum ſuapte natura vehementem generare langorem poteſt. Nam ſi febris ab aliquo horum fiat, hæc ex diariarũ genere erit: aut ſi ſymptoma aliquod aliud generetur, id ſæpius pauco edurabit interuallo. Et ſanè vt retuli propter corporis diſpoſitionem, vnúquodque horum non morbi cauſa ſed πρόφασις, id eſt occaſio redditur. nempe huiuſmodi cauſas propriiſſimè quis appellauerit προφάσεις non ſimpliciter euidentes & manifeſtas, vt hi ſæpius vocare conſueuerunt, cùm ab aliqua manifeſtarum cauſarum noxa in corpore euidens fuerit. ſi enim nulla alia corporis diſpoſitio adfuerit, neque morbus effatu dignus ſubſequetur, eiúſque quod in corpore fit detrimenti quod ipſum fecit, cauſa eſt. Sciueris itaque hoc in loco de his agi cauſis quæ non ſua ratione corpori adferunt detrimẽtum. Summa autem horum eſt vna quidem

dem

dem & prima, labores varij & particulares, curſus ſcilicet, luctæ, pancratia, venerea, fricatio, ęſtuatio, frigus, vigilia, ira, mœror & timor. Venereorum quidẽ meminit, verùm cætera ſubticuit, quanquam virtute eadem prædita forẽt. Nam quæ vt dictum eſt ſpiritum perturbãt, ea purgatione non egent, quòd morbus huiuſmodi à cacochymia cõtractus non ſit, ab his autẽ digreſſus indiciis author, quos prius dixit declarauit. Propriè autem ἀχρόους, id eſt decolores λειφαίμους, id eſt ſanguine carentes vocant: cóſque qui corpus aliter quàm ſecundum naturam ſit adfectum habent, κακοχρόους, id eſt mali coloris appellant. Hi èrgo decolores calfieri expoſtulant tum exercitationibus, tum vini facultate calidi potu, & cibis qui talem obtineãt facultatem. Raucos deinde ſubiungit. nempe & horũ humiditatem & frigiditatem ob delapſum ad guttur rheuma ſanare conuenit, exiccatis ſcilicet topicorum auxiliorum vſu tum capite tum cæteris quę adfecta ſunt mẽbris. Prętereà & lienoſos purgatione haudquaquam egere ait. quod nõ rectè dictũ arbitror, cũ lienoſis ſi aliis quibuſdã purganda ſint quæ nigra exiſtunt. Poſt lienoſos meminit λειφαίμων, id eſt eorum qui ſanguinis inopiã habent, etſi non apertè manifeſtéque fuerint decolores. Deinde mentionem de ſpirituoſis facit, ſiccè tuſſientibus & ſiticuloſis, obſcure ita loquutus vt non conſtet vtrúmne ſinguli horum ſeorſum intelligendi veniant, an hi tres unà compræhendendi. Neq; adhuc in ſingulis horum ſeorſum intellectis perſpicuus eſt ſermo, vt & antea iam eſt enunciatũ. Nempe πνευματώδεις, id eſt ſpirituoſos ſæpius eos duntaxat vocant, qui cum inſpirant, aëris indigent: interdum autem & inflatos: quorum vterque multas habet cauſas, quas omnes ſi percurrero, prolixior quàm par ſit ſermo eſt futurus, præter id quòd quidam ex his ſanguinis miſſionem exigere videntur, alij purgationem, & remedium aliud alij. Sic & aridè tuſſientes non adfectione vna fiũt, neque ſiticuloſi. Neque etiam impræſentiarum certiores fieri poſſumus, ánne de febrientibus ſiticuloſis ſermo ipſi ſit, an de non febrientibus, an de vtriſque. Quòd ſi vnius horum quę in aphoriſmis recẽſentur meminerimus, quod vniuerſale eſt tolletur. Dictum autem in aphoriſmis hoc

pacto: ſi nõ febriẽti inappetẽtia fuerit, oris vẽtriculi morſus, tenebricoſa vertigo & oris amaror, id per ſuperiora purgatiõe indigere ſignificat, ſi autẽ os amaricat, ſiticuloſi ſunt. Pari modo & quínã flatuoſi ab ipſo dicũtur haud ſcio, ſi videlicet cum venarũ interceptione flatuoſi effecti intelligendi ſunt, cùm ſint nonnulli qui per ſe legant: atque adeò ſingula dictionis huius poſſem trãſmutare, poſſemq; omnia quæ cognoſcere vtile ſit, citra librorũ multitudinem docere, veluti & de his quæ deinceps dicũtur. ait enim: quibus extenta ſunt tũ hypochõdria, tũ dorſum, tũ latera, obſcurè vidẽtes, eos quibus aurium tinnitus eſt moleſtus, & qui vrinas nõ cõtinẽt. Nẽpe in ſingulis his pathematis & cauſæ & adfectiones ſunt multæ, variiſque egẽt curationibus, quarũ profecto nõnullæ eã quæ per bilis eductoriũ medicamẽtũ fiat, purgationẽ expoſtulabũt. De his ergo omnibus, atq; adhuc de his quæ deinceps dicũtur nõ enũciationes indiſtinctas, ſed diſtinctiones doctrináſque tũ claras tũ lõgo rerum vſu probatas habes in noſtris tractationibus quas qui animo & cogitatione verſauerit, oĩa quę ab authore hoc recitãtur, diſcernere valebit, atque ſi partis meminerit, quam & legitimã & cõmodæ doctrinæ plenã cõfeſſi ſumus. In ea ſiquidẽ parte cum demõſtratione, & explanatiõe, & cõgruẽtibus diſtinctionibus ſcripta ſunt oĩa. Sed quę ita diſſeminata ſunt vt pręſens oratio, nihil iuuare poſſunt. Nẽpe ſi quis nũc ſingula horũ ſimpliciter & indiſtincte audierit, is multa aduerſus artẽ perperã molietur. Quòd ſi ſingula vt oportet diſtinxerit, primũ quidẽ nihil imprędentiarũ ad eorũ inuẽtionẽ iuuari deprę̃hẽdetur, deinde ad eã quæ de præſentibus ſit cõtẽplationẽ multis egere libris videbitur. Nec verò pleriſque hominũ ſuaderi poteſt vt aggrediãtur quidẽ ſola ea ſcripta quæ manifeſta ſũt, ea autẽ relinquãt quæ talia non ſunt. Nẽpe ſi curæ illis nõ fuit vt cognoſceremus quæ ſcripſerunt, vt & nos haudquaquã diligẽter adhæreamus ea quæ dicuntur tum quærentes tum diuinantes, par eſt.

Ἢν δὲ αἷμα τινὶ ξυμφερέει ἀφαιρέειν, στερεὴν ποιέειν τὴν κοιλίην, καὶ οὕτως ἀφαιρέειν, καὶ λιμοκτονέειν, καὶ οἶνον ἀφαιρέειν αὐτῷ. ἔπειτα

διαίτῃ

διαίτῃ τῇ προσηκούσῃ τὰ ἐπίλοιπα αὐτῶν, καὶ πυρίῃσι ἐμβρέγμασι θεράπευε.

*Si cuipiam ſanguinẽ auferre cõfert, uẽtrem cõfirmare oportet, & ita auferre: mox inediam præcipere, & uinũ tollere: deinde cõgruenti uictu fotibúſque humectis reliquam curationem abſoluere.*

Fluente aluo ſanguinẽ non detrahes. nam ſi poſt detractionem perſeueret fluor, virtutem proſternit. Inediã autem præcipere quibus detractus fuerit ſanguis, & vinum tollere rectè dictum eſt, vt & congruo vti victu: ſed fotibus humectis curare, ſi de omnibus quidem quibus ſublatus ſanguis fuerit, dicatur, id falſum eſt: ſi verò de aliquibus, dicere oportebat.

Ἢν δέ σοι κατάπυκνος ἡ κοιλίη δοκῇ εἶναι, μαλθακῷ κλύσματι ὑπόκλυζε.

*Si uerò uenter denſus adſtrictúſque tibi uideatur, mollem huic adhibe clyſterem.*

Dignũ conſcriptione quòd omnibus pateat, hoc nõ eſt.

Ἢν δὲ φαρμακεῦσαι, ἐλλεβόρῳ ἀσφαλέως, ἄνω κάθαιρε· κάτω δὲ μηδενὶ τῶν τοιούτων.

*Quòd ſi medicamento opus ſit, helleboro tutè ſurſum expurga, deorſum uerò talium neminem.*

Tanquã præfatus affectũ in quo hæc fieri iubet ſermonem facit tametſi nihil prædixerit: vel ergo exempta eſt quædã oratio, in qua oſtendebatur adfectus, vel obliuioſus fuit qui hæc ſcripſit, vel talis qualis ab antiquis appellatur μετέωρος. i. nondum fixo animo ſed ſuſpenſus.

Κράτιστον δὲ ἐς οὔρησιν καὶ ἐς ἱδρῶτας καὶ ἐς πολυπότους ἄγειν, καὶ τρίψει ἡσύχῳ χρέο, ἵνα μὴ πυκνώσῃς τὴν ἕξιν. ἢν δὲ κλινοπετὴς ᾖ, ἄλλοι τριβέτωσαν αὐτόν.

*Optimum autem eſt ſi urinæ cieantur, ſudores prouocentur inambulent, & tranquillè ita ſeſe perfricēt, ut non denſiorem reddāt habitum: quòd ſi in lecto iacuerint, perfricent eos alij.*

Scripſit quoque & hæc ita, tanquam adfectum prædixerit.

Καὶ ἢν μὲν ἐν τῷ θώρηκι ὑπὲρ τῶν φρενῶν λυπέῃ τὸ πάθος αὐτὸν, ἀνακαθιζέσθω ὡς πολλάκις, καὶ ἥκιστα περικλινέσθωσαν, ἐς ὅ, τι δυνατοί εἰσι, καὶ καθίζοντα ἀνατριβόντων πολὺν χρόνον πολλῷ θερμῷ· ἢν δὲ τῇ κάτω κοιλίῃ ὑπὸ φρένας ἔχῃ τὰ ἀλγήματα, ἀνακέεσθαι ξυμφέρει, καὶ μηδεμίαν κίνησιν κινέεσθαι τῷ τοιῷδε σώματι ξυμφέρει, ἔξω τῆς ἀνατρίψεως.

*Et ſi in thorace quidem ſupra ſeptum tranſuerſum infeſtet adfectio, reſideat frequentius qui adficitur, miniméque decumbat dum uires ualeāt, ſedentémque calido multo diu refricent: ſi uerò dolor uentrem inferiorem ſub ſepto tranſuerſo infeſtat, iaceat is (cōuenit enim) nullóque pacto corpus moueatur, ſecluſa etiam fricatione omni.*

Oratione ex hac quis coniecerit tum hæc, tum ea quæ præcedunt omnia de doloribus ſcripta eſſe. Prætermiſſa igitur principio dictionis ſunt hæc peccante primo libri huius ſcriptore & manente poſteà peccato, quam ob rem fieri non poteſt vt quiſpiam in his veritatem perueſtiget, etſi pluſquam temere in huiuſmodi tempus contererere videamur.

Τὰ δὲ ἐκ τῆς κάτω κοιλίης λυόμενα δι' οὔρων καὶ ἱδρώτων, ἢν ὀλισθῇ μετρίως, ἀπὸ αὐτοματισμοῦ λύεται τὰ μικρὰ, τὰ σφόδρα δὲ πε-

δὲ πονηρόν. οἱ τοιοίδε γὰρ ἢ ἀπόλλυνται, ἢ ἄνευ κακῶν ἄλλων οὐ γίνονται ὑγιέες, ἀλλ' ἀποστηρίζει, καὶ τὰ τοιουτότροπα.

*Quæ autem ex uentre inferiore ſoluuntur, tum per urinas tum per ſudores, ſi mediocriter per ſe delabuntur, quæ parua ſunt ſoluuntur, uehementia uerò pernitioſa ſunt: nempe tales uel intereunt, uel non ſine malis aliis ſaneſcunt. Nam eiuſmodi confirmari ſolent.*

Per talem hanc quoque dictionem coniicere licet de dolorum curatione omnia quæ ab ipſo antè ſcripta ſunt, dicta eſſe.

Πόμα ὑδρωπιῶντι. κανθαρίδας τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκάστης, καὶ πόδας, καὶ πτερὰ, τρίψας ἐν τρισὶ κυάθοις ὕδατος τὰ σώματα. ὅταν δὲ πονῇ ὁ πίνων, θερμῷ βρεχέσθω, ὑπαλειφόμενος δὲ πρότερον, νῆστις δὲ πινέτω, ἐσθιέτω δὲ ἄρτους θερμοὺς ἐξαλείφατος.

*Poculum hydropi. Cantharides tres abiectis ſingularum tum capite tum pedibus tum alis, in cyathis aquæ tribus terantur, atque cùm bibens laborauerit, calida perfundatur, ungatúrque prius. Ieiunus bibat, & panes calidos ex oleo uel pinguedine edat.*

Quidam dictionis huius mẽtem haudquaquam intelligens audax medicus, prædictas partes à cantharidibus abiecit, dedítque hydropi, cui cum à primo die abſceſſus in pulpa cruris comparuiſſet, poſt tres alios dies ſectus eſt, effuſaq; copioſa aqua curatus eſſe viſus eſt, quòd pars tumoris præter naturam plurima ſtatim ad moderationẽ redacta ſit: veruntamen non multis pòſt diebus obiit. quã ob cauſam medico quidam crimen ingeſſit, perperam data eſſe cantharidum corpora inquiens, nempe propinanda abla-

da ablatis corporibus tum caput tum pedes tum alas: idque eſſe quod in dictione enunciaretur, quare nō cunctatus audax ille medicus, hydropi alteri ita propinauit, moxque facto ſimiliter in femore abſceſſu, ſectóque multis pòſt diebus hominem mori contigit, quanquam vrinarum prouocatorio medicamento ex cantharidibus confecto quidam citra bibentium incommodum vſi ſint.

Ἴσχαιμον. ὀπὸν συκῆς ἐν εἰρίῳ προσθεῖναι ἔσω πρὸς τὴν φλέβα· ἢ πιτύην συστρέψαντα ἐμβῆσαι εἰς τὸν μυκτῆρα· ἢ χαλκίτιδος τῷ δακτύλῳ προσεπιπασάμενος πίεσον, καὶ τοὺς χόνδρους ἔξωθεν προσπίεζε ἑκατέρωθεν, καὶ τὴν κοιλίην λῦσαι ὄνου γάλακτι ἑφθῷ, καὶ τὴν κεφαλὴν ξυρῶν, στυπτικὰ πρόσφερε ἢν ὥρη θερμὴ γίγνηται. Σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει, ἡ πόσις ἡμιόλιον δραχμῆς ὁ σταθμὸς ἐν ὀξυμέλιτι τετριμμένος. ξυμμίσγεται δὲ καὶ τοῖσιν ἐλλεβόροισιν, καὶ ἧσσον πνίγει τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος. Τριχώσιος ἀποδεθεὶς τὸ ῥάμμα τῇ βελόνῃ τῇ τὸ κύαρ ἐχούσῃ, κατὰ τὸ ὀξὺ τῆς ἄνω τάσιος τοῦ βλεφάρου ἐς τὸ κάτω διακεντήσας, δίες, καὶ ἄλλο ὑπὸ κάτω τούτου. ἀνατείνας δὲ τὰ ῥάμματα, ῥάψον καὶ καταδεῖ ἕως ἂν ἀποπέσῃ, κὴν μὲν ἱκανῶς ἔχῃ· εἰ δὲ μὴ, ἢν ἐλλείπῃ ὀπίσω ποιέειν τὰ αὐτά· καὶ τὰς αἱμοῤῥοΐδας τὸν αὐτὸν τρόπον διώσεις τῇ βελόνῃ, ὡς παχύτατον εἰρίου οἰσυπηροῦ ῥάμμα, καὶ ὡς μέγιστον ἀποδήσας, ἀσφαλεστέρη γὰρ γίνεται ἡ θεραπείη. εἶτα ἀποπιέσας τῷ σηπτῷ χρέο, καὶ μὴ βρέχε πρὶν ἀποπέσῃ, καὶ ἀεὶ

μίαν

μίαν καταλίμπανε, καὶ μετὰ ταῦτα ἀναλαβὼν ἐλλεβορίζειν. εἶτα γυμναζέσθω καὶ ἀφιδρούτω γυμνασίου τε τρίψις πολλὴ ἀπὸ ὄρθρου, δρόμου δὲ ἀπεχέσθω καὶ μέθης, καὶ τῶν δριμέων ἔξω ὀριγάνου. ἐμεέτω δὲ δι' ἑπτὰ ἡμερῶν, ἢ τρὶς ἐν τῷ μηνί. οὕτω γὰρ ἂν ἔχοι ἄριστα τὸ σῶμα. οἶνον δὲ κιῤῥὸν, αὐστηρὸν, ὑδαρέα τε καὶ ὀλίγον πινέτω. τοῖσι δὲ ἐμπύοισι σκίλλης κατατεμὼν κυκλίσκους, ἕψειν ὕδατι, καὶ ἀποζέσας εὖ μάλα ἀπόχεον, καὶ ἐπιχέας ἄλλο ἕψεε ἕως ἂν ἁπτομένῳ δίεφθον καὶ μαλθακὸν φανῇ, εἶτα τρίψας λεῖον, ξύμμισγε κύμινον πεφρυγμένον, καὶ λευκὰ σήσαμα, καὶ ἀμυγδάλας νέας τρίψας ἐν μέλιτι, ἐλλεικτὸν δίδου. καὶ ἐπὶ τούτῳ οἶνον γλυκὺν, ῥοφήματα δὲ μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὁκόσον λεκίσκιον, ὕδατι δεὶς σητανίου πλήματι ἀλεύρου ἑψήσας, μέλι ἐπιχέας, χλιηρὸν ἐπιῤῥοφέων. οὕτω διαγέτω τὴν ἡμέρην, εἶτα ἐς τὰ ἀποβαίνοντα λογιζόμενος τὸ δεῖπνον δίδου. Δυσεντερίης. κυάμων καθαρῶν τεταρτημόριον, καὶ ἐρυθροῦ δαύκου δυοκαίδεκα κάρφεα λεῖα ξυμμίξαντα καὶ ἑψήσαντα, λιπαρὰ διδόναι ἐλλείχειν. Ὀφθαλμῶν. σποδὸς πεπλυμμένη λιπαρῶς πεφυρημένη, ὡς στέαρ μὴ ὑγρὸν λεῖον τρίψας, ὀμφακίῳ τῷ τῆς πικρῆς ὄμφακος ἀνυγρώσας, ἐν ἡλίῳ τε ἀναξηράνας, ὑγραίνειν ὡς ἐνάλειπτον. ὁκόταν δὲ ξηρὸν γένηται, λείῳ τετριμμένῳ ξηρῷ ὑπάλειφε

σπὸ

τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ παράπαυε τοὺς κανθούς. ὑγρῶν. ἐβένου δραχμὴν, χαλκοῦ κεκαυμένου ἐννέα ὀβολοὺς ἐπ' ἀκόνης τρίβων, κρόκου τριώβολον· ταῦτα τρίψας λεῖα, παράχεε οἴνου γλυκέος κοτύλην ἀττικὴν, κἄπειτα ἐς τὸν ἥλιον θεὶς κατακαλύψας, ὁκόταν συνεψηθῇ, τούτῳ χρέο. πρὸς τὰς ποδωδυνίας, ἔσω χαλκίτιδος δραχμὴ, σαφυλῆς ὁκόταν δύο μέρεα λειφθῇ, ἐκπιέσας, σμύρναν καὶ κρόκον τρίψας, ξυμμίξας τὸ γλεῦκος, ἕψησον ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ τούτῳ ἐπάλειφε τοὺς ποδωδυνέοντας, ἔσω δὲ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ. τῶν ὑστερικῶν πνιγομένων γνῶσις. πιέσαι τοῖσι δυσὶ δακτύλοισι, καὶ ἢν αἰσθηται, τὰ ὑστερικά ἐστιν, ἢν δὲ μὴ, σπασμώδεα. τοῖσιν ὑδρωπιώδεσιν. μηκώνιον λεκίσκιον ἀττικὸν στρογγύλον. πόσις. λεπίδος, μηλαι τρεῖς τῷ πλάτει, καὶ ἀλεύρου σητανίου κολλήβαντα, ταῦτα λεῖα τρίψας καταπότα ξυστρέψας, δίδου, κάτω ὕδωρ καθαίρει, κοιλίην ἐκκοπρεῖ.

Ἐσχάδας, ὀποῦ τοῦ τιθυμάλλου ἀπόσταζε ὁκόσον ἑπτάκις ἐς ἕκαστον τῶν εἰρημένων, εἶτα ἐς κενὸν ἄγγος συνθεὶς ταμιεύεσθαι, δίδου πρὸ τῶν σιτίων. καὶ τὸ μηκώνειον τρίβων, ὕδωρ ἐπιχέων καὶ διηθέων, ἄλευρον φυρῶν, ἴτριον ὀπτῶν, μέλι ἑφθὸν παραχέων, τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τρώγειν δίδου, καὶ ἐπιπίνειν γλυκὺν ὑδαρέα, ἢ μελίκρητον ὑδαρές. τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κο-

πρείων

πείων μηκώνιον ξυλλέγων, ταμϊδίου δὲ θεράπευε.

Sanguinem ſupprimentia quæ græci ἴσχαιμα dicunt. Fici ſuccum lana ſuſceptum intus ad uenam appone. Vel coagulum inuolutum ad nares immitte. Vel chalcitidem digito attractam preme, cartilaginéſque utrinque & foris comprime. Ventrem lacte aſinæ cocto ſolue, capútque rade, & adſtringentia, ſi calidum anni tēpus fuerit, exhibe. Seſamoides ſuperiorem uentrem purgat ſeſquidrachmæ pondere ex oxymelite tritum & potui datum. Miſcetur autem ueratris ita ut tertiam efficiat partē. nēpe id hoc pacto minus ſuffocat. Ad Trichωſin. Filū ubi acui foramē habenti ſubieceris, celſiorémq; atque acuminatam ſupra tenſæ palpebræ partem ad inferiorem uſque traieceris, quod ſuperius eſt inferiori liga. fila autem extendens conſue & colliga donec deciderit. & ſi ſatis quidem fuerit, bene cedat: ſi nō, deficitque aliquid hæc refice. Hæmorrhoidas modo ſimili perſequêris. Nam acui quàm craßißimum lanæ ſuccidæ filum indes & quammaximè colligabis. ſecurior etenim eſt huiuſmodi curatio. deinde comprimes & contabefaciēte utêris medicamento. neque prius quàm deciderit perfundes. unámque perpetuo relinques, & poſteà purgabis helleboro. Exercitetur deinde, & ſudet, & mane multum perfricetur. A curſu cōtineatur & ebrietate, & ab acribus excepto origano. Vomat ſeptimo quoque die, aut ter in menſe. Nam hoc pacto optimè corpus habebit. Vinum fuluum bibat, auſterum, aquoſum

&

& paucum. Purulẽtis diſſectos ſcillæ orbiculos in aqua excoque, aquámq; ualde feruefactam effunde, aliãq; infunde, & coque ita ut tangenti percoctũ & molle appareat. deinde ubi triueris, cyminum frictum miſce, ſeſamáque alba, & recentes quæ tritæ ſint amygdalas, atque ex melle eclegma facito, datóque. Poſt hæc uinum bibat dulce, papaueríſque albi triti leciſcium aqua perfuſum, & cum ſetanij farina melléque coctum tepidúmque ſorbeat: ſicq; diem tranſigat. deinde ad ea quæ contingunt reſpiciẽs cœnam dato. Ad dyſenteriã. Fabarum purarum quadrantem accipe, ſurculóſque rubiæ duodecim tritos immiſce, atque abundanter excoque, deinde delingendum porrige. Ad oculos. Cinerẽ lotum abundantérque maceratum ut pinguetudinẽ non liquidam læuémque teres, acerbóque uuæ acerbæ ſucco humectabis & in ſole deſiccabis: humectare enim oportet ut non ſolum facilis ſit. cum autem ſiccus factus fuerit, leni trito & ſicco perunge oculos, & angulos conſperge. Ad eoſdem humectos. Ebeni drachmã, æris uſti obol. ix. croci obol. iij. in cote tere, tritíſque uini dulcis cotylam atticam infunde. deinde ſoli expone, cõtege, atque ubi concoctum fuerit, eo utere. Ad eorum dolores. Chalcitidis drach. uuæ expreſſæ part. ij. myrrham crocúmque tere, muſtum permiſce, in ſole excoque, & eo dolẽtes oculos perunge. ſit autem id in uaſe æneo. Quónã pacto uuluæ ſtrangulatio cognoſcatur. Digitis duobus comprime, ſi ſentit, ea eſt: ſi nõ, cõuulſio eſt. Hydropi potio cõueniens. Meconij. i. peplij rotundi leciſcium atticũ.

Cata=

*Catapotia eidem. Squamæ æris melæ tres latitudine cum trimeſtris farina adglutina, tereq́; & in catapotia conuolue, & da.* Deorſum *enim aquam purgant, & fecem deiiciunt.* **Aliud.** *In caricas ſingulas tithymalli guttas ſeptem etiã pueris inſtilla. deinde in uaſe nouo compone, concinnaq́; & aſſerua, atque ante cibum exhibe.* **Aliud.** Meconium *tere, aquam infunde & percola, farinam macera, itrium coque, mel coctum infunde, & edendum hydropi exhibe. bibendumq́; uinum dulce, aquoſum, uel dilutam mulſam porrige. quod ab excrementis meconium colligis adſerua & cura.*

Liber hic ex his planè oſtenditur commentarius eſſe, variis mixtiſque conſtans theorematis, quòd in eo incompoſitè inordinateque ab aliis in alia fiat tranſitus. quomodo & hîc in ea quæ per nares fit, ſanguinis profuſione ſcripta ſunt remedia. Nempe alia parti ipſi quæ ſanguinem profundit exhibentur, alia reuellunt, vt alui ſolutio. alia caput addenſant, adſtringuntque vt refrigerantia. Quæ deinceps ſunt, omnia medicamentorum ſcriptiones habent, & quædam commixta auxilia. De appellato igitur ſeſamo ſermonem in primis facit. mox pilorum in palpebris manualem operationẽ ſcribit, quam ἀναβρογχισμὸν appellant. Pari modo & hæmorrhoïdων alteriuſque earũ ſanationis meminit. poſtea purulentorum tum medicamenta tum ſorbitiones ſcripſit. atque ab his compoſitiones eorum quæ ad oculos deputata ſunt medicamentorum. Præterea de ſtrangulationis vuluæ dignotione egit, mox de meconio, poſtea de aquæ eductorio medicamento & ſubinde fecis. Et demum hydericis de meconio & itriis exhibet. ſunt autem eorum quæ ſerie continuata dicta ſunt, plurima quidem manifeſta, alia nequaquam manifeſta ſunt. de quibus deinceps faciam ſermonem.

FINIS.


HIPPOCRATIS
PROGNOSTICA
GALENI
COMMENT:
—
1543.





